Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Emanuele III
ACCOLTA
LLAROSA
G
146
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

605008
Racc. Vill. G. 146

DOMINI ANDREÆ PROVENZALIS

Aduocati Famigeratiſſimi,

POSTMODVM MARITIMARVM RERVM
Iudicis Vigilantiſſimi, ac Regij Conſiliarij diſertiſſimi

OBSERVATIONES, ET GLOSEMMATA

AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS,
Et Napodani, ac Cœterorum, qui in interpretandis Conſuetudinibus floruerunt, loca luſtranda, quæ hactènus latuerunt in tenebris.


OPVS

Tàm dicentibus, quàm petentibus ius apprimè neceſſarium, diù expetitum, & nunc nouitèr excuſſum.

POSTHVMVM

DVPLICI INDICE, ARGVMENTORVM ALTERO, altero rerum notabilium exornatum, & auctum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



NEAPOLI, Typis Iacobi Gaffari. M.DC.XLVI.

EXPENSIS IO: DOMINICI BOVE.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI DOMINO

D. RODERICO PONZE DE LEON

DVCI CIVITATIS ARCOS,

Marchioni, Comiti, & Domino Villæ de Marchena, & Domus de Vijlarſes, Proregi Vigilantiſſimo, Pio, Fœlici, & Bono Reipublicæ Nato.

IOSEPH PROVENZALIS DVX SANCTI AGAPITI S. P. D.

PRODIT in publicam lucem PRINCEPS EXCELLENTISSIME Commentarius, quem ad Conſuetudines huius Fideliſſimæ Ciuitatis primam, & ſecundam de ſucceſſ. ab inteſtato, & ad Titulum de Alimentis ex Conſuetudine Præſtandis edebat quondam Patruus meus Andreas Prouenzalis Regius Conſiliarius, ac pro tempore Regalis Patrimonij Fiſci Patronus, opus ſubciſiuum, & quaſi intermiſſarium, ſed quod Noſtratibus, Iudicibus, & Aduocatis mirum in modum proficere poteſt in tanta iuris municipalis perplexitate, quoniam verò excidit Patruus meus dùm liber imprimeretur, & ſolent liberi cenſeri, aut fœlices, aut infœlices ex parentum dignitate, aut defectu, iſq; (ſcripta extorquentibus Impreſſoribus) prælo dabat, quod ſcribebat ætate ingraueſcente, & vltimis vitæ annis, hortantibus, vt lucubrationes ederet amicis in iure hoc noſtro verſatiſſimis, & Me, vt Patrui (cuius nomen vulgare non erat) vigiliæ, ac litteræ, & iuuentuti vtilitatis, & nomini Neapolitano laudis aliquid afferrent, maneretq; memoria, qua emicuit viuens, in pertinentibus præſertim ad Conſuetudines Neapolitanas, quarum reſpectu procul ab eo inuidia omnis abibat, et indè periculoſam multorum iudiciorum aleam ſubiturus Liber emittitur, & veluti in guſtum, & ſpecimen aliquod aliarum rerum ab Authore geſtarum, cenſui oportere operi parare Patronum, Cœperamq. de patrono mecum diſputationem inire, tùm quia apud Vulgus quæ potentiorum non ſunt vallata præſidijs, valore carent, facilè contemnuntur, tàm quia probauit vſus conſuetudinem dicandorum voluminum ad nos Veterum auctoritate deductam, cùm Tu PRINCEPS EXCELLENTISSIME huc aduenient Proregio Faſtu ex Valentiæ Regno, vbi vices Regias, paratas olim Excellentiſſimo Domino D. ALOYSIO CRISTOPHARO PONZE DE LEON Tritauo tuo ab immortalis memoriæ PHILIPPO II. ſummo omnium geſſeras cum applauſu, dubij anſam fugaſti, quoniam illum Patronum neceſſariò inuocare teneamur, quo quàmuis ſpontanea foret electio, nullus inter mortales auguſtior, aptior, & ornatior eligi potuiſſet, in te enim Maieſtas, & Proregij ſolij auctoritas, & ſplendor, omnium quidèm animos cogit, non vt in alijs oculos dumtaxàt perſtringit, Celſitudinis quippè gloriam, cum mirabili quadam prudentia, & morum ſuauitate coniungis. & ità virtutibus omnibus deſers, vt in te omnes veluti in proprio domicilio conſi-

ſtant

ſtant, iunctiſq; manibus gratias ampliſſimas ad commune Neapolitanæ, ſimul Italæ, & Hiſpanæ Reipublicæ, immò verius totius Orbis bonum ſemper incedant, fidem ad hæc facientibus vigilantia, charitate, fide, prudentia, qua preſſus ſemper, fatigatus nunquàm, aſſiduè, diu, noctuq; laborans, inter milites, intra Claſſes, Regnum, & Orbem aut in defendendo, aut ab obſidione liberando Vrbatello, Regiarum arcium in Italia Principe, ſi cuncta rimentur, pro Inuictiſſimo Rege Noſtro, pro Nobis, pro Italis omnibus, fugato Principe Thomaſſo vindicaſti à Gallis, et alijs perpetuis Hiſpanæ ditionis hoſtibus, tanta Neapolitanorum fide, & Hiſpanorum gloria, quanta maior credi, aut æſtimari non poteſt, ſed verè poterat quis ex Parentum virtutibus, Prolis iudicare ſucceſſus, neſcit enim deficere origo, quæ conſueuit pullulare radicitus, fuit nàmq; innitum, inſtum, & vt ità dixerim, fatale Illuſtriſſimæ familiæ tuæ PROREX EXCELLENTISSIME, & iàm indè ab Heroicis, & Antiquis illis temporibus vſurpatum, vt Reges Noſtri veſtro potiſſimùm auxilio, conſilio, & auctoritate vterentur in tutanda, acquirenda, aut reſtituenda Regum auctoritate, Maurorum innaſione penè vaſtata, ac perdita, ſi Gentiles tuos in medium duci ſinas, ac memores Petrum, Ioannem, Aloyſium Chriſtophorum, Emanuelem, pluresq. Rodericos, ac Lopes, & quotquot protulit Illuſtriſſima familia tua, in qua tot numeras Principes, magnos, fortes, ac valentes, prudentes ſimul, & pios, quot natos, vt nunc præteream, Gentilibus tuis commune eſſe quicquid Illuſtris geſtum exitit à Primatibus Hiſpanis ex tot, quot genus tuum dedit præcipuis eorum gentibus Heroinas & vxores, vt mirum non ſit, quòd res noſtra, & Hiſpana, ac totius ferè Europæ ſalua nunc ſit, TE Clauum Imperij, & Regnum moderante, quando Leo, quem geſtas in ſtemmate pro augurio victoriæ eſt, & verum ſemper erit in Leone tuo, quouſq. Illuſtriſſima familia tua viuet, quod dictum eſt de Leone de Tribu Iuda, vinces nàmq; ſuo Leone tuo Tribus nunc Cælitibus chara, induit enim purpuram in ſigna triumphi, tanquàm in domitos, et cum pro Rege nominis Quarto bellum, aut indicis, aut ſuſtines, Infantes Regios non eſt quod timeas, quando Infantes Granatenſium, quàmuis maximo ſtiparentur Equitum, & Pedeſtrium numero cum paucis aliquot militibus gloriæ tuæ ſubiecit, vicitq. & ſuperauit Magnus ille MARCHIO, ET DVX DE CADIX tui nominis Abauus, regnante Henrico in Hiſpanijs IV. & cùm Ciſtas, & Cophinos habes in ſtemmate, quis non dicet illos ibi in ſignum victoriæ repoſitos, vt tuis ex inſignibus credat quiſquis ſub te militat, & ſignis tuis ad ſpolia fracti, aut fugati hoſtis vocari ſemper, & ad victorias; Hæc ſunt PRINCEPS EXCELLENTISSIME, quæ effecerunt in primis, vt nomini tuo Commentarium iſtum ſacrarem. Secundò, quia alteri dicare non debui, quàm tibi, qui nos tutaris, vnde Tutanus Deus nobis, vt & Romanis olim, meritò dici potes, & demùm quia poſthumus liber eſt, & poſthumi ſpeciali lege ſub tutela Principum, protectione naſcuntur. Accipe igitur EXCELLENTISSIME PRINCEPS munus, & qua tibi voluntate dicatur, aſpicere, tueri, atq; intueri dignare, & à calumniatorum iniurijs, & aduerſariorum telis EXCELLENTIAE TVAE ſcuto longè ſeptemplici illo Aiacis fortiori defendere, quàm pia nomina ſoſpitent, & per Neſtoris annos ad commune totius Orbis bonum, & Hiſpanæ gloriæ maximum incrementum ſeruent incolumem. Neap. 20. Iulij 1646.

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI
IO. DOMINICVS BOVE.

HAbes, Candide Lector, meis impenſis, & induſtria Obſeruationes, quas cęperat quondam Cõſiliarius D. Andreas Prouenzalis, vir noſtro, & omni æuo inſignis; ſiuè Aduocatum illum conſideres, ſiuè Conſiliarium, ſed multò inſignior, ſi ad Conſuetudines iſtas reſpicias, quibus viuit Vrbs noſtra Neapolis, vti peculio, deferebant, enim Authori huic, vel genio, vel veritate etiam Iudices ipſi, & Collegæ in votis cauſarum, noſces Authorem ex his, vti ex vngue Leonem, quę enim edidit, ſuorum, & amicorum impulſu edidit inter prandia, & dùm amicis vteretur, vltima ſenectute confectus, & ex Additionibus, quas vti Breuiarium habebat ad Conſuetudines Neapolis; ſi in aliquo guſtum offendas, vel paucitate rerum, vel breuitate, quia ceſſit fato Author, parce humanitati, ac ſtudia foue, quibus tibi viuo, Ciuibus, ac Poſteris. Neap. Kalend. Iunij 1646.

AP

APPROBATIONES.

Al Sig. Canonico Giannettaſio.

Gregorio Peccerillo Vicario Generale.

Imprimi poteſt ſi videbitur Reuerendiſſimo Domino Ioſeph Giannettaſius Canonicus Deputatus.

IMPRIMATVR Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

Fr. Ioſeph de Rubeis Emin. Card. Filam. Theol. Regiſtr. fol. 40 *à ter.*

ILLVSTRISSIMO. ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Gio:Domenico Boue ſupplicando fà intendere a V.E. come tiene da ſtampare le Obſeruationi,& Additioni alle Conſuetudini di Nap.compoſte dal quondam Conſegliero Andrea Prouenzale. Per tanto la ſupplica commettere la reuiſione di quelle, acciò poſſa ottenere il Regio Imprimatur, è lo riceuerà à gratia, vt Deus,&c.

Magnificus V.I.D.Io.Iacobus Anichinus videat, & in ſcriptis referat S.E.

Capycius Latro Regens.

Prouiſum per S.E.Neap.die 28.Maii 1646.

Locus ſigni. Grimaldus.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

Legi ex decreto Supremi Senatus Obſeruationes,quas edidit quond. Conſiliarius *Andreas Prouenzalis*,opus me Iudice,vti maxima charitate cœptum in Ciues,ità neceſſarium,ijs præſertim,qui Patriæ leges ſatagunt,facilitate,ac ſtylo mirabile, refertque cùm lego,quod ſi Fata dediſſent,vt compleretur,ſi obſeruaſſet ſcilicèt Author,quo cœperat ordine Conſuetudines omnes, publicis votis obtinuiſſet, quod priuatim audierat, & meritò, ius ipſum habere prohiben li quòad ius Conſuetudinum Ciuitatis Neapolis, ſolus etenim ferè videbatur,qui poſſet controuerſias omnes dirimere, quæ antiquiorum incuria,Neapolitanorum ſubſtantias,Fato diro deſtruunt litibus, & altercationibus, poſset etenim credi, in ſolo *Andrea Prouenzali* vixiſse *Napodanum*, ſi *Pithagoræ* ſententiam de tranſmigrando non abhorreremus,ità ſenſum ipſius tenebat,& verba,conijcio(ſi ſermones habitos,cùm viueret Author prætercam) ex Obſeruationibus iſtis,vti Leonem ex vngue noſcere fas eſt,quapropter cenſeo,niſi aliud videbitur Excellètiæ tuæ,nõ ſolùm permittendam, ſed & iubendam editionem,quæ Regiam iuriſdictionem,aut publicos mores non lædit,ſed auget,& indè cadit conſultò temporibus iſtis,quibus eximia charitate in Populos,ac fide in Regem,& vigilantia in Hoſtes,Vrbem,ac Regnum tueris,& regis,vt poſſint leges,quamuis ſtrepant arma,& audiri, & interpretari, quia melior, quàm Marius regis in Vrbe, & Regnũ,& Orbem.Neap.ex Ædibus noſtris Kal. Iun. 1646.

Excellentiæ Tuæ

Seruus deditiſſimus

Io. Iacobus Anichinus.

Viſa retroſcripta relatione IMPRIMATVR.

Zufia Reg. Sanfelic. Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam. Neap. die 8. Iunii 1646.

Locus ſigni Grimaldus.

ARGVMENTA OBSERVATIONVM

AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

AD CONSVET. SI MORIATVR 1.

OBSERVATIO I. fol. 2.

VErbum *Moriatur* in Conſuet. an de morte naturali intelligi ſolùm debeat, vel etiam comprehendat mortem ciuilem, damnatoſq; in metallum, ad triremes, & foriudicatos.

OBSERVATIO II. fol. 4.

De ingrediente Monaſterium an comprehendatur in Conſuetudine, quę loquitur in moriente, & quomodò illi ſuccedant filii, proximiores, aut Monaſterium, facta, vel non facta diſpoſitione in ingreſſu, vel antè, præſertim ex Cõſuetudine Neapolitana, & cùm ſucceſſio defertur Monaco iàm profeſſo.

OBSERVATIO III. fol. 6.

Foriudicatus an comprehendatur in Conſuetudine loquente de mortuo, & quomodò illi ſuccedatur in Regno, & Ciuitate Neapolis, data, vel ſecus publicatione bonorum, iuxtà formam Conſtitutionis Regni, aut Gratiæ cõceſſæ Neapolitanis.

OBSERVATIO IV. fol. 8.

Conſuetudo loquens de moriente an; & quando comprehendat damnatos ad perpetuos carceres.

OBSERVATIO V. fol. 10.

An, & quando neptis in terminis Cõſuetudinis Neapolit. excludat amitam in linea aſcendenti, aut tranſuerſali; attento rigore, vel æquitate, & quid ſit ex iure Conſtit. Regni, aut communi Romanorum, explicata *deciſ. 21. Antonij Capycij.*

OBSERVATIO VI. fol. 13.

Filii ſororum an, & quando concurrant in ſucceſſione cum filiis fratrum, vel excludantur ab illis.

OBSERVATIO VII. fol. 15.

Fœminæ an, & quomodò excludantur à maſculis in Ciuitate Neapolis.

OBSERVATIO VIII. fol. 18.

Paragium quid ſit, vndè dicatur, & qua ratione exigatur à maſculis.

OBSERVATIO IX. fol. 20.

Paragium an debeatur reſpectu omnium bonorum, vel tãtùm ſitorum in diſtrictu Ciuit. Neapolis, & an in bonis ſitis extrà diſtrictum fœminæ ſuccedãt ſtantibus maſculis, & quo iure.

OBSERVATIO. X. fol. 21.

Verbum, *de iure*, appoſitum à patre in teſtamẽto, in quo filios inſtituit, de quo debeat intelligi, de communi Romanorum, quo ſcilicèt filia fœmina ſuccedat in virili, an verò de Conſuetudinario, per quod fœmina habet ſolùm dotem de paragio.

OBSERVATIO XI. fol. 22.

Paragium ſororis, quę ſit ingreſſa, vel velit ingredi Monaſterium, an idem ſit, ſi ingreſſus fiat in vita, vel poſt mortem patris, & quando integrum peti poſſit, aut ſola dos, quæ conſueuit Monaſterio dari, & quibus in caſibus datum iuxtà Conſuetudinem Monaſterii augeri poſſit ad verum paragii debitum, idq; cedi poſſit Monaſterio, aut ad beneficium extranei.

Digitized by Google

OBSERVATIO XII. fol.25.

Paragium an, & quando debeatur pro quantitate legitimæ, vel poſſit ea minus eſſe, aut maius in filiabus Magnatum nuptis, nupturis, aut domi volentibus caſtè viuere, & an poſſit ex cauſa virilem excedere.

Exigitur tàm pro bonis feudalibus, quã burgenſaticis, & pro quantitate bonorum, quæ quiſq; poſſidet, non pro numero hæredum.

Examinata quæſtione de legato pro dote, vel in tempus nuptiarum, an purum ſit, vel conditionale, & an, & quando integrum debeatur nolenti nubere, aut ingredi Monaſterium, ſed caſtè viuere domi.

OBSERVATIO XIII. fol.29.

Paragium an in corporibus debeatur, vel in pecunia, & quomodò pro illius exactione bona exequi debeant, & adiudicari, ſiuè burgẽſatica illa ſint, ſiuè feudalia.

OBSERVATIO XIV. fol.31.

Paragii pro conſequutione quæ actio competat, & an, & quando detur aduerſus fratres tantummodò, vel etiam contrà tertios bonorum poſſeſſores.

OBSERVATIO XV. fol.32.

Paragium, iuſq; petendi illud tranſmittitur ad hæredes, ſicut legitima, ſiuè nupta ſit, ſiuè nuptura mulier, quæ decedat, exploſo *P. Molfeſio* alitèr diſtinguente; verùm non tranſmittitur additamentum, vt pari nubat, quod tempore nuptiarum quæritur, & non debetur anteà, nec poteſt cedi.

OBSERVATIO XVI. fol.33.

Sorori an, & quando debeantur fructus paragii, & ad quam rationem, & quãdo alimenta ſibi à fratre pręſtita compenſare cum fructibus teneatur.

OBSERVATIO XVII. fol.34.

Paragii in taxatione, & liquidatione an computari debeant vitalitia, quæ ſingulis annis promitti ſolent Monialibus Monaſteria ingreſſis vltrà dotem conſuetam, & an talia præſtari oporteat.

OBSERVATIO XVIII. fol.35.

Maſculiatio quid ſit, & eius effectus, quaùè ratione ſic dicta fuerit, & quibus auctoribus.

OBSERVATIO XIX. fol.36.

Conſuetudo cùm ſtatuit tempus ſexdecim annorum ad matrimonia fœminarum, an repugnet iuri communi Romanorum, quiduè egerit in hoc, ad quid reſpexerit, qua prudentia, & vbi fundetur; multis additis de ætate requiſita ad matrimonia, & profeſſionẽ, vt diſpoſita de matrimonio, & ad tempus nubendi locum habeãt, vel ſecus.

OBSERVATIO XX. fol.38.

Ætas 16. annorum quarè debeat eſſe cõpleta, vt fœmina maſculietur, & an ſufficiat, ſi compleatur moralitèr. Item an, & quando de iure communi annus incœptus habeatur pro completo.

OBSERVATIO XXI. fol.40.

Maſculiari fœmina vt poſſit quæ requirantur, & an petat id contrà patrem differentem illam maritare, vel contrà fratrem, ſi reperiatur exceſſiſſe ætatem 16. annorum in vita patris.

OBSERVATIO XXII. fol.42.

Interpellatio ad maſculiationem an requiratur, item an ea probanda ſit per ſororem, & quomodò oriatur.

OBSERVATIO XXIII. fol.45.

Interpellatio an debeat eſſe iudicialis, vel ſufficiat extraiudicialis ad maſculiationem, & an iudicialis operetur in vim extraiudicialis, declarato iudicio maſculiationis nullo.

OBSERVATIO XXIV. fol.47.

Fœminarum an interſit iudicialitèr potiùs, quàm extraiudicialitèr interpellare ſucceſſores ad effectum maſculiationis, eaq; an impediatur ex impotẽtia maſculorum, & paragii illiquiditate, maximè ſi dos fœminis relicta ſit à patre.

OBSERVATIO XXV. fol.49.

Interpellatio an fieri debeat in perſonã maſculorum, vel ſufficiat ad maſculiationem, quòd fiat domi, aut intimetur Procuratori.

OBSERVATIO XXVI. fol.51.
Maſculiatio an detur extrà caſum, quo maſculus differat maritare ſororem, aut amitam.

OBSERVATIO XXVII. fol.54.
Maſculiata quibus in bonis ſuccedat, & an,& quando in hæreditatibus collateralium,tàm deuolutis, quàm poſteà deuoluendis,& in rata bonorum antiquorum cum aliis agnatis,excluſis ſororibus,ac filiis earum,vel ſecus, explicata *deciſ.Capyc.* 85. circa facultatem reuocandi donata, aut alienata à fratre.

OBSERVATIO XXVIII. fol.58.
Maſculiatio an locũ habeat cōtra minores, iiq; reſtituãtur aduerſus eã, & tũc reſtitutio an,& quando tranſmittatur ad hæredes, profituè cohæredibus maioribus,vel etiam minoribus, qui reſtitui non petierunt.

OBSERVATIO XXIX. fol.61.
Nepotes, & pronepotes vtriuſq; ſexus quo iure cenſeantur in Conſuetudin. Neapolit. ſiuè ſuccedant inter ſe, ſiuè cum patruis,amitis, aut ſororibus ipſorum,ad *verſic.Idem iuris*.

OBSERVATIO XXX. fol.64.
Fœminæ, & deſcendentes ab eis an ſuccedant, excluſis deſcendentibus ex maſculo,ſi maſculus repudiet ſucceſſionem,& deſcendentes ſuccedere velint,quamuis remotiores.

AD CONSVET. SI QVIS, VEL SI QVA II.

OBSERVATIO I. fol.66.
INteſtato decedenti abſque filiis quomodò ſuccedatur, attentis Conſuetudinibus Ciuitatis Neapolis,& an illæ in hoc differãt à iure communi Romanorum.

OBSERVATIO II. fol.69.
Proximioritas ad *Cõſuet.Si quis,vel ſi qua* an cenſeri debeat reſpectu eius,à quo bona acquiſita fuerunt,vel eius,à quo immediatè peruenerunt in morientẽ.

OBSERVATIO III. fol.71.
Quo tẽpore quis proximior eſſe debeat, vt ſuccedat ex Conſuetudine,an ſcilicet tẽpore,quo quis moritur, vel quo defertur hæreditas.

OBSERVATIO IV. fol.73.
Verbum, *proximiores*, in Conſuetudine an comprehendat affines.

OBSERVATIO V. fol.74.
Verbum, *ex parte patris*, in *Cõſuet.Si quis, vel ſi qua* quid ſignificet, & quomodò accipi debeat verbum, *linea*, aut cognoſcatur, an quis coniunctus ſit ex parte patris,vel matris.

OBSERVATIO VI. fol.75.
Verbum, *obuenire*, in *Conſuet.Si quis, vel ſi qua*, quomodò accipiendum.

OBSERVATIO VII. fol.77.
Qui vtroq; latere coniunctus eſt, an excludat æqualem in gradu coniunctum ex vno tantùm latere, attento iure Conſuet. Neapol.

OBSERVATIO VIII. fol.78.
Diſtinctio bonorum paternorum, ſcilicet & quæſitorum à maternis, an vindicet ſibi locum ex Cõſuetudine ſuccedẽtibus patri, aut matri filiis diuerſorum coniugiorum in bonis obuentis ex pacto,aut donatione.

OBSERVATIO IX. fol.80.
Diſtinctio bonorum, de qua in *Conſuet. Si quis, vel ſi qua* an locum habeat, cùm quis decedit,relictis patre,& matre,ſi ambo concurrant in filii hæreditate.

OBSERVATIO X. fol.81.
Verbum, *legitimi*, in *Conſuet.Si quis, vel ſi qua* quomodò accipiendum, & an, quãdo, & quorum bonorum reſpectu legitimati comprehendantur in ea.

OBSERVATIO XI. fol.84.
Obuẽtio mediata,vel immediata,& proxima an,& quando inſpici debeat decedente filio, qui fratri ſucceſſerat in dotibus,& aliis bonis obuentis à matre, multis adiectis de continuatione, vel mutatione lineæ ſuccedentibus fratribus inter ſe in bonis paternis, aut maternis per vnicam, vel binam mu-

mutationem, & cùm bona vadunt ad aſcendētem diuerſæ familiæ, aut cùm de linea aſcendente in deſcendentem fuit facta mutatio in lineam collateralem, exploſa *deciſione Vincentij de Frāchis 696.*

OBSERVATIO XII. fol.86.
Linea an, & quando mutetur, ſeù obliquetur, ſi filii plures matri ſuccedant, vel è contrà mater filio cum altero ſuperſtite ſuccedat, & quid cùm portio reuertitur ad ſuperſtitem, matre decedente.

OBSERVATIO XIII. fol.87.
Filii diuerſi matrimonii ſi matri ſuccedant in antephato, quod mater habuit ex trāſactione in re ſtabili, quomodò poſteà ſuccedant inter ſe, ſi vnus mori contigerit, altero ſuperſtite.

OBSERVATIO XIV. fol.90.
Proximiores ex parte patris, aut matris, an oporteat, quòd ſint ciues, vel habitatores in Ciuitate Neapolis, vt locū habeat *Conſuetudo Si quis, vel ſi qua*, vel ſufficiat, quòd ſint proximiores, quanquàm exteri.

OBSERVATIO XV. fol.93.
Proximior ſuccedens vigore huius Conſuetudinis an teneatur ad æs contractum à defuncto, quomodòq; id diuidi debeat, data diſtinctione bonorū, & quis defūcti hæres dici debeat, proximior ex parte patris, an verò qui eſt ex parte matris.

OBSERVATIO XVI. fol.95.
Proximiores, qui ſuccedunt ex hac Conſuetudine an contribuant in debitis à defuncto contractis pro rata bonorū, in quibus ſuccedunt, quamuis venditio facta ſit ſuper bonis paternis, & propriis, non autem maternis, & è cōtra, & an ſuccedant cum qualitate hæreditaria.

OBSERVATIO XVII. fol.98.
Annui redditus an, & quando comprehendantur ſub cenſura Conſuetudinum, præſertim ſi impoſiti proponantur ſuper re immobili, quæ ſita ſit extra diſtrictum Ciuitatis Neapolis, & contractum fuiſſe factum in diſtrictu Neapolis.

OBSERVATIO XVIII. fol.104.
Functiones fiſcales, quas exigunt Ciues Neapolitani vt aſſignatarii Regię Curiæ ſuper Vniuerſitatibus Regni, an, & quando ſubiaceant Conſuetudinibus Neapolitanis.
Allegat. Io. Vincentij Canalerij fol.107.
An functiones fiſcales, ſiuè annui introitus debiti per Regiam Curiam cum pacto de retrouendendo, debeant iudicari vt bona intus diſtrictum, ità quòd ſubiaceant Conſuetudini.

OBSERVATIO XIX. fol.111.
Nomina debitorum, iura, & actiones an veniant appellatione bonorum, de quibus in *Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, & an, & quando ſubiaceant cenſuræ illius Conſuetudinis. Quidq; cenſeri debeat de aliis mobilibus, & pecunia reperta in hæreditate ciuis, cùm moritur.

OBSERVATIO XX. fol.118.
Clerico, & Eccleſiaſticis aliis, cùm decedunt ab inteſtato an ſuccedatur ſeruata forma Conſuetudin. Neapolit. vel potiùs ſecundùm ius commune, & ſic fœminis excluſis, vel incluſis in ſucceſſione, dùm maſculi ſuperſint.

OBSERVATIO XXI. fol.124.
Clericus, & cœteri Eccleſiaſtici, ſiuè ſoli, ſiuè cum aliis an ſuccedant ſecundùm has Conſuetudines, vel ſecundùm ius commune, decedentibus ab inteſtato agnatis, & cognatis eorum.

OBSERVATIO XXII. fol.130.
Patre, vel matre exiſtente in medio an locum habeat *Conſuet. Si quis, vel ſi qua.*

OBSERVATIO XXIII. fol.135.
Patre, aut matre exiſtente in medio an, & quomodò ſuccedant ab inteſtato defuncti fratres, aut ſorores, ex vtroque, vel vno tantùm ex latere coniuncti, correcta, vel ſecus *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* per Conſuetudines Neapolitanas.

OBSERVATIO XXIV. fol.142.
Auo, vel Auia, cœteriſq; aſcendentibus vlterioris gradus exiſtentibus in medio an ceſſet *Conſuet. Si quis, vel ſi qua,* ſicuti

ſicuti ceſſat exiſtentibus in medio patre, aut matre.

OBSERVATIO XXV. fol. 150.
Contracto matrimonio ſecundùm morem Nobilium Capuanæ, & Nidi an ceſſet *Conſuet. Si quis, vel ſi qua* exiſtente in medio patre, aut matre, aliiſquè aſcendentibus vlterioris gradus, Quidq; ſit vſus Nobilium prædictorũ, eius origo, & cauſa, & an ſolis contrahentibus obſit, ac in ſola ſucceſſione filiorum, vel etiam & deſcendentibus ex eis, ac eorum aſcendentibus.

OBSERVATIO XXVI. fol. 153.
Matrimonio cõtracto iuxtà morem Procerum, atque Magnatum an ceſſet, vel ſecus *Conſuet. Si quis, vel ſi qua* propter exiſtentiam patris, aut matris.

OBSERVATIO XXVII. fol. 155.
Matrimonio cõtracto iuxtà morem Procerum, atque Magnatum an ceſſet, vel ſecus *Conſuet. Si quis, vel ſi qua* propter exiſtentiam patris, aut matris, ſi nihil dictum ſit de ſucceſſione filiorum in capitulis matrimonialibus, & contrahentes honoribus gaudeant Sedilium Capuanæ, & Nidi.

OBSERVATIO XXVIII. fol. 158.
Ius commune an intelligi debeat de iure Romanorum, Ciuitatis, vel Francorum, & Regni Conſtitutionum, cùm dicitur, quòd contracto matrimonio ſecundùm morem Procerum, atque Magnatum ſucceſſio regulari debeat ſecundùm ius commune.

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS.

AD RVBRICAM.

OBSERVATIO I. fol. 161.
De differentiis iuris Conſuetudinarii, & Romanorum in debito alimentorum.

OBSERVATIO II. fol. 164.
Continuata tractatio differentiarum inter ius Ciuitatis, & Romanorum in materia alimentorum.

OBSERVATIO III. fol. 166.
Alimenta ex Conſuetudine Neapolitana, quamuis præterita, debentur, licèt non ſemper ità ſecus ſit de iure communi, & an anticipatè, & ex proprietate, vel fructibus tantummodò, & quomodò, & à quo tempore fructuum ratio haberi debeat, & fieri diuiſio inter patrem, & filios.

OBSERVATIO IV. fol. 168.
Fructus bonorũ qualitèr diuidi debeant pro alimentis filiorum, atque nepotum, & an in illorum diuiſione ratio haberi debeat de iure Conſuetudinario, ætatis, aut dignitatis filiorum, prout de iure communi Romanorum, factaq; diuiſio an augeatur, vel minuatur, mortuis, aut natis poſtmodùm filiis.

AD CONSVETVD. *SI QVIS HABET* PRIMAM.

OBSERVATIO I. fol. 170.
Alimenta ex Conſuetudine Neapolit. qui aſcendentes deſcendentibus præſtent, paterni ſcilicet ſolùm, vel etiam materni generis, & hi quando, & quos alere teneantur in ſubſidium.

OBSERVATIO II. fol. 172.
Fructuum diuiſio ſecundùm Conſuetudines Neapolitanas quo caſu fieri debeat, & an præſtari debeat à patre, deducto, & quo ære alieno, vel ſit faciẽda de tota maſſa bonorum, ad beneficium filii, iſq; quomodò conſideretur in Conſuetudinibus iſtis.

OBSERVATIO III. fol. 173.
Pater, qui debet alimenta, aut legitimã, an liberetur præſtando bona, ex quibus alimenta debentur, aut legitima, & quando ad id pater cogi poſſit, filiuſq; tunc dicatur dominus prædii aſſignati, & teneatur pro prædio ſoluere collectam.

OB-

OBSERVATIO IV. fol. 174.
Alimenta quibus ex bonis debeantur, & an ex iis, in quibus pater habet vſumfructum, ac ex fructibus feudi.

AD CONSVETVD. *QVOD SI ALIQVIS* SECVNDAM.

OBSERVATIO VNICA fol. 178.
Alimenta quæ actione, quibuſq; ex bonis filius conſequatur ſecundùm Conſuetudines Neapolit. & an pro iis cogat patrem, vt negotietur, vel non alienet, agatq; contra tertios poſſeſſores, præſertim vt poſſeſſionem obtineat bonorum, ex quibus alimenta percipere poſſit.

AD CONSVET. *VERVM* TERTIAM.

OBSERVATIO VNICA. fol. 181.
Ius accreſcẽdi, & ſubingreſſio an, & quomodò detur in alimẽtis aſſignatis iuxtà Conſuetudines Neapolitanas à patre filiis, quorum aliquis decedat, aut nubat, & quid de iure communi Romanorum. Et an valeat Conſuetudo, Statutum, Pactum, aut Principis Conſtitutio, ſi diſponant, quòd pater non teneatur alere filios, & ſi maiores 18. annis.

AD CONSVET. *MVLIER* QVARTAM.

OBSERVATIO VNICA fol. 185.
Mater, Auus, & Auia materna an, & quãdo teneantur alere filios ex Conſuetudine Neapolitana, vel iure communi Romanorum, & quomodò diſpoſitiones iſtæ differant inter ſe, conſiderariq; debeant pater, & mater in diuiſione fructuum, ſeruata forma Conſuetudinis.

AD CONSVET. *IN OMNIBVS* QVINTAM.

OBSERVATIO VNICA. fol. 189.
Mater, & pater an eodem, vel diuerſo iure cenſeantur ex Conſuetud. Neapol. in denegandis filio ingrato alimentis, & an illa præſtari debeant filiis, qui commiſerint alias cauſas exhæredationis, quàm ingratitudinis, præſertim ſi banniti ſint, aut pugnent contra Ciuitatem, rumpantuè pacem publicam, & an, & quando illa præſtari debeant pendente probatione ingratitudinis, quæ qualis eſſe debeat, & per quem probanda ſit.

Finis Argumentorum Obſeruationum.

DOMINI ANDREAE PROVENZALIS REGII CONSILIARII NEAPOLITANI

Obſeruationes, & Gloſſæ nouiſsimę ad Conſuetudines Neapolitanas, & Inſigniores in ijs Napodani traditiones.

ANTILOQVIVM.

*S*Cripturus *Obſeruationes, & Gloſſas, quas elaboraui ad Conſuetudines huius fideliſsimæ Ciuitatis Neapolis, et ad ea, quæ ſuper ijſdem poſuit* Napodanus, *pro tempore, quo fui Aduocatus, & poſtmodùm Règius Conſiliarius, non id principio agam, quod Noſtrates vulgò, qui in præludijs, & proœmijs maximoperè inſudarunt, ſed cùm putem id, vel non omninò neceſſarium eſſe, vel tractatum ad nauſeam vſquè, vtiliora tantùm attingam, & quæ conferant ad explicationem Textus Conſuetudinum, vel traditorum à* Napodano, *initio ſumpto à* titulo de ſucceſs. ab inteſt. *præludialibus, & alijs, quæ pertinent ad quæſtiones proœmiales relegatis in locis, vbi contigerint; ad ſingulas Conſuetudines.*

Digitized by Google

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO AD Conſuet. *SI MORIATVR* Primam.

SVMMARIVM.

1 *Mors duplex eſt, naturalis, & ciuilis.*

2 Mortis *verbum in dubio an intelligatur de naturali, vel etiam de ciuili, & num. 5. 10. & 12.*

3 *Mors ciuilis continet in ſe deportationem, ſiuè condemnationem ad metallum.*

4 Vinc. Præſes de Franchis *laudatur.*

5 *Conſuetudines Neapolitanæ loquentes de morte an comprehendant foriudicationem, & quæ in morte procedant, & num.* 8.

6 *Mors naturalis an æquiparetur ciuili.*

7 *Antephatum an lucretur vxor in proprietate, ſi maritus foriudicetur, & filij naſcantur poſt foriudicationem.*

9 *Conſuetudines loquentes de reſtitutione dotium viro mortuo, an procedant illo foriudicato, & num. 11. et quomodò dotem petat vxor ciuiliter mortuo viro, num. 10. et 13. et an, et à quo tẽpore ei tunc debeatur intereſſe, n. 14. An, & quando procedant marito condemnato ad triremes, num. 15.*

16 *Conſuetudines vocantes ad ſucceſſionem proximiores, an procedant proximiore foriudicato, & quomodò tunc practicentur præſertim ex gratia cõceſſa huic fideliſſimæ Ciuitati.*

17 *Confiſcatio bonorum eſt ſublata in hac fideliſſima Ciuitate ex gratia.*

ARGVMENTVM.

Verbum *moriatur* in Conſuet. an de morte naturali intelligi ſolùm debeat, vel etiam comprehendat mortem ciuilem, damnatoſq; in metallum, ad triremes, & foriudicatos.

OBSERVATIO PRIMA.

1 CVm conſuetudo iſta vtatur verbo, *moriatur*, & mors duplex ſit, naturalis, & ciuilis, iuxtà *tex. in l. verũ eſt*, §. *ſocietas, verſ.*
2 *intereunt, ff. pro ſocio*, & ſi in dubio intelligatur de morte naturali, ſecũdùm *tex. in* §. *deinceps, in princ. auth. de nuptijs*, & aduertit noſter *Napod. hic*, & infrà in *Conſuetudine Viro mortuo.*
3 Non ab re videtur, cùm mors hæc ciuilis cõtineat in ſe deportationem, ſiuè condemnationẽ ad metallum, ſecundũ *gl. in l. cùm pater 79.* §. *hereditatem, verbo deportato, ff. de leg. 2. & in l. prima*, §. *qui mortis, ff. ad S. C. Tertull.* reſolutionẽ illam explicare, an mors ciuilis, ſiuè deportatio æquiparetur naturali in his noſtris Conſuetudini-
4 bus, & quidèm *Præſ. de Franchis* vir doctiſſimus, & in explicandis præſertim Conſuetudinibus noſtris peritiſſimus, *deciſ. 689.* hoc proponit diſpu-

5 putandum, an Conſuetudines noſtræ Neapolitanæ de morte loquentes cōprehendant foriudicatum, & nùm verum ſit, quòd appellatione mortis, in
6 dubio veniat naturalis, & an æquipararetur mors naturalis morti ciuili in terminis noſtri Iuris Cōſuetudinarij, præſertim quòad hoc, vt in plena pro-
7 prietate lucro cederet antefatū vxori, cùm foret maritus foriudicatus, & vna filia deceſſiſſet antè matrem, alia verò nata fuiſſet poſt ſententiam foriudicationis ipſius viri, & concludit *de Franchis*, quòd Cōſuetudines Nea-
8 politanæ loquentes de morte, non cōprehendunt foriudicatum in materia antefati, quāuis contrarium auſus ſit attentare nouiſſimus ſcriptor *Nouar. in praxi electionis, ac variationis fori, quaſt. 8. ſect. 1.*
9 Sic etiam & *idem Franchis* in alia ſua *deciſ. 562.* vlteriùs diſputat, nùm Conſuetudines Neapolitanæ loquentes de dotium reſtitutione viro mor-
10 tuo, procedant viro foriudicato, & appellatione mortis an veniat ciuilis, & ſtante morte ciuili, qua actione petatur dos, & *num. 10.* ponderatis omnibus *Napod.* dictis, ac cæterorum gloſſatorū adnotationibus, concludit, non
11 poſſe vxorem vigore Conſuetudinis agere ad dotium reſtitutionem viro foriudicato, qui adhùc naturalitèr viuat, quia Conſuetudines vtuntur ver-
12 bo, *viro mortuo*, quæ mors in dubio intelligitur de naturali, vt ſuprà probauimus, tam de iure communi, quàm authoritate *Napod.* ſed tantùm agere
13 poſſe condictione generali, *l. quemadmodùm, §. 1. ff. de iure dot.* ſicquè poſtmodùm reſoluit, nùm agenti ex illa condictione competat intereſſe, & à
14 quo tempore, vt per *eum*, tantùm aduerto, idem eſſe, & procedere, marito
15 ad triremes in perpetuum condemnato, at ſecus ſi ad tempus, ſecundùm *Carroccium deciſ. 106. Riccium collect. deciſ. coll. 142. & coll. 663. Fontanel. de pact. primo tom. clauſ. 4. glo. 11. num. 85.*
16 Et tandèm *de Franchis ſequēti dec.* 563. examinat, nùm Conſuetudines Neapolitanæ, per quas vocantur ad ſucceſſionem proximiores ex parte patris ad bona, à linea paterna obuenta, & acquiſita, & proximiores ex parte matris ad bona ex linea materna quæſita, procedant exiſtēte proximiore foriudicato, & multis ponderatis, & præſertim *Napodani* dictis in *Conſuetudine Si quis aliquam rem, in prima gloſ. ſub tit. de pignoribus, & in Conſuetudine Vbi inſtrumentū, verſ. moriatur,* inclinat, quòd cæteri agnati, vel cognati, prout ex qua linea bona obuenerant, ſint admittendi excluſo agnato proximiore foriudicato, & ſi caſus non fuerit deciſus, quia fuit repertum, quòd foriudicatus nō erat Neapolitanus; & quidèm *de Franchis* dicit prçcit. *deciſ. 563.* fuiſſe hanc difficultatem excitatam, ſuppoſita gratia huic fide-
17 liſſimæ Ciuitati Neapolitanæ cōceſſa, per quam eſt ſublata bonorum cōfiſcatio, iuxta relata in ſua *deciſ. 102.* & poſtmodùm deciſa *deciſ. 213.* & illa bona, quæ Fiſco applicabātur, cedunt in beneficium proximiorum, & non remanent pœnès foriudicatum, neque pœnès Fiſcum.

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſo Monaſterium quomodò ſuccedant filij legitimi, & naturales, & quomodò Monaſterium; ſiuè volens intrauerit pater, ſiuè inuitus, & n. 2. Præſertim non facta diſpoſitione in ingreſſu, vel antè, num. 3. & num. 7. ſed emiſiſſet profeſſionem, vt ad eius ſucceſſionem nōn forent vocati fratres, ſed Monaſterium capax, quod intrauit, num. 8.*

Et quomodò proximiores de iure conſuetudinario, ſi ingreſſus non habeat filios, num. 4. & num. 9. vel ſucceſſio deferatur iam profeſſo, num. 13.

5 *Ingrediens Religionem an poſſit diſponere vltrà portionem debitam proximioribus vigore Conſuetudinis.*

6 *Conſuetudo non habet locum in donatore, venditore, & ingreſſore.*

10 *Ingrediens Monaſteriũ, ſi antè ingreſſum fecit teſtamentum, & reliquit aliquid Monaſterio, an proximiores nocent medietatem relicti, & n. 12.*

11 *Teſtamentum factum antè ingreſſum an, & quando rumpatur per ingreſsũ Monaſterij, & num. 14.*

ARGVMENTVM.

De ingrediente Monaſterium an comprehendatur in Conſuetudine, quæ loquitur in moriente, & quomodò illi ſuccedant filij, proximiores, aut Monaſterium, facta, vel non facta diſpoſitione in ingreſſu, vel antè, præſertim ex Conſuetudine Neapolitana, & cùm ſucceſſio defertur Monaco iam profeſſo.

OBSERVATIO II.

SEcundò illud quæri poteſt ad hanc *Conſuetudinem*, ex verbo, *ſi moriatur*, an.ſ. ea vindicet ſibi locum, vbi quis ingreditur Monaſterium in communi poſſidẽs, & *Napoda-*
1 *nus hic, num. 6.* dicit, habere locum iſtã *Conſuetudinem*, ſed filios legitimos, & naturales nõ excludi à legitima, à reliquis autem duabus partibus ſic, quia patet ſe, & ſua Monaſterio dedicauit, vt in *auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ.*
2 & hoc ſi intrauit Monaſterium volẽs, aliàs ſi intrauit inuitus, putà ex delicto, tunc filij habebunt duas partes hæreditatis ingreſſi, in reliqua ve-
3 rò tertia ſuccedit Monaſterium, & hoc quando per ingredientem non fuerit facta diſpoſitio inter viuos antè ingreſſum; vel in ipſo ingreſſu.
4 Sed quid ſi ingrediens non habeat filios, ſed alios proximiores, & *Napod. hic num. 9.* concludit diſputato articulo, quòd idem dicendum ſit in iſta medietate, quod in legitima, & quòd ſic proximiores non poſſunt fraudari medietate illis debita, ſicut nec filij legitima, per rationes per ipſum adductas, & hanc *Napod.* opinionem ſequitur *de Franch. dec. 40.* qui allegat *Napod.* alibi hanc opinionem tenentem, & deciſum per S.C. refert *Conſ. de Rubeis* de anno 1560. in quadam cauſa Carmelitana, cum quibuſdam de Scaucttis, ac etiam ipſo relatore in anno 1571. in cauſa Beatricis de Medicis, cum Monaſterio Sanctæ Claræ; tradit idem fuiſſe deciſum, & recenſet etiam *Napod. Capyc. deciſ. 98, ſub num. 4. in fin.* quem corruptè allegat *gloſ. marginalis in deciſ. 97.* & *Caputus ad hanc Conſuetudinem. par. 3. §. 1. num. 13.* tangit quæſtionem.
5 Et hinc aliud ex prædictis obſeruãdum venit circà ipſum ingredientem, an in præiudicium proximiorum poſſit fieri aliqua diſpoſitio vltrà portionem ipſis debitam per *Conſuetudinem*, & *Caput.* tam *hic*, quàm *in præludijs, §. 4. num. 36.* affirmat, quod ſic, &
6 ratio ſolidiſſima eſt, quia *Conſuetudo* non habet locum in donatore, venditore, & ingreſſore, vt per *Napodan. in Conſuet. Et ſi teſtator, num. 7.* & per *Capyc. deciſ. 210. & Franch. dec.* 91. *num. 17.* idemque *Caput. loc.* cit. in S.C. iudicatum refert, donationes, & diſpoſitiones eſſe validas die 29. Ianuarij 1607. p Victoria Capomazza contrà fratres conſanguineos Lutij Borrelli, referẽte Domino Marco Antonio de Ponte, tunc Regio Conſilia-
7 rio, & poſteà Præſide S.R.C. & ſubdit, quòd licèt prædicta diſpoſitio fiat antè ingreſſum, tamen de ea eſt iudicandum, vt ſi eſſet facta ab ingreſſo, quãuis poſteà profeſſio fuerit ſubſecuta, ſecundùm *Ancharan. conſ. 69. num. 6. & ſeq.* quem ſequitur *Suarez alleg. 20. num. 29.* & hanc eandem deciſionem reaſſumit *Reg. Rouit.* qui in hac eadem

cau-

cauſa conſuluit aduerſus *Reg. Conſil. Ioannem Baptiſtam Meliorem*, tunc tēporis Aduocatum, patrocinantem pro fratribus conſanguineis dicti Lutij Borrelli, qui *Reg. Rouitus*, vt glorioſiorem victoriam cauſę redderet, eiuſdē *Conſiliarij Melioris* allegationes inſeruit in *conſ.* 27. *&* 28. *vol.* 2. hanc eandem opinionem ſequitur, & cōprobat *R. P. Molfeſius primo tom. par.* 3. *de ſucceſſ. ex teſt. quaeſt.* 7. *num.* 12. qui quamuis à principio dubitaſſet; Audita poſtmodùm deciſione facta in ſupradicta cauſa dicit, quòd dicta deciſio abſtulit difficultatē, illamq; multis medijs libentiſſimè amplectitur.

Quā deciſionē extendendam cēſeo,
8 quamuis ingreſſus non feciſſet donationem, ſed emiſiſſet profeſſionem in Religione, vt ad eius ſucceſſionem nō forent vocati, nec fratres conſanguinei, nec vtrinque coniuncti, ſed Monaſterium, quod intrauit, cùm ſit capax ſucceſſionis in communi, vt voluit *Napod. in hac Conſuetudine Si moriatur, num.* 9. & ſecundùm *Napod.* ſententiam in S.C. iudicatum refert *Praeſ. de Franch. deciſ.* 40. & *Conſil. de Georg. allegat.* 30. *num.* 25. & meminit idem *Reg. Rouit.* cit. *conſ.* 27. *poſt num.* 3.

9 Cæterùm quamuis ex ſuprà dictis, quod noſtrum tangit inſtitutum, abſolutum ſit, quòd quando ingreſſus non fecit teſtamentum, tunc proximiores excludantur à medietate, attamen alius ſit excogitabilis caſus, quando
10 ingrediens facit teſtamentum antè ingreſſum, & ponamus, quòd aliquod reliquerit Monaſterio, an proximiores valeant auocare medietatem; quē caſum licèt non inuenerim deciſum, nequè in ſpecie tactū ab *Additionatoribus ad hāc Conſuetudinē Si moriatur.*

11 Nihilominùs arbitror, tunc proximiores nō poſſe excludi à medietate, ea ratione, quia non rumpitur teſtamentum, ità quòd ille decedat ab inteſtato, quo caſu, quia ingrediendo Monaſterium ſe, & ſua bona dedicat,
12 proximiores excluduntur, & ſic cùm Monaſterium habeat ſuam portionē, iuxtà *tex. in auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſ. Eccl.* videtur, quòd non poſſint fraudari proximiores.

13 Vlterius amplianda eſt illa S. C. deciſio, vt ſuprà relata in cauſa Borrelli, quamuis Monachus tempore delatæ hæreditatis iam eſſet profeſſus, vt eò magis Monaſterium in communi capax veniat admittendū, ac proximiores à conſuetudinaria illa portione venirēt excludēdi, prout adnotauit *Praeſ. de Franch. in* cit. *dec.* 40. *n.* 2. *&* 3.

14 Tertiò, quia dubitari poſſet, an per ingreſſum Monaſterij rumpatur teſtamentum priùs factum, quod tangit *Napod. hic poſt num.* 9. ibi, *rumpit teſtamentum, quod ingrediens fecerat, & in Conſ. Si quis, vel ſi qua, in ver. proximiores, lo* 2. *num.* 256. non puto diſcedendum ab illa diſtinctione, ſi in teſtamēto fuerit verè cogitatum de ingreſſu, etiam ſi longo interuallo eſſet factum antè ingreſſum, vel ſi præſumptiuè, vt quando eſt factum occaſione ingreſſus, vel paulò antè, & tunc teſtamentum non irritetur per ſubſequentem ingreſſum, ſecundùm *Bart. in d. auth. ſi qua mulier*, vbi *Bal. & Caſtrenſ. Dec. in cap. in praeſentia, num.* 260. *de probation.* vel teſtamentum longo interuallo ſit factum antè ingreſſum, & tunc quia in dubio non videtur cogitatum de ingreſſu, *Ant. de Butrio, Abb. Berous*, & cæteri *Canoniſtae in d. cap. in praeſentia, & Author* damnatæ memoriæ ad *Dec.* concludunt contra *Bar.* ea ratione, quia cùm ingrediens Monaſterium, ſciebat teſtamentum, & in ingreſſu non mutauit, præſumatur in ingreſſu eandem retinere voluntatem, quæ ratio & ſi apparens maximè ſit, tamen non puto recedēdum à communi ſententia *Bar.* & ad hanc quæſtionem nouiſſimè religendos moneo *Fachin. lib.* 6. *contr. iur. c.* 14. *& Hier. Caual. comm. contra comm. q.* 65. *& q.* 193. *&* 806.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Foriudicato quomodo ſucceditur per Conſuetud. Neapolis, & Conſtit. Regni, & an interſit, quod habeat filios, vel ſecus, num.2.*

3 *Fiſci in electione eſt cum ſuccedit pro parte in bonis foriudicati, vtrum velit partem, vel eius æſtimationem, ſi æſtimatio ei offeratur.*

4 *In quo ad hæc differant bona mobilia à ſtabilibus.*

5 *Foriudicatorũ bona in Ciuitate Neapolis non publicantur ex gratia, niſi in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ in primo capite.*

6 *Foriudicatis Neapolitanis, quorum bona nõ publicantur, qui ſuccedant, & num.8.*

7 *Foriudicatorum in ſucceſſione, quid interſit, quòd bona publicetur, vel ſecus.*

9 *Foriudicatus non retinet, nec momento temporis dominium burgẽſaticorum, aut feudalium, ſed eorum dominium ſtatim amittit, deferturquè filijs, vel agnatis, nu. 10. ſed quo iure, vel forma, num.11.*

12 *Feudatario damnato, vel foriudicato ad quem feudum deuoluatur.*

ARGVMENTVM.

Foriudicatus an comprehendatur *in Conſuet*. loquente de mortuo, & quomodò illi ſuccedatur in Regno, & Ciuitate Neapolis, data, vel ſecùs publicatione bonorum, iuxtà formã *Conſt. Regni*, aut *Gratia* conceſſæ Neapolitanis.

OBSERVATIO. III.

1 SEd & hic latiùs explicandum eſt quod tetigimus *obſeru*. 1. & ſubdit hic *Napodanus in verbo moriatur, poſt num*. 3. *in verſ. ſed quæro, quid ſi foriudicetur*, & reſpondet, habere locum *Conſtitutionem Regni Foriudicatorum*, quæ diſponit, quod ſi foriudicatus habeat liberos, vel parentes vſquè ad tertium gradum, quòd tunc Fiſcus ſuccedat, connumerata perſona foriudicati, ita quòd ſi vnicum tantùm filium habeat, bona prædicta inter Fiſcum, & ipſum pro æqualibus portionibus diuidantur, ſi
2 autem duos filios, Fiſcus in tertia admittatur, ſin autem neque liberos, neque parentes habuerit vſquè ad tertiũ gradum, tunc omnia bona applicẽtur
3 Fiſco, reſeruata tamen ſemper electione, vtrum Fiſcus habuerit, vel voluerit partem, vel æſtimationem partis, ſi æſtimatio offeratur, & vt dicit *Afflict*. &
4 *ibi num*. 10. hoc procedit in bonis ſtabilibus, quia bona mobilia ſtatim elapſo anno à die banni ſunt acquiſita Fiſco, nulla habita diſtinctione, an habeat liberos, vel parentes, ſecundùm ea, quæ notat idem *Affl. in Conſtitutione Si quando, num*.9.

Verũ, etſi dicta *Napodani* regularitèr obtineant, & ſint à pluribus *Additionatoribus* exornata, nihilominùs aduertendum omninò eſt, per priuilegiũ
5 conceſſum huic fideliſſimę Ciuitati Neapolitanæ bona foriudicatorum nõ publicari, niſi in duobus caſibus, in crimine ſcilicet hereſis, & læſæ Maieſtatis in primo capite, vt diximus ſuprà *obſer*. 1. *num*. 17.

6 Huius occaſione quæritur, an aliquo Neapolitano foriudicato, cuius bona non publicantur, debeant ſuccedere aſcendentes, & deſcendentes vſquè ad tertium gradum, prout de iure communi, vel debeant ſuccedere agnati vſquè ad decimum gradum, put in alijs ſucceſſionibus defunctorum, & quidem dubitationi locum facit, quòd gratia nihil aliud operatur, niſi quòd auferat portionem Fiſco tãgentem, & ſic eum excludat, & vocet agnatos, & cognatos, prout iuris, ſed vigore *Conſtitutionis Regni Foriudicatorum*, aliquo foriudicato ſucce-

dunt

dunt aſcendentes, & deſcendentes vſquè ad tertium gradū, & ſic videtur, quòd in Neapolitanis bona prædicta perueniant tantùm ad aliquos ſucceſſores limitatos, & videtur annuere etiam *Præſ. de Franch.* in præallegata *deciſione* 213. *poſt num.* 24. quòd hæc bona in Neapolitanis remanebūt pęnès filios, & agnatos, iuxtà formam Authenticorū, & Cōſtitutionis Regni.

7 Sed tamen contrarium vti verius affirmo, quia Conſtitutio illud dicit in foriudicatis, quorum bona publicantur, & dat modum ſuccedendi; at in Neapolitanis vigore priuilegij bona non publicantur, & ſic non venit illa ſucceſſio limitata, ſed ſucceditur, prout iuris in alijs ſucceſſionibus, & ex

8 hoc concludo, quòd Neapolitano foriudicato, quia eius bona non publicātur ex gratia; bona remanebunt pęnès filios, & ipſis non exiſtentibus pęnès agnatos, ſiue cognatos proximiores, cum diſtinctione bonorum, v3. bona paterna, & quæſita ad proximiores ex parte patris, bona verò materna ad proximiores ex parte matris, pręſup-

9 poſito pro abſoluto, quòd foriudicatus non retinet dominium, nec burgēſaticorum, nec feudalium, & vt dixit *Reg. de Pont. conſ.* 69 *num.* 7. dominium ſtatim perditur, nec momento tēporis reſidet pœnès foriudicatum, ſed illo-

10 rum dominiū defertur filijs, vel agnatis, & ſi *idem D. de Franch. d. deciſ.* 213. antè *num.* 25. dicat, in eadem cauſa, in qua conſuluit *Reg. de Pont. loco* cit. hæc bona Neapolitanorum remanere pœ-

11 nès filios, vel agnatos, iuxtà formam iuris Authenticorum, & Conſtitutionis Regni, ipſe *idem de Franch. in dec.* 563. *in fin.* meliùs explicando illud, quod dixerat *in dict. dec.* 102. & 213. ruminato articulo, tenet pro indubitato, prout ſupra dixi recedendo ab eo, quod per trāſendam dixerat *in d. dec.* 213. *antè num.* 25.

12 Quid autem in feudatario damnato, vel foriudicato, ad quem feudum deuoluatur, quia non eſt materia, quæ noſtrum tangat inſtitutum, vltrà *DD.* Feudiſtas nouiſſimè vide *Reg. de Curte in diuerſ. iur. feud. fol.* 62. *num.* 76. qui omnes cumulat, & citat *Præſ. de Franch.* in ſup. alleg. *deciſionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna perpetui carceris an, & in quibus fuerit cognita, & approbata de iure ciuili, & num.* 2.

3 *Permiſſa eſt, & irrogatur in Regno, & num.* 5. *correctis iuribus dictantibus contrarium, num.* 6.

4 *Carcer de iure ciuili inuentus eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam.*

7 *Conſuetudo loquens de moriente an, & quando habeat locum in condemnato ad perpetuos carceres, & n.* 11. 16. 19.

8 *Condemnati ad perpetuos carceres an, & quando habeantur pro mortuis, & num.* 24.

9 *Pœna perpetui carceris an aſſimiletur damnationi in metallum, & in locum illius ſucceſſerit, & n.* 18.

10 *Damnati ad perpetuos carceres an ſeruis æquiparentur, & n.* 17.

12 *Seruitus aſſimilatur morti.*

13 *Damnatus ad perpetuos carceres an ſuccedat agnatis, vel cognatis deficientibus poſt eius condemnationem, vel potiùs ſint effecti incapaces, & inteſtabiles actiuè, & paſſiuè, locum faciant ſequentibus in gradu.*

14 *Damnati in metallum efficiūtur ſerui pœna, et inteſtabiles actiuè, et paſſiuè.*

15 *Damnatus in perpetua vincula nequè libertatem capere poteſt, nequè legata, aut quicquā eorū, quæ ei data ſūt.*

17 *Seruus hodiè nemò benè natus efficitur.*

20 *Maieſtatem æternam offendere longiùs graue eſt, quàm temporalem.*

21 *Pœna perpetui carceris cognita eſt, & approbata à iure canonico, & ad quē finem.*

22 *Damnatio ad perpetuos carceres, vbi pœna carceris perpetui eſt inſolita, & reprobata, non reddit condemnatum inteſtabilem.*

23 *Pœna inſolita non ligat cōdemnatum.*

AR-

ARGVMENTVM.

Conſuetudo loquẽs de moriente an, & quãdo comprehendat damnatos ad perpetuos carceres.

OBSERVATIO IV.

QVæſtionem hanc pauci ex interpretibus examinant, & *Napodanus* eam omiſiſſe videtur in hac *Cõſuet. & in Cõſuet. Si quis, vel ſi qua, hoc tit.* collectis enim inſimul aliquibus caſibus, *in ver. proximiores*, ibi, *nu.*
1 *262. verſ. ego autem dico*, non meminit
de damnatis ad perpetuos carceres, &
poteſt eſſe ratio omiſſionis,. quia ius
ciuile, vt eſt iſtud Conſuetudinarium,
non cognouit, ſeù approbauit pœnam
hanc in homine libero, in quo verſa-
2 tur ius hoc noſtrum, ſed tantùm in ſer-
uis, & libertis, ad *tex. in l. aut damnum,*
§. ſolent, ff. de pœn. & notat *Bal. in l. pri-*
ma, C. qui ad libert. peruen. non poſs.

3 Ego eam tractare inſtituo, quia
ſumus in Regno, in quo non ſolũ pro-
hibita pœna iſta non eſt, vt de iure ci-
4 uili, per quod ad cuſtodiam carcer in-
uentus fuit, non ad pœnam, *l. 1. & vlt.*
C. de cuſtod. reorum, d. §. ſolent, l. manda-
tis, C. de pœnis, l. incredibile, C. eod. ſed
5 immò expreſſim approbata, & irroga-
tur per *Conſtit. Hi, qui per inquiſitionẽ,*
vbi *Marin. de Caramanico, in prin. Reg.*
6 *de Pont. conſ. 73. num. 18. lib. 1.* vbi ob-
ſeruat. *num. 16.* in Regno per *d. Conſtit.*
eſſe correcta iura dictantia contrariũ,
& in ſpecie *d. l. incredibile*, quod antè
ipſum notauit *Afflict. in d. Conſtit. in 9.*
notab.

7 Videtur autem, conſuetudinẽ hanc,
cùm loquitur de mortuo, locum habe-
8 re, etiam in cõdemnato ad perpetuos
carceres, tales enim haberi pro mor-
tuis, ſcribit *Innoc. in cap. qualitèr, &*
quando, lo 2. de accuſat.

9 Item quia pœna perpetui carceris
aſſimilatur pœnæ condemnationis in
metallum, immò in illius locum ſuc-
ceſſit, vt eſt dictũ originale *Innoc. loc.*
cit. col. 2. cum quo tranſit relatis *Ioan.*
Andr. & Bart: Reg. de Pont. loco cit. n. 9.
poſt *Dec. in l. imperium, num. 44. ff. de*
iuriſd. omn. iudic. vbi dicit, non eſſe re-
cedendum ab opinione *Innoc.*

10 Tertiò, quia talitèr damnati æquipa-
rantur ſeruis, & talis damnatio ſerui-
tuti, vt videtur ꝓbare *tex. l. 2. de liber.*
hom. exhib. in illis verbis, *nihil enim*
multum à ſpecie ſeruientium differunt,
quibus non datur facultas recedendi, &
notat *Bal. in d. l. imperium, & ibid. Iaſ.*
num. 24. & Dec. num. 43.

11 Quod ſi verum eſt intrat cõcluſio,
Conſuetudinem in ijs locum habere,
12 cùm loquitur de moriente, quia ſer-
uitus morti aſſimilatur, *l. intercidit. ff.*
de condit. & demonſtr. l. ſeruitutem ff. de
reg. iur. l. qui res, §. aream, ff. de ſolut.

13 Quinimmò & talitèr damnatos lo-
cum facere proximioribus, ſi poſt cõ-
demnationem agnatus, vel cognatus
decedat, damnati. n. ad metallum ef-
14 ficiuntur ſerui pœnę, & inteſtabiles
actiuè, & paſſiuè, ex doctrina *Bar. Dec.*
& Iaſ. in d. l. imperium, Peregr. de iure fi-
ſci, lib. 3. tit. 4. n. 5. Iul. Clar. in §. teſta-
mẽtum, queſt. 23. & alij, quos nouiſimè
cumulat *D. Capyc. Latr. cõſult. 6. n. 194.*

15 Et àd hoc videtur *tex.* expreſſus in
l. 1. C. de his, qui peruen. ad libert. non
poſs. ibi, *in perpetua vincula damnatos,*
nequè libertatem, nequè legata, nequè
quicquam eorum, quæ his data ſunt ca-
pere poſſunt.

16 Quicquid tamen hæc ſibi velint
ego puto, non eſſe ſimplicitèr ve-
rum quod dictum eſt, damnatos ſci-
licet ad perpetuos carceres incapaces
eſſe ob ſolam cõdemnationem iſtam,
ſed tunc demùm cùm damnati ſunt
propter delictum, quod eos redderet
incapaces, ità vt primo caſu non com-
prehendantur, ſed tantùm ſecũdo ca-
ſu, in Conſuetudine iſta loquente de
mortuis, ex doctrina *Ancharani, Phi-*

lippi

Digitized by Google

lippi Franchi, Abb. & aliorum, de quibus *Reg. de Ponte d. conſ. 73. num. 22. &* 25. dicunt enim iſti *DD.* ad finem videndi, an quis incapax ſit, & inteſtabilis, quia damnatus ſit ad perpetuos carceres, non ſufficere ſolā cōdemnationē, ſed ꝙ delictū ſit tale, per quod quis cenſeri debeat incapax, & propterea quòd titulus criminis attendi debeat, non genus pœnæ, & effectus iuris, quem, certum eſt, oriri ex titulo criminis, & non ex facto Iudicis, nam genus delicti, & non genus pœnæ attenditur, quando pœna per Iudicem imponitur, & non à lege, & ad hoc videtur mihi *tex. in l. ſi ſeuerior ff. de his, qui notantur infam. & in l. ictus fuſtiũ, cum ſimilibus.*

17 Nec obſtant contraria de ſeruis, & ſeruitute, quòd iis damnati ad perpetuos carceres aſſimilentur, nam id hodiè non procedit, cùm nemo benè natus efficiatur ſeruus, ad *tex. in auth. ſed hodiè, C. de donat. inter vir. & vxor.*

18 Secundò, non obſtat æquiparatio damnati in metallum, & ad perpetuos carceres, nam id prorſus erroneū eſt, repugnante decreto *Antonini Imperatoris*, de quo *Vlpianus in d. l. aut damnum, §. ſolent, in fine. ff. de pœn.* qui ad hoc ſingularis eſt in illis verbis, *quod ſi ſeruus in metallum damnatus beneficio Principis eſſet iam pœna liberatus, non eſſe eum in poteſtate Domini poſteà reddendum, ſed ſiuè in perpetua vincula fuerit damnatus ſeruus, ſiue in temporaria, eius remanet, cuius fuit antequàm damnaretur*, quibus ex verbis nemo non videt, maximam eſſe differentiam inter damnatos in metallum, & in perpetua vincula, quod mirum eſt, quòd non viderint *Reg. de Pont.* & alij, quos laudat.

19 Cætera in contrarium ponderata corruūt ex dictis, & procedunt, cùm delictum tale ſit, per quod condemnatus redditur incapax, vt ſi eſſet rebellis, & multò magis ſi hæreticus, nam, vt dicit *Napod. loco* ſup. cit. *ſub nu. 262.*

20 longè grauius eſt æternam, quàm tēporalem offendere maieſtatem, & in hoc caſu rectè procedunt, quę tradidit *D. Reg. de Ponte d. conſ. 73.* qui cōſuluit, & obtinuit, vt *ipſe* teſtatur *in fine conſilij*, in caſu, quo quis fuerat cōdemnatus ad perpetuos carceres ꝓpter delictū hæreſis, in quo pœna per-

21 petui carceris eſt cognita, & communitèr approbata de iure canonico, ex *tex. in cap. quamuis, de pœn. in 6.* vbi quòd poteſt Prælatus ſuos ſubditos condemnare ad agendam pœnitentiam in pane triſtitiæ, & aqua doloris ad perpetuos carceres, & ad idem eſt *tex. in cap. excommunicamus, lo 2. §. ſi qui autem, de hæretic. in canon. memoriam 19. diſtinct. in cap. nouimus, §. reo illo, de verb. ſignif. & in extrauag. communi diuinis exemplis, §. pontificali*, & ad hoc eſt quoquè Bulla *Vrbani IV.* inter litteras Apoſtolicas, de quibus *in direct. inquiſit. fol.* 41. & ſunt Conſtitutiones aliæ apud *Farinac. in tract. de hæreſi, quæſt.* 193. §. 5. *tit. de pœnis carcerat. num.* 101.

22 In locis verò, & caſibus, in quibus eſt inſolita, & reprobata pœna carceris perpetui, non erit inteſtabilis damnatus ad perpetuos carceres, vt benè notat *Ang. in l. ſi quis mihi bona, §. ſi Fiſci, ff. de acq. hæred. Bald.* & alij apud *Mandoſ. in addit. repert. inquiſit. in verbo carcer, verſ. idem Bal. & Clar. in d. §. teſtamentum, quæſt. 21. num.* 3. *Reg. de*

23 *Ponte loco* cit. *num.* 28. qui notat, tunc pœnam inſolitam non ligare cōdemnatum.

24 Poſtremò, quæ dicta ſunt à contrarijs procedunt, prout alia, quæ poſuimus de morte ciuili æquiparanda naturali, quotiès naturalis à ciuili non habet effectus difformes, & ciuilitèr mortuus ità iure conſiderari debet mortuus, vt nulla ſpes ſit gratię, vel vitæ ciuilis, in caſu etenim contrarij abſquè ſcrupulo procedunt quæ poſuimus *hoc capite* à *num.* 16. ex elegātèr traditis per *D. Conſil. Merlinū* Collegam meritiſſimū, *lib. 1. controu. 52. à num. 19.* qui ſcripſit in cauſa vxoris

Digitized by Google

Ioſephi de Vicarijs, licèt ipſe nominet illum Anellum condemnatum ad perpetuos carceres per Sacroſanctum Tribunal Inquiſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Neptis ex maſculo in linea aſcendentium an, & quãdo excludat amitam, dotando illam de paragio, vel ambæ ſuccedant, & num.* 4. 6. 8. 9. & 14.
Quid de iure Conſtitutionis Regni, aut communis Romanorum, num. 15.
An eam excludat in linea tranſuerſali, num. 16. & 20. *attento rigore, vel æquitate, num.* 21.

2 *Fœmina ex perſona alterius habet, quod non habet ex perſona ſua.*

3 *Dotatio an ſit cauſa exclusionis fœminarum.*

4 *Nepos excludit amitam.*

5 *Neptis excludit amitam, quando tractatur de ſuccedendo patri.*

7 Minadous *longo tempore exercuit munus iudicandi in S. C. & officium primarij Aduocati.*

10 *Patruus ex iure Conſuet. Neap. non excludit neptem ex fratre præmortuo à patris, auique ſucceſſione, quamuis eam dotet de paragio, & quarè, n.* 11.
Filia non ſolùm ſubingreditur locum, ſed etiam ſexum patris, & reputatur tanquàm maſculus, n. 13. & 17.

12 Bucinus in Conſuet. Si quis, vel ſi qua *exploditur.*

18 *Frater vel ex eo nepos, & neptis dotãdo ſororem de paragio, ipſam excludit.*

19 *Defuncti, & hæredum perſona eadem.*

22 Dominus Regens Hector Capyc. Latro Marchio Torelli *laudatur.*

ARGVMENTVM.

An, & quando neptis in terminis *Conſuetudinis Neapolit.* excludat amitã in linea aſcẽdenti, aut tranſuerſali, attento rigore, vel æquitate, & quid ſit ex iure *Conſt. Regni*, aut communi Romanorum, explicata *deciſ.* 21. *Antonij Capycij.*

OBSERVATIO V.

Explicatis præcedentibus quæſtionibus congruit explicare, an in terminis noſtrarum Cõſuetudinũ amita excludatur per neptem ex filio, vel ambæ ſuccedant, atquè inſimùl concurrant, & quidèm hęc quæſtio plures inuoluit inſpectiones.

1 Prima eſt, an neptis in linea aſcendentium excludat amitam, vel ambæ ſuccedant, & in hac quæſtione *Capyc. hic in verbo ſolùm, lit. A. fol.* 78. *in apoſtilla* incip. *nota*, videtur tenere, quòd
2 fœmina ex iure patris excludat amitam, nec enim eſt mirum, quòd fœmina ex perſona alterius habeat quod non habet ex ſua, vt *ff. quæ res pignor. obligar. poſſ. l. ariſto, in fin.* quem *tex.* citat *hic. Napod. in verbo ſolùm, Scipio Bucinus in add.* incip. *per iſtam Conſuetudinem, fol.* 70. *in fin. verſ. & nota*, ex *fine tex. illius Conſuetudinis* excitat
3 eandem quæſtionem, & arguit hinc indè, & primò, quòd in *tex. huius Conſuet.* dicitur, quod tenetur dotare, quæ dotatio videtur eſſe cauſa excluſionis, item ex *Napod. hic in princ. num.* 2. *in ver. ex hoc reſultat terminatio*, ſed poſteà arguit contrà, quia in *tex. huius Cõſuetudinis* dicitur, *& teneantur ipſi ſucceſſores dotare ſorores, & amitas*, & ſic
4 loquitur in genere maſculino, quaſi velit, quòd nepotes excludant amitã, non neptes, & reſpondet ad *deciſ. Capyc.* 21. & videtur reſidere in opinione, quòd neptis ex maſculo nõ excludat amitam, ſed concurrant, *Piſanell. in Conſuet. Sed ſi morienti, fol.* 153. *in apoſtil.* quæ incipit, *nota, in fin.* dicit,
5 quòd quando tractatur de ſuccedendo

do patri neptis ex maſculo excludit
amitam,per *gloſ. in hac Conſuetudine,
in verbo ex hoc*, vbi dicit, ſcripſiſſe, &
allegaſſe *DD.* firmãtes iſtam quæſtio-
nem,quos *DD.* perquiſiui,& non inue-
ni,ſed *Minad. in d.Conſt.in 3.notab. fol.*
6 *120.n.118. verſ. contraria tamen opi-
nio*, inconcuſsè tenet,neptem ex ma-
ſculo excludere amitam, & hanc opi-
nionem dicit,fuiſſe receptã, & practi-
catam,quod eſt magnum verbum prolatũ
7 à Doctore, qui longo tẽpore exercuit
munus iudicandi in S. C. & officium
Primarij Aduocati, & ſi benè perpen-
datur *Capyc.in dec.21.*(qui loquitur in
linea trãſuerſali, vt inferiùs dicemus)
8 in linea aſcendente pro indubitato te-
net,neptẽ ex maſculo excludere ami-
tam, *ibi num. 2.* qui reſpondendo ad
dictum *Napod. in hac Conſuetudine, in
verb.ex hoc reſultat terminatio*, quod
faciebat contrà eius opinionem,quòd
etiam in linea tranſuerſali neptis ex
maſculo excludat amitam, dicit hæc
verba,*niſi ſtringas hæc ad lineam aſcẽ-
dentium*,vt verè loquitur *Napod.* & ſic
9 annuit,in linea aſcendente,neptem
excludere amitam, quicquid tamen
ſit attentis terminis *Conſtitutionis In
aliquibus*, ego in bonis ſitis in diſtri-
ctu, vbi viget hęc noſtra Conſuetudo
non recederem ab opinione *Minad.*
ex verbis *Napod.* & cõtextu *huius tex.
in verbo & amitas, & in verbo & om-
nia,num.113.& ſequent.* vbi ponit ca-
10 ſum *Napod.*quòd hoc iure municipali
patruus non excludit nepotem, aliàs
neptem ex fratre premortuo à ſuc-
ceſſione patris eorum fratrum,auiquè
neptis eiuſdem, dotando ipſam de
11 paragio,ergo ſi neptis nõ ſolùm ſub-
ingreditur locum eius patris defun-
cti,ſed eius ſexum, quia non excludi-
tur per patruum,ſed concurrunt,repu-
tatur in ſucceſſione, ac ſi eſſet verè
maſculus; & proindè retorquetur ar-
12 gumẽtum contrà *Bucinum in loco* per
me ſup.cit. deſumpto per ipſũ ex ver-
bis *huius Conſuetudinis*, ibi, *& tenẽtur
ipſi ſucceſſores dotare ſorores, & amitas
ſecundùm paragium*, & quòd loquatur
iſta Conſuetudo in genere maſculi-
no,non in fœmina, nam ſi eſt verum,
13 quòd fœmina in caſu propoſito repu-
tatur vti maſculus repręſentando iura
maſculinitatis eius patris, per verba
Napod.in loco ſup. cit. *num. 113.* ergò
neptis tanquàm ſucceſſor maſculus
14 excludit amitam, dotando ipſam de
paragio.

15 Secunda eſt inſpectio, vbi non ha-
beret locum Conſuetudo, quia bona,
de quorum ſucceſſione tractatur eſsẽt
ſita extrà diſtrictum,& ſic quæſtio ter-
minanda eſſet ſecundùm *Conſtitutio-
nem Regni In aliquibus*, vel de iure
communi in terminis propoſitis,v3.in
linea aſcendenti, ſi neptis ex maſculo
excludit amitam, vel ambo ſuccedãt,
Affl.in Conſt.Regni In aliquibus,nu.65.
in puncto diſputat quæſtionem, & cõ-
cludit,quòd quia illa Conſtitutio non
determinat hunc caſum,& videtur ca-
ſus omiſſus,qui remanet in diſpoſitio-
ne iuris cõmunis, quòd ambo cõcur-
rant, & ſecundùm hanc opinionẽ tra-
dit deciſum in S. C. diſputato articu-
lo *Gram. in dec.63.* in qua amita colla-
ta dote cum nepte fuit admiſſa ad ſuc-
ceſſionem patrui, cui opinioni ego
adhæreo.

16 Tertia eſt inſpectio in terminis pro-
poſitæ quæſtionis,quid dicendum in
linea tranſuerſali, nùm neptis ex ma-
ſculo attenta hac noſtra Conſuetudi-
ne Neapolitana excludat amitam, vel
ambæ concurrant; & quidèm *Capyc.
in deciſ. 21.* ad exactum examen re-
uocata hac quæſtione, ſubdit deci-
ſum in S.C.quòd vtraquè ſuccedat,&
quòd ambæ concurrant, quamuis di-
cat,contrariam ſententiam attento iu-
re conſuetudinario eſſe ſubſtentabilẽ,
Capyc. deciſ. citat *Colutius Coppula in
addit.ad Conſuetudinem Sed ſi morien-
ti.f.153.* incip. *ſcias*, *Piſanellus eodem
fol.in addit.* incip. *nota iſtam gloſſam*,
qui ſententiæ verba tranſcripſit, quæ
non refero.

Verùm, vt ingenuè fatear,hæc *Ca-*

pycij deciſio potiùs de æquitate poſſet
ſubſtineri, cùm repugnare videantur
verba *Napodani in hac Conſuetudine,
in verſ. & omnia. fol. 109. ſub num. 115.*
vbi *Napodan.* videtur pro abſoluto te-
17 nere, neptem ex maſculo ſubingredi
locum, & ſexum patris, & quemadmo-
dùm pater, ſi viueret, excluderet ſoro-
rem, dotando eam de paragio, ſic &
ipſa neptis ex iure patris, quod & an-
nuit etiam *idem Napodanus in hac ea-
dem Conſuetudine, in verbo ſolum, num.*
15. *fol.* 78. in illis verbis, *cùm inſpicia-
tur perſona patris, & eius ſexus, in cuius
locum ingreſſa eſt, & non ipſius filia, nec
mirum ſit, quòd neptis ex perſona alte-
rius habeat quod non habet ex perſona
ſua,* & confirmat *idem Napodanus eod.
num.* 115. iam ſuprà relato, in illis ver-
bis, *ratio autem, quarè filius defuncti*
18 *nepos, neptiſuè ex filio, vel ex fratre ex-
cludit amitam, vt hìc patet, eſt, quia de-
functus dotando ſororem de paragio ex-
cluderat ipſam, & eodem iure filius, vel
nepos ſibi ſuccedentes excludunt ſororē*
19 *defuncti, dotando ipſam, cenſetur enim
eadem perſona defuncti, & ſuorum he-
redum,* & ſic *Napodanus* tàm in linea
aſcendente, quàm in linea tranſuerſali
20 eſt in opinione, neptem ex maſculo
excludere amitam, ibi, *nepos, neptiſuè*
21 *ex filio, vel ex fratre*, quidquid tamen
ſit de rigore, attentis verbis *Conſue-
tudinis*, & dictis per *Napodanum*,
magis æqua videtur opinio *Capycij*,
ſecundùm quam iudicauit Sacrum
Conſilium etiam temporibus noſtris
in cauſa Fratrum de Follerio cum
Franciſca, Hilaria, & Hieronyma Rē-
dina iunctis Conſiliarijs duarum Au-
larum, vt conſtat ex doctiſſima *deciſio-
ne*, quam illius cauſæ edidit 4. in ordi-
22 ne Dominus *Hector Capycius Latro*
Marchio Torelli, vir Patritius, mori-
bus, doctrina, ac pietate inſignis, olim
collega noſter doctiſſimus, nunc ex
proprijs meritis digniſſimus Regens
Regiam Cancellariam.

Licèt ego putauerim ſemper, cauſam illam diuerſam eſſe à *deciſ.* prædicta *Capycij*, in qua filia fratris concurrebat cum amita, cùm tamen dicti de Follerio eſſent filij ſororis, & illę de Rēdina filiæ fratris, defero tamen authoritati Dominorum, qui in cauſa illa iudicarunt, & præſertim *D. Regentis Capicij Latro*, qui deciſionem cauſę compilauit.

Et quamuis *Napodanus* dixerit verba illa, *ex fratre*, nihilominùs ex ſubſequentibus verbis ſeipſum videtur declarare, dùm poſteà indè ſimpliciter refert, *nepotem, vel neptem ex filio*, nequè addit, illa verba, *ex fratre*, vt benè legenti conſtare poterit.

SVMMARIVM.

1 *Filij fratrum, & ſororum de iure communi Romanorum concurrunt ſimùl in ſucceſſione patrui, & amitæ.*
Quid verò ſit de iure conſuetudinario Neapolis, num. 2. 14. 18. & 23.
3 *Sexus differentia quo iure conſiderata fuerit, & à quo ſublata.*
4 *Fæmina excluſa vti inhabilis, & deſcendentes ab ea excludūtur, & quare, num. 5.*
6 *Soror excluſa propter fratres alio iure, quàm Conſuetudinis Neapolis. an fratri in bonis obuentis ſuccedat, etiā attento iure conſuetudinario, & n. 7. 9. & 12.*
7 Lælij Caputi *traditio in caſu numeri præcedentis examinatur, & exploditur, & num. 19.*
8 Deciſio Præſidis de Franchis 412. *examinatur, & num. ſeqq.*
10 Io. Baptiſta Melior *Regius Conſiliarius optimus Conſuetudiniſta.*
11 *Regulam qui habet pro ſe, dicitur habere rem certam, & indubitatam, donec allegans exceptionem, illam liquidò probet.*
13 *Conſuetudo Neapolis locum habet in habitatore Neapolis, cùm de illius ſucceſſione agitur.*
15 *Æquitas introducta per Conſuetudines Neapolis.*

16 *Æqui-*

16 *Æquitas præfertur ex iure Conſuetu-*
dinario Neapolis.
Quod quomodo intelligi debeat, n. 17.
20 Decius conſ. 527. & 658. *redarguitur.*
21 *Soror excluditur propter fratres per Cõſuetudines Neapolitanas, cùm eſt dotata, & non eſt maſculiata.*
22 *Soror maſculiata habet portionem vt maſculus.*

ARGVMENTVM.

Filij ſororum an, & quãdo concurrant in ſucceſſione cum filijs fratrum, vel excludantur ab illis.

OBSERVATIO VI.

1 DE iure communi Romanorũ
concurrere ſimùl filios fra-
trum, & ſororum ad patrui,
& amitæ ſucceſſionem eſt
tex. in l. auunculo, C. comm. de ſucceſſion.
quem citat ad hoc *Præſ. de Franch. in*
deciſ. 412. *in princ.*
2 Sed an idem dici oporteat in ter-
minis iuris noſtri Conſuetudinarij, vi-
deamus hoc loco, & quidèm in hoc
variant ius noſtrum, & Romanorum,
moribus namq; noſtris introductum
eſt, filios ſororum excludi à filijs fra-
3 trum, retenta antiqui iuris ratione, per
quam differentia ſexus obſeruabatur,
quam *Iuſtinianus* aboleri præcepit in
l. maximum vitium, C. de liber. præter.
4 & hinc excluſa ſorore excludit ius
noſtrum deſcendentes ab ea, tanquàm
ex radice infecta, ſeù potiùs inhabili,
ità *Napod. in Conſuet. Et omnia, n.* 114.
infrà hoc tit. de ſucceſs. ab inteſt. verbo
filius autem, & cumulat alios *Præſ. de*
Franch. d. deciſ. 412: qui hoc pro abſo-
luto deducit, & iudicatum refert in
cauſa Alphonſi Guezzæ ad beneficiũ
nepotum ex fratre, excluſis nepotibus
ex ſorore defuncti, quod & ſæpiſſimè
deciſum eſt, tàm per M. C. V. quàm
5 per S. C. ea ratione, quia eiuſdem na-
turæ cenſendi ſunt cum fœminis filij
fœminarum, vt dicit *Napod. in hac Cõ-*
ſuet. nu. 112. & notat nouiſſimè *Capu-*
tus ad Conſuet. §. 5. *de perſonis, n.* 36. qui
ait, hinc fundari dictam *deciſ. Præſ.*
412.
6 Cùm verò deciſionem hanc Præſi-
dis noſtri S. C. limitandam putauerit
Caputus in cauſa ſucceſſionis V. I. D.
Antonij Glemmi, in caſu, quo defun-
cti pater, & mater erant exteri, & bo-
na, ad quæ ſucceſſerat defunctus, &
fratres, & ſorores ſita erant extrà di-
ſtrictum, audiamus nunc eum ratioci-
nantem, quem ſubſtinuimus, & vici-
mus diſputantem, dum partes contrà
Caputum tueremur in cauſa prædicta,
vt *ipſemet* teſtatur *loco* cit. *num.* 39. *in*
fine, vbi redarguit, & benè *Io. Baptiſtã*
de Thoro referentem in cauſa iſta al-
legauiſſe Iuuenem perſpicacis ingenij
V. I. D. Horatium Glemmum in eius
Compend. par. prima, ver. nepos ex fra-
tre, ego etenim allegaui pro filijs fra-
trum, & obtinui contrà *Caputum*, &
Iuuenis ille Horatius de Glẽmo mea
ſectabatur veſtigia, qui tunc temporis
Aduocati munus exercebã, niſi *Tho-*
rum excuſes, quòd elogium hac occa-
ſione ſcribere volueris, & memoriam
facere patris dicti Horatij, quem ſuũ
conſobrinum fuiſſe, ſcribit ex Ioanna
Faleſia.
7 Et dicit *Caputus ſub num.* 38. *fol.* 40.
col. 1. ſibi perſuadere nõ poſſe, ex par-
te filiorum ſororis non verſari maxi-
mam æquitàtem, & pro eis eſſe deci-
dendum, quia caſus prædictæ ſucceſ-
ſionis non poteſt comprehendi in ci-
8 tata *deciſ. de Franchis*, & vult dicere,
quòd caſus ſucceſſionis iſtius, & deci-
ſionis ſunt diuerſi, & allegat pro di-
uerſitate, quòd in caſu deciſionis ſup-
ponitur, ipſas ſorores potuiſſe maſcu-
liari, quaſi quòd ſi daretur caſus, in
quo non eſſet poſſibilis, nec maſculia-
tio, nec excluſio in bonis paternis, &
maternis, deberet ceſſare Cõſuetudo,
& de-

Digitized by Google

& deciſio prædicta à ceſſante, vt ait, ratione, ſubdens, hunc fuiſſe caſum dictæ ſucceſſionis, nam ſupponebat, matrem, & patrem dicti Antonij mortui, & ſororum, & fratrum ipſius fuiſſe exteros de Terra Malleani veteris, & bona materna, & paterna, ad quæ ſucceſſerant Antonius, & fratres eius, atque ſorores, fuiſſe extrà diſtrictum Neapolis, ità vt extrà diſtrictum ratiocinando ad morem *Napodani in gl. ſuccedunt, num.*84.*in hac Conſuet. Si moriatur*, cenſuerit *Caputus*, admittendos filios ex ſorore cum filijs fratrũ, quia iſta ſoror non fuerat excluſa à ſucceſſione parentum, nec potuerunt fratres illam excludere propter Conſuetudinem.

9 At, & nunc cenſeo contrà *Caputum* decidendum in cauſa reclamationis, quam dicit *ibi* pendere, & confirmanda decreta M.C.V. & S.C. vniformitèr lata ad excluſionem filiorum ex ſorore.

Dico etenim primò, regulã nos habere, à qua caſus iſte non excipitur, quòd nimirum ſoror excluditur, & filij eius, iuxtà allegatam *deciſ. D. de Franchis*, vti dicebat in cauſa iſta, quã votauit Conſiliarius *Io. Baptiſta Melior*, & cum eo Sacrum Conſilium in Aula, in qua reſidebat Conſiliarius 10 *Melior*, qui fuit optimus Conſuetudiniſta, & qui habet regulam pro ſe di-11 citur habere rem certam, & indubitatam, donec allegans exceptionem, illam liquidò probet, vt eſt doctrina *Felin.in cap.quoniam frequentèr, vt lite non conteſt.* quam admittit, & probat *Caputus ibidem antè num.*39.

12 Secundò, exceptio, quam allegat *Caputus* de bonis paternis, & maternis, q̃ fuerint extrà diſtrictũ, & quòd fuerit ab ijs ſoror excluſa alio iure, quàm Conſuetudinario, non facit ad rem, nam nũc non agitur de excludẽdo ſororem à ſucceſſione paterna, & 13 materna, ſed à ſucceſſione, & bonis Antonij Ciuis, & habitatoris Neapolis, in cuius ſucceſſione, cùm locum habeat, & vigeat Conſuetudo, vt fundat *de Thoro loco cit.* ex Conſuetudine 14 res decidenda eſt, & per eam ſicuti reperitur ſoror excluſa per fratrem, ità per filios fratris debent excludi filij ſororis, qui eſt caſus *Præſidis de Franch.in d.deciſ.*412.

15 Nec ad rem facit æquitatis prætextus, quem allegat, quamuis enim intẽtio Principis Compilatoris, & populi Neapolitani fuerit introducere æquitatem per has Conſuetudines, vt inquit *Napod.in proœmio, in ver. æquita-16 tis, num.*340.qui ſubdit, quòd intelligentia æquitatis preferatur in his Cõ-17 ſuetudinibus, id non ità intelligi debet, vt prætextu æquitatis deſtruatur diſpoſitum per Conſuetudines, vt eſſet hoc in caſu, in quo non aliud deciditur, quàm purus iuris articulus, an in ſucceſſione Antonij Glemmi patrui ſuccedant filij fratris excluſis, vel nè 18 filijs ſororis dotatæ, in quo nemo ſani capitis dubitabit pro admiſſione 19 ſororis, aut eius filiorum, niſi *Caputus*, qui in re hac deduxit quod nihil facit, & impertinens eſt, & per totum conſilium fundatur in argutijs, quaſi in iure communi, & tunc peſſimè, & ſophiſticè conſuluit, & adhuc hic ma-20 nifeſtum errorem nititur defendere, vt vſurpem, quæ cõtrà *Decij conſ.*527. *& 658.dicit Add.in verbo ſtatutis, lit.B. ad cit. Decij conſ.*658. quamuis *Additio* falsò citet *conſ.*525. nam re vera eſt 527.in quo conſuluit id, quod proſequitur *conſ.*658.

21 His ità reſolutis, quoniam nõ ſemper verum eſt, quod dicitur de excluſione ſororis à fratre, vel eius filijs, ſed tunc demùm cùm ſoror eſt dotata, vt dicit *Napod.in Conſuet. Quod autem, in* 22 *ver.ſoror, in fine*, vel cùm maſculiata non eſt, quia maſculiata debet habere portionem tanquàm maſculus, vt ait *tex.Conſuet.huius, & Napod. hic in verb. paragium, verſ. quid ſi intrat.*

23 Nobilis eſt controuerſia ad explicationem eorum, quæ diximus, an tũc excludatur neptis ex ſorore à filijs fra-

fratrum,ſed eam cum alijs ſuperſedeo tractare hic,vt tota materia maſculiationis ſimùl explicetur infrà ad intellectum *Conſuetudinis*,ſeù potiùs *verſ. eas autem*,infrà *hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ in Ciuitate Neapolis an excludàtur à maſculis perpetuò,& ſimpliciter,vel ſub conditione,& num.*4. *&* 16. *quod quomodo intelligatur, num.*14.

2 *Fœminę dotantur à maſculis in Ciuitate Neapolis ſecundùm paragium, & facultates.*

3 *Quòd ſi eas differant maritare quandò ſuccedant in virilem.*

5 *Fœminarum ius ſuccedendi ex Conſuetudine transfuſum eſt in paragiū, & num.*15.

Exploſa contraria Caputi *ſententia, num.*18.

6 *Subrogatum an, & quando ſapiat naturam eius,in cuius locum eſt facta ſubrogatio.*

7 *Filię an relinqui debeat paragium à patre,vel poſſit prateriri in teſtamēto.*

8 *Patres quādo, & quomodò prouiderint filiabus de paragio.*

9 *Conſuetudines Neapolitanæ an habuerint eundem ſenſum cum alijs ſtatutis Italiæ,excludētibus fœminas propter maſculos.*

10 *Maſculi parentibus ſuccedunt in Ciuitate Neapolis cum onere dotandi fœminas.*

11 Conſuetudo Si moriatur *in illis verbis*,& tenentur maritare,*explicatur, & ad quid verba illa fuerint appoſita in Conſuetudine,n.*12.

13 *Statutum excludens fœminas propter maſculos non valet, niſi vel ijs reſeruet portionem,vel diſponat, quòd illæ dotentur.*

17 D.Fabius Regens Capyc. Galeota *laudatur.*

19 Vinc.de Franch.deciſ.157.ſub nu.6. verſ.item dicebatur *exploditur.*

20 *Fratris præmortui filius,tàm in ſucceſſione aui,quàm patrui excludit amitas,dotando eas de paragio.*

21 *Patruus,tàm in ſucceſſione fratris,quā aſcendentis non excludit neptem ex fratre præmortuo, ſi velit illam dotare.*

22 *Filius ex fratre conſanguineo tantùm excludit amitam in bonis ex ſua agnatione peruenitis.*

ARGVMENTVM.

Fœminæ an,& quomodò excludantur à maſculis in Ciuitate Neapolis.

OBSERVATIO VII.

1 Foeminas excludi per maſculos, quia diximus *Obſeruat. præced.* obſeruandū erit hoc loco,an,& quomodò ſint excluſæ, & an perpetuò, & ſimpliciter.

2 Et videtur negatiuè reſpondēdum. Primò ex *tex. huius Conſuet. Si moriatur*,per quam prouidetur,quòd fœminæ dotentur à ſucceſſoribus maſculis ſecundùm paragium,& facultates,in illis verbis *in fine principij, & tenentur ipſi ſucceſſores maritare ſorores, & amitas ſecundùm paragium,& facultates*,quibus ex verbis videtur, fęminas non eſſe excluſas.

3 Item, quia dicitur inferiùs *in verſ. eas autem*, quòd ſi maſculi differant maritare ſorores vſquè ad annos ſexdecim completos,fœminæ ſuccedunt, & poſſunt petere portionem de bonis paternis, & maternis virilem, vt fra-
4 tres,quibus ex verbis notat *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſs.mulier.num.*26. per Conſuetudines noſtræ Ciuitatis apparere,fœminas non omninò excluſas, ſed ſub conditione dotationis de paragio.

5 Et non eſſe excluſas omninò ex dicta prouiſione paragij videtur notaſſe *Napodan. hic in ver. ſuccedunt, poſt num.*87.vbi dicit,ius ſuccedendi trāſfuſum

fuſum eſſe in paragiũ,& quòad filiam videri factam quandam nouationem de ſucceſſione ad paragium, non etenim videtur excluſa à ſucceſſione fœmina,quæ ſucceſſionem habet trãsfuſam in paragium, ſed potiùs ſuccede-
6 re,cũ portione tamen paragij,in quod ſucceſſio ſubrogata eſt, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locũ eſt facta ſubrogatio, vt inquit *Napod. ibid. num.* 88. vbi explicat,quando id procedat.

7 Hùc namquè videtur pertinere quod ſubdit *loco* cit. *Napodanus*,non requiri, quòd pater relinquat filię paragium,& poſſe pręteriri in teſtamento, vt hinc reſtricta potiùs videatur ſucceſſio ad quantitatem paragij, quã ſublata per Conſuetudinem,ex ſubſequentibus *Napodani* verbis, dùm ait,
8 *nec poteſt dici totalitèr præterita, cùm tempore harum Conſuetudinum conditarum patres communitèr prouiderunt filiabus ſuis de paragio,habendo per eas à fratribus ſuccedentibus patri communi*;id enim probat datam ſucceſſionem ex pacto,veluti ex teſtaméto, ſeù potiùs teſtamenti formula à Ciuibus condita tempore conditarum Cõſuetudinum,vt nimirum ſuccederent, ſed in re certa,quam paragij vocabulo expreſſerunt taxandam,& liquidandam, ſecundùm quod iura vellent,& diſponerent.

9 Sed his quaſi non refragãtibus putant aliqui, fœminas omninò excluſas eſſe à ſucceſſione propter maſculos,& Conſuetudines noſtras habuiſſe eundem ſenſum cum cæteris Italiæ partibus,in quibus ſtatutum eſt,quòd extantibus maſculis fœminę non ſuccedant,ſed excludantur.

10 Mouentur præſertim ex iſta *Cõſuet. Si moriatur*, in eo, quod diſponit,maſculos parentibus ſuccedere, qui teneantur dotare ſorores,& amitas, & quòd non expreſſiſſet Conſuetudo illis verbis ſucceſſionem quòad maſculos tantùm, ſi paragium diceret ſucceſſionem.

11 Nec dicunt obſtare verba ponderata in contrariũ,*& tenẽtur ipſi ſucceſſores maritare*, quia tantùm dicũt abeſſe, quòd probent partes fœminarũ, vt potiùs excluſionem ſuadeât, ex ſollemni *Caſtrenſis* doctrina, quam probat in ſtatuto excludente fœminam propter maſculos, cum onere tamen illã dotandi,*Ludouicus Morotius reſpõſo* 23.*poſt n.*2.*verſ. ſed licèt hac opinio*.

12 Quinimmò obſeruant verba illa,*& tenentur, &c.* fuiſſe poſita ad validandam excluſionem fœminarum ex cõmuni *DD.*ſententia, qui exiſtimant, ſtatutum excludens fœminas propter
13 maſculos non valere,niſi vel reſeruetur portio, vel diſponatur, ꝙ illæ dotẽtur,vt de communi teſtatur *Aufrer. in add. ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 437. *Decianus*,qui ità millies refert iudicatum,*reſponſo* 6.*num.*13. *vol.* 1. *& D. de Franch.deciſ.*618. *in fin.* vbi ità teſtatur deciſum per Sacrum Conſilium.

14 Et ad obiectum ex *D.de Ponte*,quòd fœmina ſit excluſa ſub cõditione, qua non impleta per maſculos fœmina ſuccedat,reſpondent, id non firmare incluſionem,ſed excluſionem,& regulam ab initio, & quouſq; velit maſculus,ad cuius fauorem excluſio fuit inducta, licèt ſub conditione dotandi, quòd ſi maſculus contemnens prærogatiuam ſexus nolit adimplere ad quę tenetur,vt fœminam excludat,ipſe renũciat priuilegio, & excluſioni,& fœmina admittitur ex voluntate, vel in pœnam maſculi, non quòd per Conſuetudinem ſuccedat, aut excluſa non ſit,ità *Caputus*, quamuis non ità clarè ad *hanc Conſuet.par.*2.§.1.*ſub num.*22. & meliùs *Andr.in Conſtit.In aliquibus, num.*80.*verſ.totum hoc*,ibi,*voluntas legis eſt, vt det paragium dotis pro maritagio, in quo ſi deficit frater, noluit priuare fœminam hac Conſtitutio ſucceſſione*,& paulò inferiùs,ibi,*& ſi nolit dotare,non compelletur,veruntamen non prefertur,& poſteà eſt enim facta hac lex in fauorem maſculi,vndè beneficium non confertur in inuitum.*

15 Po-

15 Poſtremò dicunt, non obſtare dictũ *Napod.* de transfuſione ſucceſſionis, & iuris ſuccedendi in paragium, quia id probet excluſionem, quòd nemo putabit ſuccedere eum, cui, vt excludatur à ſucceſſione, aliquid promittitur, aut datur, facta præſertim nouatione de eo, quod datur ad id, quod accipitur; ſubdẽtes, quòd dicit *Napod.* videri factam nouationem quãdam de ſucceſſione ad paragium, intelligendum pro omnimoda excluſione facultatis ſuccedendi, dùm locus eſt paragio.

16 Quicquid tamen hæc ſibi velint, ego cenſeo, priorem ſentẽtiam veriſſimam eſſe, quòd ſcilicèt non ſit fœmina ſimplicitèr excluſa, hunc etenim, credo, fuiſſe ſenſum *Napod.* cùm dicit transfuſum ius ſuccedendi in paragium, vt paragium ipſum ſit loco ſucceſſionis quòad fœminam, vt latiùs infrà explicabo, cùm de paragiò agam.

Secundò, quia ità in puncto tenuit *Napod.* infrà *in Conſuet. Si qua mulier à num:* 13. vbi diſputato articulo reſidet *n. 16.* in opinione, quam tuemur, quòd ſcilicet filia non excludatur à ſucceſſione ſimplicitèr per fratrem, ſed ſub conditione, ſi ipſam dotare voluerit, & quòd hæc eſt veritas, quòd ſi non dotetur, non præferatur, cuius ſententiæ fuerat quoquè *Andr. in cap. 1. num. 16. de nat. ſucceſſ. feudi*, dùm inquit, *oportet ergo ſororem, vt excludatur fuiſſe dotatam, & habuiſſe totum, quod pro dote debet habere, quaſi dos, & dotis paragium ſit pars ſua, ſecus ſi pro parte volens frater eam potiùs ad ſucceſſionem admittere, quàm dotare, &c.*

17 Sed omnium latiſſimè hanc eandẽ tuetur ſententiam poſt hęc ſcripta viſus Dominus *Fabius Capyc. Galeota*, vir patritius, olim Aduocatus inter Primarios inſignis, poſtmodũ Regius Conſiliarius, Regij patrimonij Fiſci patronus, & Præſ. Regiæ Cameræ Sũmariæ mèritiſſimus, & integerrimus, nunc verò ex proprijs meritis in Supremo Italiæ Senatu apud Catholicã Maieſtatem Regens digniſsimus, & Dux Rheginæ creatus, in doctiſſima, quã edidit *controu. 15. lib. 2.* vbi innumeros affert ad hanc probandam ſententiam, & contrarijs acerrimè reſpõdet, vt perindè ſufficiat ad eum lectorem remiſsiſſe, & locum indicaſſe.

18 Aduerto ſolùm circà doctrinam *Napod.* relatam *num. 15. & 16.* cauendum eſſe à *Caputo*, cùm *in prælud.* §. 5. *de perſonis, num.* 28. contendit, & malè, verum non eſſe, quod *Napodanus* ait, ius ſuccedendi fœminarum transfuſũ eſſe in paragium, contrarium etenim verius eſt, vt ipſemet *Caputus* probat, cùm ex propoſito rem examinat, definiendo paragium *par. 2. §. 2. num. 2. in fin.* ibi, *ſucceſſionis vice ſtatuta*, & latius *num. 22.* vbi dictum iſtud *Napodani* approbat, dictiquè rationem affert, & alia, quibus dicti veritas apparet.

19 Sed & cauendum erit à traditis per *D. Præſid. de Franch. deciſ. 157. ſub num. 6. verſ. item dicebatur*, vbi dicit, quòd ſi amita concurreret cum nepotibus ex alio fratre in ſucceſſione alterius fratris pręmortui, non excluderetur, immò admitteretur, nam id erroneum eſt, & non ſolùm nõ probatur ex *tex. Conſuetudinis huius, in verſ. ſed ſi morienti*, & ex *locis Napod. ibi* citatis, *in verbo filiæ, & in verbo neptes*, ſed potiùs *tex.* ipſe, & *Napod.* dicũt expreſſè contrarium.

20 Et ideò facias duas concluſiones. Prima, quòd filius fratris præmortui, tàm in ſucceſſione aui, quàm patrui excludit amitas, dotando eas de paragio, ità enim expreſsè docet *Napod. in Conſuet. Et omnia, num. 113, verſ. filius autem*, vbi rationem habes huius concluſionis.

21 Secunda ſit cõcluſio, quòd patruus tàm in ſucceſsione fratris, quàm aſcẽdentis non excludit neptem ex fratre pręmortuo, dotando illam, vt dixit *idẽ Napod. vbi ſup. verſ. patet ergo, Piſanellus, & Colutius Coppula in d. verſ. ſed ſi morienti, in gloſſa, in ver. neptes, n. 272. in addit.* quæ incip. *Scias.*

22 Et idem dico in filio ex fratre con-

C ſan-

ſanguineo tantùm, qui excludit auſi tam in bonis ex ſua agnatione peruẽtis, vt dicit *tex. huius Conſuet. in verſ. ſed ſi morienti, in fi.* vbi *Napod. n. 284.*

SVMMARIVM.

1 Paragij *verbum an, & quomodò cognitum de iure communi Romanorum,*

2 *Paragium quid ſit, & ſuper quibus bonis competat.*

Quæ ratio in eo habeatur, num. 3.

4 *Paragium, & facultates in Conſuetudine conſiderantur, vt diuerſa.*

5 *Paragium vndè dicatur, & num. 9.*

6 D. Carolus Regens Tapia *laudatur.*

7 *An ſit pars legitimæ, vel idem, quod portio debita à iure naturæ.*

8 D. Scipio Theodorus Reg. Conſiliarius *laudatur.*

10 *Paragium liquidatur arbitrio Iudicis, quod ex quibus reguletur, & n. 12.*

11 *In eius liquidatione attendendus eſt præcipuè mos Regionis.*

13 *Paragium qua ratione exigatur à maſculis.*

ARGVMENTVM.

Paragium quid ſit, vndè dicatur, & qua ratione exigatur à maſculis.

OBSERVATIO VIII.

QVoniam fœmina excluditur in Cõſuetudine propter paragium, huius occaſione explicemus, quid ſit paragium iſtud, & vndè dictum fuerit, vt faciliùs intelligantur, quæ traduntur à noſtris.

1 Verbum namquè *paragij*, incognitũ eſt iure communi Romanorum, quãuis ſubſtantiam eius, vt ità dixerim, quod cũ ad paragij eſſentiam attinet ex iuris illius authoribus habeamus, ex *Celſo* ſcilicèt, & *Papin. in l. quæro, & in l. cum poſt, §. gener à ſocero, D. de iur. do.* vt aduertit *Napod. hic in vet. paragium, num. 50.* vbi notat, quòd lex vocat modũ conſtituendi dotes, id, quod Conſuetudo, & nos dicimus paragiũ.

2 Et quidèm paragium nihil aliud eſt, ſeù dicitur, quàm verè, & competens dos, ſeù portio illa, quæ filiæ maſculis extantibus competit ſuper bonis paternis, & maternis, ad finem vt nubat, id etenim verba illa probant, quę retulimus *Obſer. praced. num. 1. & teneantur ipſi ſucceſſores maritare ſorores, & amitas ſecundùm paragium, & faculta-*

3 *tes*, habita ſcilicèt ratione dignitatis perſonæ, & quantitatis bonorum, in quibus ſuccedirur, vt explicat *Napod. d. num. 50.* vbi obſeruat, copulari in

4 Conſuetudine paragium, & facultates, vt noteneur eſſe diuerſa, poſt *Andr. in Conſt. In aliquibus, in ver. maritare,* ibi, *nam paragium eſt portio, quam habet de bonis, &c. Petr. de Gregor. de dote de paragio, quaſt. 1 num. 2. Dom. Regens Capyc. Galeota contr. 15. lib. 2. num. 28.* & eſt communis noſtrorum traditio.

5 Quod verò non conſtat apud omnes eſt ſecunda pars quæſtionis, vndè ſcilicèt dicatur paragium, nam *D. Ca-*

6 *rolus Reg. Tap.* quem iſtis diebus communi bonorum, ac literatorum incõmodo fatum nobis eripuit, putauit *lib. 6. iur. Regni ad Conſtit. In aliquibus, in ver. ſecundùm paragium*, dictũ fuiſſe paragium, quaſi pars legitimæ competẽs, *Marinus de Caraman.* vt aduertit *Napod. hic num. 50.* putabat, paragium indè dictum, quòd tantum habeat fœmina, quantum maſculus habet, & *Carolus de Tocco*, quem refert *Affl. in Conſt. Fratribus, num. 10.* dicebat, ità dictum, quia vna ſoror habere debeat tantam quantitatem, quantam altera ſoror habuerit, & omnes parũ rectè, verum etenim non eſt, quod dicit *Carolus de Tocco*, quem totiès rectè refellunt *Affl. ibid. num. 71. & Loffredus conſ. 71. Grat. diſcept. 231. n. 27. & Marinum* redarguit *Napod. loc. cit.*

7 Et quòd non indè dicatur, quòd ſit pars legitimæ cõpetens, dignoſcitur.

Pri-

Primò, quia pars legitimæ eſſe non poteſt, quæ in rei veritate legitima non eſt, nec idem, quod legitima filiabus debita à iure naturæ, ſed ab ea differt in multis, vt probat *Napod. hic à num.* 51. Secundò, quia quando detur loco legitimæ iuxtà interpretationem Sapientum Regni, vt notat *ibid. Napod. num.* 56. & poſt *eum* noſtri cô-
8 munitèr, præſertim doctiſſimus, ac nobiliſſimus Collega noſter *D. Theodor. alleg.* 81. *ſub num.* 3. loco integræ legitimæ datur, non partis legitimæ competentis, vt dicebat *D. Tapia*.

9 Ego puto, dictum paragium quaſi pariũ geſtus, vt ſcilicèt voluerit Conſuetudo, quòd ſoror habeat dotes ſecundùm pares ſuas, inſpectis conditionibus, de quibus *Napod.* qui ſic paragij vocem explicat *hic num.* 51. & vt dicebat *Petrus de Gregorio d. quaſt.* 1. ratione parilitatis in viro, & vxore, vt fœmina pari nubere poſſit ſecundùm modum facultatum, numerum filiorum, dignitatem, & conditionem viri, & vxoris, quod eſt idem in ſubſtantia cum dicto *Napodani*.

10 Liquidatur namquè paragium ex dictis conditionibus arbitrio Iudicis, quod regulatur habita ratione facultatum, dignitatis, conſuetudinis patriæ, & numeri liberorum, vt diſponit *Conſt. Regni In aliquibus*, & concordat *tex. in d. l. quæro, & in l. ſi filia, ff. de leg.* 3. & notant *Iſern. in d. Conſt. In aliquibus, verſ. hoc denotat nomen paragij, & in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, ver. coniugatæ, ſub nu.* 70. *Lucas de Penna in l. in his, in fin. C. de præd. Nauicul. lib.* 11. *D. Reg. Capye. Galeota d. contr.* 15. *n.* 27.

11 Et quòd in liquidatione paragij attendẽdus ſit præcipuè mos Regionis, probat poſt grauiſſimos *DD.* quos cumulat *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 149. *num.* 38. *& ſeq. Cumia in cap. ſi aliquem, ver. maritata, n.* 162. *Petr. de Gregorio de dot. de parag. q.* 31. vbi *Maſtrill.* alios addit, *Gramm. deciſ.* 101. *num.* 69. *Theſ. deciſ.* 192. *num.* 1. *Gomez var. reſol. tit. de reſtit. minor. cap.* 14. *à num.* 1. latè *Fontanel. de pact. nuptial. tomo* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 1. *à n.* 36. vbi *nu.* 37. multa de liquidatione paragij in nupta, & nubenda, poſt *Afflict. deciſ.* 360.

12 Quamuis & cùm iudicamus, non ſolùm ex prędictis, ſed & alijs moueamur in liquidatione paragij, præſertim ex ijs qualitatibus, quas enumerat *Caputus hic par.* 2. §. 6. *ſub num.* 36. *verſ. mihi verò videtur*, quicquid *ipſe* dicat ſibi videri, quòd prædictarum qualitatum conſideratio hodiè nunquàm practicetur, præter ſolam nobilitatem, cùm contrarium verius eſt, nam & omnium illarum, & etiam aliarum, quarum *ipſe* non meminit rationem habemus, & ſi *Caputus* non vidit, non eſt, quia earum nõ habetur ratio, & conſideratio à Iudicantibus, vt *ipſe* dicit, ſed quia nunquàm videre potuit, ex quibus mouemur cùm iudicamus, ſunt etenim hæc propria Iudicum, & non eorum, qui foris ità ſtant, vt nec pulſent quidèm ad oſtiũ, quorum numero *Caputus* extitit, qui nunquàm iudicauit.

13 Quò verò ad tertium, qua ſcilicet ratione paragiũ exigatur à fratribus, & fuerit introductum, vide apud *Petr. de Greg. d. quaſt.* 1. *à num.* 4. *& D. Capye. Galeot.* qui alios refert *d. contr.* 15. qui explicant, quæ nos omiſimus conſultò *hic, & Obſeruat. præced.*

SVMMARIVM.

1 *Paragium an debeatur ſolùm de facultatibus, ſeù bonis ſitis intrà diſtrictum, vel etiã de ſitis extrà, & in his an, & ſecundùm quod ius ſuccedant fœmina, n.* 2. *& n.* 8.

3 Napodani *lapſus detegitur, & exploditur, & n.* 9.

4 Conſtitutio Regni In aliqnibus *excludit omninò fœminas ſtantibus maſculis in linea deſcendenti, & n.* 7.

5 *Viget vbicunquè ſita ſunt bona extrà diſtrictum in toto Regno.*

6 *Ius Conſtitutionum Regni dicitur cõmune in Regno.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Paragium an debeatur reſpectu omnium bonorum, vel tantùm ſitorum in diſtrictu Ciuitatis Neapolis, & an in bonis ſitis extrà diſtrictum fœminæ ſuccedant ſtãtibus maſculis, & quo iure.

OBSERVATIO IX.

1 Explicato verbo, *paragij*, in Conſuetudine iſta obſeruanda ſunt verba *Napodani hic in verſ. eas autem, in verbo facultatem*, dùm dicit Conſuetudo, quòd ſucceſſores maſculi tenentur dotare ſorores, & amitas ſecundùm paragium, & facultates, *hic in fol.* 102. *num.* 83. quærit *Napodanus*, de quibus facultatibus, ſeù bonis ſit intelligenda hæc Cõſuetudo, an de ſitis extrà diſtrictum, & reſpondet, non, ſed de ſitis tantùm intrà diſtrictum, vt dixerat *in proœmio, circa finem, in verbo diſtrictu.*

2 In alijs verò bonis ſitis extrà diſtrictum non habere locum hoc paragiũ, ſed ius commune, ſcilicèt *quod ſuccedat, cùm ad illa bona extrà diſtrictum* 3 *ſita iſta Conſuetudines non trahantur, ſed ad bona intrà diſtrictum ſita*, hæc ſunt formalia verba *Napodani*. Et quidèm ſi *Napodan.* dixiſſet, non habere locum iſtam Conſuetudinem in liqui-4 datione paragij in bonis extrà diſtrictum, ſed habere locum *Conſtitutionẽ Regni In aliquibus*, quæ omninò in linea deſcendẽti excludit fœminas ſtãtibus maſculis, poſſent eius dicta ſal-5 uari, quia *Conſtitutio Regni In aliquibus* obtinet locum, vbicunquè ſint bona extrà diſtrictum, dummodò in Regno, ſed affirmat, quòd fœmina ſuccedat, & vindicet ſibi locum ius commune, ſic etiam ſi ſimplicitèr dixiſſet, 6 quòd habeat locum ius commune, adhùc aſſertio illa tolerari poſset, quia ius commune dicitur ius Conſtitutionis Regni, vt per *Andream, & Regnicolas in Conſtitutione Regni Poſt mundi machinam*, ſed dùm ſubdit, quòd habeat locum ius cõmune, & quòd ſuccedat, non video, quo pacto tanti Viri 7 dicta ſaluari queant, dùm etiam ex *Regni Conſtitutione In aliquibus* eſt excluſa fœmina, vt rectiùs cenſuit S. C. apud *Affl. deciſ.* 158. & aduertit *Caputus in prælud.* §. 5. *de perſon. ſub nu.* 28.

8 Et proindè concludo, quòd in bonis intrà diſtrictum ſitis eſt excluſa, & ei tantùm debetur paragium per iſtas Conſuetudines, & quòd in bonis extrà diſtrictum ſitis ſimilitèr ſit excluſa, ac debeat ſolummodò cõſequi paragium, ex præallegata *Regni Conſtitutione In aliquibus*, & ſic non eſt verum, 9 quod *Napod.* dicit, quòd ſuccedat, & quantum *Napod.* lapſum admiror, tantum *Additionatorum* deſidiam arguo, cùm hoc nequaquàm obſeruauerint, tantò magis, quia in antiquioribus exemplaribus eadem illa verba *Napodani*, vt ſuprà relata *d. num.* 83. formalia releguntur, vt ex propoſito obſeruatiò.

SVMMARIVM.

1 Capyc. *lapſus refertur, & refellitur.*

2 *Filij ſi inſtituantur in eo, quod eis tangit de iure, an filia fœmina habeat partem Conſuetudinariam, ſcilicet dotem; & paragium, an verò virilem, & n.* 6. 8. *&* 12. *& an in tali inſtitutione contineantur fœminę, vel ſolùm maſculi, n.* 9.

3 *Verba teſtatoris*, de iure, *an referenda ſint ad commune, vel ad Conſuetudinarium.*

5 *Libellus an, & quando procedat, & cẽſeatur intentata accuſatio ex lege, vel ex ſtatuto, ſi in fine ſint appoſita verba*, cõtrà formam iuris communis, & ſtatutorum.

7 *Teſtator præſumitur voluiſſe ſuam diſpoſitionem potiùs conformare diſpoſitioni*

*tioni legis municipalis; & ſtatutorũ,
quàm iuris communis.*
10 *Teſtatoris verba recipiunt interpreta-
tionem, & intellectum ex diſpoſitione
ſtatuti magis, quàm de iure cõmuni.*
11 *Conſuetudines Neapolitanæ ſunt leges
ſcriptæ.*

ARGVMENTVM.

Verbum *de iure*, appoſitum à
patre in teſtamento, in quo
filios inſtituit, de quo debeat
intelligi, de communi Ro-
manorum, quo ſcilicet filia
fœmina ſuccedat in virili, an
verò de Cõſuetudinario, per
quod fœmina habet ſolùm
dotem de paragio.

OBSERVATIO X.

OCcaſione lapſus *Napodani*,
quem retulimus, & explodi-
1 mus *Obſeruat. præced.* Obſer-
uandum hoc in loco videtur
ad ornatum noſtræ Cõſuetudinis, quã
peruersè ſenſerit *Capycius in apoſtil-
la hìc fol. 69.* incipien. *Ad hanc Con-
ſuetudinem, in verſ. ſed pone, quòd pa-*
2 *ter fecit teſtamẽtum, & dixit, filios meos
hęredes inſtituo in eo, quod eis tangit de
iure, an filia habebit partem conſuetu-
dinariam, ſcilicet dotem, an virilem*,
& reſpondet, quòd debet habere viri-
lem, quia verba teſtatoris, ſcilicet, *de
iure*, referuntur ad ius commune tan-
3 quàm dignius, ſecundùm *Bald.* in pro-
prijs terminis *in l. quicunquè, num. 12.
C. de ſeruis fugitiuis*, quamuis dicat, quod
contrarium tenet *Petrus de Anchara-
no cap. canonum ſtatuta.*
4 Sed *Apoſtilla* marginalis *in loco* ſup.
cit. ſubdit, fuiſſe in S. C. determinatũ
in cauſa cuiuſdam Surrentinę contrà
dictum *Bald. in d. l. quicunquè*, & ego
obſeruo, quòd idemmet *Baldus* accu-
ratiùs eſt locutus *in l. vnica, num. 22.*
5 *C. de confeſſis*, quærit enim *ibi*, ſi in fine
libelli apponantur hæc verba, *contrà
formam iuris communis, & ſtatutorum*,
an libellus procedat, & concludit in
ver. ſi verò leges, quòd ſi leges ſunt ad-
uerſatiuæ ſtatutis, non videatur inten-
tata accuſatio ex lege, ſed ex ſtatuto.
6 Secundò aduerto, quòd aduerſus
hanc *Baldi* doctrinam in pręallegata
l. quicunquè eſt communis Doctorum
7 ſententia, cùm prçſumatur teſtatorem
voluiſſe ſuam diſpoſitionem potiùs
conformare diſpoſitioni legis munici-
palis, & ſtatutorum, quàm iuris cõmu-
nis, put affirmant *Iaſ. in l. omnes populi,
num. 23. ff. de iuſt. & iur. Ripa in l. hęre-
des mei, §. cùm ità, num. 74. ff. ad Tre-
bellianum, Decius in conſ. 627. ſecun-
do dubio, Bart. in d. §. cùm ità, num. 44.*
cum cęteris relatis per *Dom. Regentem
Capyc. Latro deciſ. 3. num. 11. & 12.*
8 Quinimmò in peculiaribus termi-
nis noſtrę Conſuetudinis idem *Capy-
cius in hac Conſuetudine, fol. 102. à ter.
in apoſtilla* incip. *dicit hìc Napodanus,
& verſ. tamen*, dicit iudicatum contrà
Bald. in d. l. quicunq; referens illã de-
ciſionem in cauſa cuiuſdam Surrenti-
nę, ſecundùm *Apoſtillam* marginalem
ſuprà citatam, & ſequitur *Afflict.* infrà
in Conſuet. Si aliquis moriens, in apoſtil.
incip. *quæro, fol. 162.* ibi *ſi contingat ca-
ſus, quod pater habet filios, & filias, in-
ſtituat filios hæredes, an videatur inſti-
tuta fœmina, quæ poſſet inſtitui, an ve-
rò præſumantur inſtituti maſculi, qui
hoc iure ſoli ad ſuccedẽdum innitantur
ab inteſtato, vt in dubio teſtator videa-
tur ſe conformare cum ſtatuto munici-*
9 *pali*, & arguit hinc indè, & poſteà con-
cludit, in iſto caſu non contineri filiã,
ſed ſolùm maſculos, cùm verba teſta-
10 toris recipiant interpretationem, &
intellectũ ex diſpoſitione ſtatuti ma-
gis, quàm de iure communi, & hanc
opinionem nouiſſimè cõprobat *Præſ.
de Franch. in deciſ. 606. ſub num. 10. &
in deciſ. 607.* antè *num. 6.* ea ſolidiſſima
11 ratione, quia Conſuetudines Neapo-
litanæ

litanæ ſunt leges ſcriptæ, vt *ibi* per *eū*, & proindè concludit indiſtinctè, quòd in caſu propoſito per *Capycium* filia fœmina non debet habere virilem, ſed tãtùm dotē de paragio, iuxtà diſpoſitionem noſtrarum Cōſuetudinū.

SVMMARIVM.

1 P.Molfeſius *refellitur in diſtinctione paragij ingreſſa Monaſterium in vita, vel poſt mortē patris, & nu.6. &* 8.

2 *Paragium ingreſſarum poſt mortem patris an integrum eſſe debeat, prout exiſtentium in ſæculo, & n.4. & quomodò pinguius eſſe poſſit in ingrediēte, dum pater viuit, & cum illius voluntate, n.3.*

5 *Paragij quantitas dandi ſorori per fratres pendet à futuro euentu matrimonij carnalis, aut ingreſſus Monaſterij, & quomodò in vtroque caſu liquidetur.*

7 *Filia cùm viuente patre ſe obtulit Monaſterio, aliquo ei dato, cenſetur dotata.*

9 *Paragium ſororis volentis ingredi Monaſterium an, & quando petere poſſit, vt transferat in Monaſterium, vel in alterum, ſi dos eſt taxata ex Conſuetudine in ingreſſu.*

10 *Fratres curant, ipſis fieri ceſſiones à ſororibus ingredientibus Monaſterium.*

11 *Additamentum ad congruam, & conſuetam dotem, prout non eſt tranſmiſſibile, ità nec ceſſibile in extraneum.*

12 Napodani *locus explicatur cōtrà* Camillum de Laratha.

13 *Mulier ſemèl dotata, ſi poſt contractas nuptias mortuo viro velit ingredi Monaſterium, debet habere integram dotem, & non conſuetam dari Monaſterio.*

14 *Dos dicitur proprium mulieris patrimonium ſoluto matrimonio.*

15 *Monialis ſi renunciauit ad beneficiū fratris propter dotem conſuetā dari Monaſterio, an ipſe frater cogatur ſoluere verū paragiū, vt ſoror poſſit ſe alere, & ab infirmitate curare, ſi dos non ſufficiat ad prædicta, & Monaſterium agcſtate laboret, & n.17.*

16 *Donatarius tenetur alere donantem indigentem, deducto tamen nè egeat ipſe.*

18 *Paragium an poſſit eſſe portio virilis, ſi Monaſterium, quod ſoror ingreditur tantam dotem recipere conſueuerit, quanta eſſet portio virilis.*

ARGVMENTVM.

Paragium ſororis, quæ ſit ingreſſa, vel velit ingredi Monaſterium an idem ſit, ſi ingreſſus fiat in vita, vel poſt mortem patris, & quandò integrum peti poſſit, aut ſola dos, quæ conſueuit Monaſterio dari, & quibus in caſibus datum iuxtà conſuetudinem Monaſterij augeri poſſit ad verū paragij debitum, idquè cedi poſſit Monaſterio, aut ad beneficium extranei.

OBSERVATIO XI.

1 NEſcio, qua ratione *R.P. Molfeſius*, nec qua authoritate motus fuit ad diſtinctionem, quā propoſuit *primo tom. par.3. de ſucceſſione ex teſtamento, quæſt.* 8. *ſub*
2 *num.*34. vt paragium ingreſſarum tūc ſufficiet filiæ Moniali, quando eſſet ingreſſa Monaſterium viuente patre, at ſi pater mortuus eſſet antè eius ingreſſum in Monaſterio, tunc integrum paragium habere deberet, ac ſi in ſæculo maneret, quia mortuo patre eſt quæſitum ius in toto illo paragio, & allegat *Camillum Salernum in hac Conſuetudine Si moriatur, in apoſtill.* incip. *Monialis, fol.*102. *& Petrum de Gregorio in tract. de dote de paragio, quæſt.*13, *nu.*5.

et Bart.

& Bart. in l. Titio centum, §. Titio gene-ro, ff. de condit. & demonſtr.
3 Ego enim nullam inuenio differen-
tiam circà quãtitatem paragij ingreſ-
ſarum, ſi viuente patre filia ingreſſa
fuit Monaſterium, vel ipſo mortuo,
imò potiùs dicerem, quòd pinguius,
& integrum paragium poſſet ipſa filia
habere, ſi ingrediatur Monaſterium,
maximè cum voluntate patris,qui in-
cius arbitrio, & voluntate eſſet dare
ſolitum paragium in Monaſterio, in
quo vellet ingredi,vel maius paragiũ.
4 Quando autem ingreſſa eſt Mona-
ſterium mortuo patre, tunc nulla du-
bitandi ratio poteſt eſſe, quòd ipſa
poſſit conqueri,quòd ei non detur,niſi
ſolitum paragium, quod eſt conſuetũ
dari Monaſterio,quod ingreditur, nã
mortuo patre ab inteſtato per iſtas
Conſuetudines tota ſucceſſio deuol-
uitur ad filios, ſeù liberos maſculos,
cum onere tamen dotandi ſorores, &
amitas de paragio, vt diximus ſuprà
Obſeruat. 7.
5 Quantitas autem paragij dandi ip-
ſi filiæ dependet à futuro euentu,nam
ſi ipſa vult nubere, paragium erit li-
quidandum, Iudicis arbitrio, habita
ratione facultatis, dignitatis viri, &
conſuetudinis Regionis, vt cum alijs
ſuperiùs latè diximus *Obſeruat.* 8.
6 Si autem vult ingredi Monaſteriũ,
debet habere ſolitum paragium Mo-
naſterij,in quo ingreditur, & ſic nulla
diſpar ratio conſiderari poteſt in ea,
quæ eſt ingreſſa Monaſterium viuen-
te patre,& in ea,quæ ingreſſa eſt mor-
tuo patre.
Nec authoritate ſuſtineri poteſt di-
ctum *P. Molfeſij*, nam *Camillus Saler-nus in* cit. *loco*, *in Conſuetudine Si mo-riatur, in apoſtilla* incip. *Monialis*, *fol.* 102. hoc non dicit.
Bart. in d. §. Titio genero nequaquã
dixit id,ad quod allegatur,ſed hoc tã-
tùm ſcripſit,quòd cùm mulier viuente
7 patre ſe obtulit Monaſterio, aliquo ei
dato,cenſetur dotata, ſed nunquàm
8 *Bart.* dixit, quòd filia mortuo patre,ſi
fuerit ingreſſa,integrum paragiũ con-
ſequi habeat, & non dotem dari Mo-
naſterio conſuetam, in quo eſt factus
ingreſſus,& vereor,nè & *Pater Molfe-ſius, & Salernus Bart.* doctrinam perle-
gerint,vel ſaltèm perperàm ad cõtin-
gentem caſum applicarint, vt proin-
9 dè,quamuis ſciam,*Petrum de Gregorio*
præcitata *quæſt.* [illegible] in hanc eandem
iuiſſe ſententiam, [illegible] d non citaſſe *Bart.*
expendendo,quod mulier, quæ mor-
tuo patre Monaſteriũ ingredi vellet,
totum paragium expetere poſſit,quod
vel valebit in Monaſterium transfer-
ri,ſi dos Monaſterij ex conſuetudine
eſt taxata,neque alia debetur per fra-
trem,ſecũdùm ea,quæ iudicauit S.C.
teſte *Præſ. de Franch.* cit. *deciſione* 44.
& approbauit *Rota Romana* apud *Fa-rinacium*, *vlt. tomo*, *deciſ.* 60. niſi il-
la,quæ eſt conſueta præſtari, certè nõ
video,attenta deciſione præallegata
S.C. an ritè, & rectè eiuſmodi transla-
tio in Monaſterium valeat practicari.
10 Et vbi ceſſio per ſororem fieret fra-
tri,prout ſedulò curãt fratres eiuſmo-
di ceſſiones, & renunciationes, ſicuti
idem R.P. Molfeſius fatetur *d. quæſt.* 8.
poſt *num.* 34. *in verſ. quamuis fratres ſoleant etiã quòad hoc eſſe ſolliciti, &c.*
& quæſtio non habet ſcrupulum, vel
fieret in alium, & cũ ſuo loco ex *Mu-*
11 *ta*,& alijs ſit demonſtratum,quòd ad-
ditamentum ad congruam, & conſue-
tam dotem,prout non eſt tranſmiſſibi-
le,ità neque ſit ceſſibile,abſolutum vi-
detur, quod neque cedi valeat alteri
extraneo ſuperfluum illud ad dotem
præſtari conſuetam Monaſterio, in
quo ſoror fuit ingreſſa.
Dixi hæc omnia, vt meum ſenſum
12 aperirem,qui redditur cõformis cum
illo *Napodani hic, in verbo paragium*,
in fine, & ſi eum interuertere nitatur
Camillus de Laratha conſ. 24. *à n.* 5. in-
telligendo, quòd loquitur in moniali
profeſſa,& non in ea, quæ fuit ingreſ-
ſa, & tamen *Napodanus* loquitur de
ingreſſa abſque vllo addito profeſſio-
nis,& ſic generalitèr eſt intelligẽdus,
iuxtà

iuxtà *tex. in l. prima, §. & generaliter ff. de leg. præſtandis*, quilibet ergo ſequatur veriorem ſententiam, prout eum P. *Molfeſio* ſentit *Capiblancus tom. 2. de Baronibus, cap. 65. num. 15.* adducendo etiam *Fontanell. 2. tom. de pactis nuptialibus, clauſ. 5. gloſ. 8. par. prima, à num. 48.*

13 Cæterùm *Fontanella* nunquàm in hoc caſu fuit locutus, ſed in eo cùm mulier ſemèl dotata fuit, & poſt contractas primas nuptias, mortuo viro velit ingredi Monaſterium, vt nõ ideò minor dos dari conſueta Monaſterio, in quo ingreditur conſtitui poſſit, ſed omninò tota prima, in qua fuit ius formatum mulieri quæſitum per primas nuptias ſit danda, neque ideò minuenda quòd Monaſteriũ ingrediatur, cui tanta dos non datur, cùm ſoluto matrimonio dos illa appelletur patrimo-
14 nium mulieris, & ſic mirum eſſe non debeat, quòd dos integrè debeatur, vt benè comprobat *Fontanella*, à quo in terminis illius caſus ego nõ diſcedo, & ſi ſecus putem in caſu poſito per *R. P. Molfeſium, Petrum de Gregorio*, & alios, rationibus, quibus ſuprà, quę videntur ponderatæ per *Farinac.* citata *deciſ. 60. vlt. tom.*

15 Neque prætermittam, quod ad pennam deſcriptum per me fuit in proprio Codice mearum deciſionũ *Præſ. de Franch. deciſ. 44. in princip.* quòd ſi dato paragio ingreſſarũ, & facta profeſſione ſuperuenerit infirmitas, & bona non ſufficerent ad alimenta, & medicinas, ac Monaſterium ſit ægenum, frater, qui propter ingreſſum Monaſterij ex renũciatione fortaſsè monialis, vel ex Conſuetudine lucratus fuit
16 ſummam deficientem, ad verum paragium valeat adſtringi ad inſtar donatarij, qui tenetur alere donantem, deducto tamen ne egeat, vt poſt indiuidualia iura, & Doctorum authoritates concludit *Franch. deciſ. 697.* & in terminis principalis caſus ità audiui ſemper practicatum in S. C. quamuis poſtquàm munus Conſiliarij obtinui, caſus non euenerit ad hęc vſquè tempora, quibus hæc ſcribo, ſed ad illam adnotaui, cùm Aduocatus eram, & innituntur iuris principijs, ſecundũ quæ ſemper donatarij tenerentur ſaltim deducto nè egeant alere donantes indigentes, iuxtà *tex. in l. Diuus Pius, ff. de regulis iuris*, & ea, quæ expedit *Surdus de alimentis, tit. 9. q. 41. nu. 8.* & in S. C. teſtatur deciſum *Præſ. de Franch. dec. 697.* vt proindè mirũ eſſe non de-
17 beat, quòd teneatur frater, qui ex renunciatione ſororis, vel ſecundùm Conſuetudinem ſuperfluam quantitatem paragij verè debiti fuit ſuperlucratus ſorori dõnanti moniali infirmæ, ac Monaſterio indigenti, & minus ſupplere valenti expenſas, & ſumptus pro curanda illa infirmitate ſubuenire, ac ad verum paragium vti donatarius vrgeri, & in his terminis poſſunt obtinere adducta per *Larath. cõſ. 24.*

Quòd ſi monialis ingreſſa eſt in Mo-
18 naſterium, q̃ ſolet pro dote pro qualibet moniali ducatos tres mille recipere, quæ quidèm quantitas eſſet virilis, an ſit obligatus frater ad dandum virilem pro paragio, fui quandoquè conſultus cùm eſſem Aduocatus, & quamuis videretur dicendum, quòd non, quia paragium ingreſſarum eſt legitima; benè verum eſt, quòd ſi poteſt ingredi cum minori ſumma, quàm eſt legitima, ad plus non tenetur frater; dixi tamen contrarium, & conſului in cauſa Monaſterij Sancti Andreæ cum Vrania Spatafora, quòd paragiũ ingreſſarum poteſt aſcendere vſquè ad virilẽ, quia ſemper paragium hoc debet eſſe vniforme reſpectu fratris, & ſicut poteſt eſſe minus legitima, & hoc eſt in fauorem fratris, ità poterit eſſe plus legitima, & ſi hoc eſt in matrimonio carnali, quantò magis in ſpirituali, quod eſt fauorabilius; hęc mea opinio aliquibus viſa fuit dura, poſteà verò reperi, iſtum punctum fuiſſe deciſum in S. C. referente Conſiliario Tapia inter Reuerendas Lucretiam, & Iſabellam Scaglione moniales in Mo-

Monaſterio Sanctæ Patritiæ cum Mutio,& Scipione Scaglione, vbi quia erant ſeptem filij,& legitima non ſufficiebat ad paragium, quod aſcendebat ad duc.1550.& in executione per S.C.fuit dictum,ſolùm debere exequi ſuper maſſaria,& domo,& ſic fuerunt aſſignatę prędictis Monialibus viriles ſuper dicta maſſaria,& domo,& cùm pars appellaſſet,fuit confirmatum decretũ,& volui videre proceſsũ.Actuario Romano.

SVMMARIVM.

1 *Paragij quantitas eſt arbitraria Iudici ſecundùm aliquos,& tunc Iudicis arbitrium quomodò regulari debeat.*

2 *Dos de paragio eiuſdem naturæ eſt cũ ipſa legitima,& in eius locum ſuccedit quoad omnes effectus ſecundùm alios.*

3 *Paragium in filiabus Magnatum quãdo poſſit minus eſſe,quàm portio,quæ competeret pro legitima.*

4 *Filia cùm dotatur à patre non cõquaritur de dote ab eo conſtituta,& quarè,niſi tamèn exceſſus eſſet magnus, num.6.eo enim caſu debetur ſupplementũ,quamuis filia renunciaſſet, vel ſtatutum diſponeret,quòd ſtetur arbitrio patris dotantis,n.7.*

5 D.Scipio Regens Rouitus *laudatur.*

8 *Paragium in nupturæ non poteſt eſſe minus legitima,licèt poſſit eam tranſcendere vſq; ad virilem,ſi aliàs parem, & condignum virum non inueniret,vel cùm hæreditas eſſet depauperata,num.9.*

10 *Paragium in nupta regulariter non tranſcendit quantitatem legitimæ.*

11 *Niſi mulier cùm nupſit,ipſum ius,quòd nubat pari tradidiſſet in dotem.*

12 *Mulieris dotata ab extraneo, vel ob pulchritudinem,vel propter nobilitatem paragium eſt legitima.*

13 *Idem cùm mulier non vult nubere,ſed domi viuere caſtè.*

14 *Legatum factum pro dote an,& quando integrum conſequatur mulier,quæ nolit nubere,aut Monaſterium ingredi,ſed domi viuere caſtè,& nu.18.*

Et an referat ad hoc,quòd legatum factum ſit à patre,vel ab extraneo, nu. 16.& 19.

Quid cùm legatum à patre non eſſet factum pro dote,ſed collatum in tempus nuptiarum,n.17.

15 D.Regens Sanfelicius *laudatur.*

Eius dec. 87. tom.1.in ſecundo dub. *quando procedat,num.20.*

21 *Paragium debetur ſorori dotatæ à viro ex diligentia fratris,& quantũ illud erit,& pacta inter virum,& fratrem minori dote,quàm ſit legitima,an petat ſupplementum, n.22.*

23 *Paragium æſtimatur non tantùm ad burgenſatica , ſed etiam ad feudalia.*

24 *Paragium ab hæredibus non diuiditur pro numero hæredum,ſed pro quantitate bonorum,& quarè.*

25 *Deciſio in cauſa Comitis Caiatiæ relata per* Franciſcum de Amicis *quãdo procedat.*

26 *Paragium an virilem excedere poſſit,ſi mulier cum virili nubere pari,& cõdigno non poſſet,& frater eſſet diues.*

27 *Frater diues tenetur dotare ſororem vtrinque coniunctam,& conſanguineam,non tamen vterinam,quamuis pauperem,num.28.*

ARGVMENTVM.

Paragium an,& quando debeatur pro quantitate legitimæ, vel poſſit ea minus eſſe , aut maius in filiabus magnatum, nuptis,nupturis,aut domi volentibus caſtè viuere , & an poſſit ex cauſa virilem excedere.

Exigitur tàm pro bonis feudalibus,quàm burgenſaticis , & pro quãtitate bonorum, quæ

D quiſ-

quiſquè poſſidet,non pro numero hæredum.

Examinata quæſtione de legato pro dote,vel in tempus nuptiarum,an purum ſit,vel conditionale, & an, & quando integrum debeatur nolenti nubere, aut ingredi Monaſteriũ,ſed caſtè viuere domi.

OBSERVATIO XII.

1 SVccedit ex ordine hìc explicanda quantitas,ad quam vſquè ſit liquidandum paragium,& quidèm nonnulli Doctores voluere,quantitatem paragij eſſe arbitrariã Iudici, cuius arbitrium debet regulari iuxtà qualitates iàm relatas *Obſeruat.8. num.* 10. ità *Menochius de arbitr.Iudic.centur.*2.cit.*caſu* 149. & poſt alios *Affl.in cap.* 1. *num.* 21. *verſ. itẽ relinquitur arbitrio Iudicis, &c. ex quibus cauſis feudum amittitur, Caputus ad Conſuetudinem hìc,par.2.§.6.*

2 Alii verò voluerunt, dotem de paragio eſſe eiuſdem naturæ cum ipſa legitima,atquè quòad omnes effectus ſuccedere in locum legitimæ, vt poſt *Andream de Iſernia,& Minadeum in d.Conſtitutione In aliquibus* concludũt *Cõſiliar.de Georgio alleg.*11.*n.*8.*D.Reg. Capye.Galeota controuerſiarum Ill. cap.* 15.*Reg.de Pont.conſ.*65.*nu.* 2. *&* 3.*primo vol.Præſ. Amatus conſ.* 59. *Petrus de Gregor. de dote de paragio,quæſt.* 34. At nos inter diſſidentes has Doctorũ ſententias nonnullos in praxi magis receptos caſus obſeruabimus,ſecundùm quos quæſtiones de quantitate, & liquidatione paragii, non ſemèl reſoluit Sacrum Conſilium, noſtris, ac præcedentibus temporibus.

3 Primus caſus eſt,in quo quantitas paragii eſſe poteſt minor quantitate, quæ pro legitima competeret, ſcilicet in filiabus Magnatum Regni, in quibus attenditur paragium,cum quo poſſit aptè nubere pari, & ſi aſcenderet ad quantitatẽ minorem legitima, prout refert *Capyc. in Cõſuetudine Eas autem, in additione* incip. *an mulier, fol.*74.*& in apoſtilla* incip. *an mulier, fol.*94.vbi teſtatur ſic iudicatum in filiis Magnatum in cauſa Principis Hoſtiliani,& ità etiam in alia cauſa iudicatum dicit *Camillus Salernus ibid. in addit.*incip. *paragium quid ſit, fol.* 95. *verſ. quod autem dicat*, & poſt alios nouiſſimè reaſſumit *Thorus in ſuo cõpend.*1.*tom.verbo paragium an aliquãdo ſit minus legitima.*

4 Secundus caſus eſt,cùm pater dotat, & tunc filia non poteſt conquęri de quantitate dotis à patre conſtituta,quæ ſemper congrua reputatur, vt poſt antiquiores probant *Staibanus conſ.*15.qui *ſub num.*9.ità pluriès deciſum dicit per S.C.ac *Dom.Reg.Capycius Latro deciſ.*99.*nu.*6.& nunquàm
5 laudatus pro meritis,literis, ac Toga præclarus,omniquè virtutum genere abſolutiſſimus *D.Scipio Rouitus in ſuo ſollemni conſ.*36.*vol.*2.*per totum.*

6 Sed obſeruandum eſt, hanc cõmunem,& vulgatam ſententiam, quòd dos à patre conſtituta ſemper dicatur congrua, non eſſe ſemper, & vbiquè veram,ſed in tantum,in quantum non eſſet magnus exceſſus, prout limitant *Socin.conſ.*288.*vol.* 2. *Caſtrenſis conſ.* 175.*num.*6.*primo vol. Decius conſ.*26. *&* 276. *Surdus conſ.*148.*num.* 4. *primo vol.Grammaticus*,qui dicit in S. C. iudicatum, dato huiuſmodi exceſſu, quòd filiæ deberetur ſupplementum legitimæ, *deciſ.* 101. *Præſid. Amatus* cit.*conſ.*59.*num.*4.*Conſiliarius Paſchalis de patria poteſtate,par.*2.*cap.*4. *num.* 186.ac *Dom.Reg.* Capyc. *Latro* cit.*dec.* 99.*num.*22.quod verum,quamuis filia
7 renunciaſſet,ac quamuis ſtatutum diſponeret,quòd ſit ſtandum arbitrio patris dotantis,poſt *Gayll.lib.*2. *obſeruat.* 147.& alios dixit *Præſ. Amatus* præcitato *conſ.*59.*num.*5.

Tertius caſus eſt, cùm frater, vel alius,

Digitized by Google

alius,qui de iure tenetur, dotem conſtituit,& tunc rurſus eſt diſtinguendũ, quòd vel ſumus in nuptura,vel in iàm nupta.

8 In ea,quæ nuptura eſt paragium non poterit eſſe minus legitima, licèt poſſit tranſcendere eandem quantitatem,& aſcendere vſquè ad virilem, ſi aliàs parem,ſiuè condignum virum non inueniret, ità poſt alios probat *Maſtrill.deciſ.*48.*nu.*3.*Amat.* cit. *conſ.* 59.*num.*7. *Reg. Capyc. Latro deciſ.* 59.

9 *num.*15.ſiuè cùm caſus eſſet in hæreditate depauperata, vt diſtinguit *Capycius in addit.ad hac Conſuetudinem Si moriatur*,incipien.*an mulier.fol.*94.*litt.B.*

10 In ea verò,quæ iàm eſt nupta paragium non poſſe tráſcendere quantitatẽm legitimę,& ſic eſſe vltrà legitimã, regularitèr probauit *de Ponte conſ.*45.*num.*6.*Maſtrill.deciſ.*167.*deciſ.*172.& *deciſ.*200.*Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 579.*num.*32.

11 Sed obſerua,quòd hoc fallat,& limitetur,vbicunquè mulier, quæ nupſit,ipſum ius, quòd nubat pari, tradidiſſet in dotem,vt concludit *Maſtrill.* præcitata *deciſ.*48.*in fin.& D.Reg. Galeota controuerſ.Illuſt.* 2.*tom. cap.* 16. *num.*15.& 16.vbi refert deciſionem in cauſa factam per Sacrum Conſiliũ.

12 Quartus caſus eſt,vbi mulier ſit dotata ab extraneo,ſiuè ob pulchritudinem,ſiuè ob nobilitatem, & tunc paragium,quod peteret in bonis paternis,vel maternis eſſet legitima, vt ſuprà adnotauimus ex *Afflict.dec.* 160. *Franch.deciſ.*159.*in princip.* ac alijs ibi reportatis,quibus addimus *Napodanum in Conſuetudine Si qua mulier, num.*23.*verſ.item ſi modicam,vel nullam dotem habuit nupta fortè per pulchritudinem, & nobilitatem,&c.*

13 Quintus caſus eſt in muliere, quæ nollet nubere,ſed domi caſtè viuere, quia tunc paragium, quod debetur,ſimilitèr erit legitima,ſecundùm *Iſern. in Conſt.In aliquibus,num.*50.*Napod. in hac Conſuet.Si moriatur,ſub nu.*67. vbi addit verbum valdè obſeruãdum, nempè,*& hoc niſi ſuccedat paritèr cũ maſculo*, & quia infrà latiùs tractabimus de hac ſucceſſione vnà cùm maſculo,quam habet fœmina ex prouidentia Conſuetudinis, quæ introduxit maſculiationem, ideò *ibi* dicenda, *hic* non repeto.

14 Non prætermittã tamen,quòd quãuis mulier,quæ vellet domi caſtè viuere,& nequè carnales, nequè ſpirituales nuptias appetere,poſſit conſequi paragium,quod ad legitimam vſquè ſit liquidandum,nihilominùs non conſequitur legatum pro dote,niſi vſquè ad quãtitatem legitimæ,ità quòd ſi legatum prædictum maiorem quantitatem,quàm eſſet legitima continere t,ab illo reſiduo excluderetur,ſi caſtè domi ſe vellet continere, & nequè ſponſo carnali,nequè cœleſti nubere, per *tex.in l.in teſtamẽto,& l.Titio centum,ff.de condit.& demonſtr.* quæ iura in his terminis perpendit *Iſernia* in præcitata *Conſtitutione In aliquibus, ſub linea* 50.dicens,ſecus ſi monaſterium,ac religionẽ ingrederetur,quia tunc legatum ipſum pro dote, ſiuè à patre, ſiuè ab extraneo factum,integrum conſequi deberet, & citato *Andrea de Iſernia*,& alijs Doctoribus,ità declarat *Petrus de Gregorio in ſuo tractatu de dote de paragio,quaſt.*2.*à nu.*9. addo nunc *Capycium deciſ.*204.*nu.*2. vbi *Maſullus*,& animaduerti: *Reuerẽdus Pater Sanchez in tract.de ſponſalibus,prima tom.diſp.*33.*num.*30.*verſ.ſi tamen illi perſona,* & expreſſim notat

15 *Dom. Reg. Sanfelicius*, vir patritius, moribus,doctrina, religioneque inſignis,*deciſ.*87.*prima tom.*2.*dub.* plures prò hac receptiſſima ſententia congerens,& ità deciſum per S. C. referens,

16 Si tamen ab extraneo legatum factum proponatur, etenim cùm eſt factum a patre pro dote,quia tunc purũ iudicatur,& nõ conditionale,quantũuis legitimam excedat,& nuptiæ non ſequantur, integrum debetur, atquè tranſmittitur,ex doctrina *Bart.in l.Titio*

Digitized by Google

tio centum, §.*Titio genero,n.num.4. ff.de condit.& demonſtr.* quem ſequitur *Anton.Fab.in ſuo Cod.de cond.inſer.diff.9.* in ſpecie probat *Fōtanel.de pact.nupt. tom.1.clauſ.6.gl.3.p.1.* ideò ꝙ etſi domi caſtè viuere elegerit mulier,integrum legatum conſequatur,vt poſt *Couar.in cap.3.nu.11.verſ.octauò,&c. de teſtam.* probat in puncto *Reg. Lauar. in conſ. 10.num.1.* & expreſſim notat *Reg.Rou. conſ.70.num.11. & 12.volum.1.* & pro *Bart.* opinione vti magis recepta dicit deciſum per *Senatum Pedemontanum Gaſp.Anton.Theſaur.lib.1. qq.for. q.43.ante num.7.*

17 Quòd ſecus eſset,ſi nō ꝓ dote fuiſſet legatū factū à patre, ſed collatū in tēpus nuptiarum,quia tunc vſq; ad legitimam purum iudicaretur, & in reſiduo eſſet conditionale,ſicq; ſubſequutę nuptię requirerentur, quarum præparatoria videtur reſpexiſſe teſtator, vt aliorum voto aduertit *Reg. Capyc.*
18 *Galeota lib.2. controuerſ.15.à num.85. 86.& ſeqq.* & in his terminis procedunt quæ ſuprà diximus *num.14.*

19 In ſecundo verò caſu, cùm nempè legatum eſt factum ab extraneo, & tunc ſiuè ſit collatum in tempus nuptiarum,ſiuè ſit factum pro dote,ſemper erit conditionale,ideòq; ſi mulier elegerit caſtè viuere, ac domi ſe continere,& neq; carnales,vel ſpirituales nuptias contrahere, legatum minimè conſequetur, vt poſt *Capyc.deciſ.204. num.4.* vbi *Maſull. Sanch. tom.1. de ſponſal.d.diſp.33. num.30.* deciſum refert *Dom.Reg.Sanfelic.d.dec.87.2.dub.* cuius dicta in legato facto ab ex-
20 traneo pro dote procedunt, non verò cùm fuiſſet factum à patre, ſecundùm declarationem tamen in ſuperioribus deductam.

21 Sextus caſus eſt, cùm frater maritauit ſororem,& diligens fuit in faciēdo cōſtitui ei dotē à viro, & tunc quia non excluditur à ſucceſſione, & petitione paragij, vt tradit *Napodan.hic num.58.* hinc indè diſputata quæſtionē,ideò paragium ipſum ad quantitatem vſq; legitimæ aſcendet, quinimò
22 ſi frater ſua induſtria, quærendo virum, dotem minorem paragio ſorori conſtituiſſet, quamuis eius intuitu maritus dote illa fuiſſet contentus, non tamen prohiberetur ſoror petere ſupplementum paragij, ſecundùm *Frec.in add.ad hanc Conſuetud.* incip. *idem dicendum,fol.98.*

23 Hinc obſeruo, paragium huiuſmodi in omnibus iàm ſuprà notatis caſibus fore exiſtimandum, non tantùm ad burgenſatica, quàm ad feudalia, prout ſingularitèr concludit *Camer. in repetit.cap.1.ſub tit.an agnatus,&c. impreſſa poſt Conſiliar. Minad. fol.mihi 472. num. 158. verſ.quòd ſi nulla alia ratione tibi perſuadere potes, hac ſaltem ratione illud teneas, quòd in paragio,quod filiæ excluſæ debetur per Cōſuetudinem Regni In aliquibus, pro quo datur actio perſonalis, hoc modo exequitur,vt æſtimatis feudalibus, & burgenſaticis ab vtriſque bonis integrum paragium pro portione eorum mulier excluſa habeat,ſecundùm DD. ibi, & hac notate,nedùm pro executione, quæ fit in feudo, ſed etiam in caſu Conſuetudinis Neapolitanæ,incip. Si quis,vel ſi qua, vbi in bonis maternis ſuccedunt coniuncti ex parte matris,& in bonis paternis coniuncti ex parte patris, quia hoc caſu ex debitis ſoluendis,ad quę actione perſonali compelluntur, non fiet diuiſio pro numero hæredum, putà,ſi duo eſſent, quòd vnuſquiſq; teneatur pro medietate, ſed pro quantitate bonorum, &c.* Hęc ille, ex quibus abſolutum manet,
24 æſtimationem faciendam, tàm reſpectu burgenſaticorum, quàm feudaliū, ſiquidèm pro rata, & portione bonorum integrum paragium,æſtimatione facta,eſſe liquidandum,& poſt *Afflict.* tradit deciſum in Sacro Conſilio *Antonius de Alexandro ad dictam Conſuetudinem,Si quis,vel ſi qua,in add.*incip. *ad intellectum,fol.111.*

25 Secundò obſeruo, quòd *Franciſc. de Amicis tit.de his, qui feud. dar.poſſ. cap.3.fol.50.num.7.* dicit per Sacrum

Con-

Conſilium iudicatum in cauſa Comi-
tis Caiatiæ, & eius fratris, quòd para-
gium ſororibus debitum poſſit eſſe
vltrà virilem, per *textum in l. ſi quod*
poſſeſſor 34. §. ſicut autem, ff. de pet. hær.
Idcircò quia huic deciſioni non ac-
quieſco, putarem, quòd vera eſſe poſ-
ſet in caſu, in quo loquitur, cùm nem-
pè frater donatarius voluntariè, & nõ
coactè exceſſerit dotando ſororem,
vt ſi fuerit exindè huiuſmodi donatio
reſciſſa, non poſſit impugnari para-
gium vltrà virilem, ex quo donatarius
credebat, donationem ſibi factam per-
petuò manſuram, & irreuocabilem, &
proptereà tanquam de ſuo patrimo-
nio benè liberalis eſſe potuiſſet; at ſe-
cus in alio caſu, vbi liberalitas tanta
non veniret exercenda, ſed cogeretur
frater dotem de paragio ſorori nubẽ-
dæ deſtinare, quia tunc, vt pari nu-
26 bat, ac condecens, & condignum ma-
trimonium contrahatur, virilem ex-
cedere non tenetur, quamuis non
ignorem, *P. Molfeſium par. 4. q. 16. n. 16.*
ſcripſiſſe, quòd ſi mulier cum ipſa vi-
rili, neq; condigno, neq; pari nubere
poſſet, & frater eſſet diues; teneretur
de proprio dotare ſorores pauperes
vltrà virilem, allegando *Guidon. Pap.*
deciſ. 439. num. 7. Theſaur. deciſ. 192.
num. 7. de Ponte conſ. 39. num. 76. conſ.
40. num. 12. & conſ. 50. n. 5. & in tract.
de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſ. mul. à n. 1.
27 quæ opinio poſſet ſubſtineri, quia in
ſubſidium frater diues tenetur dotare
ſororẽ vtrinq; cõiunctã, vel cõſangui-
28 neam, non tamen vterinam, ex *textu*
in l. cùm plures, §. fin. ff. de adminiſt. tut.
ibi, *ſed non dabit dotem ſorori ex alio*
patre nata, etiam ſi aliter ea nubere non
poſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Paragium an ſolui debeat, attenta*
conſuetudine Neap. in corporibus hæ-
reditarijs, vel in pecunia, & num. 4.
An quid in terminis Conſtit. Regni,
num. 9.
2 *Paragium debetur de bonis paternis, &*
maternis.
3 *An ſit onus reale, & inhæreat rei.*
5 *Legitima ſolui debet in corporibus hæ-*
reditarijs, & non ſufficit, ſi offeratur
in pecunia, & an poſſit conſuetudine
contrarium induci, n. 6.
7 Conſuet. Si qua mulier, de mul. hab.
fil. *explicatur in eo, quod dicit, para-*
gium deberi de bonis, & n. 8.
10 *Paragij pro exactione vigore ſententiæ,*
quo ordine ſit facienda executio in
bonis.
11 *Paragij in ſatisfactionem adiudicari*
quomodò bona fœminis poſſint.

ARGVMENTVM.

Paragium an in corporibus de-
beatur, vel in pecunia, et
quomodò pro illius exactio-
ne bona exequi debeant, et
adiudicari, ſiuè burgenſatica
illa ſint, ſiuè feudalia.

OBSERVATIO XIII.

1 TAxato paragio, videamus,
quomodò illud ſolui debeat
à ſucceſſoribus, an ſcilicèt
in bonis, & corporibus hæ-
reditarijs, vel audiri illi potiùs de-
beant, ſi dicant, oportere fieri condẽ-
nationem in pecunia.
2 Et videtur, deberi in corporibus,
dicit etenim *Conſuetudo Si qua mu-*
lier, infrà de muliere habẽte filios, quòd
paragium debetur de bonis paternis,
& maternis, ijs in verbis, *dummodò*
fratres ipſi teneantur ſorores ipſas de
bonis paternis, & maternis ſecundùm
paragium, & facultates maritare, hinc
3 etenim videtur, onus paragij eſſe rea-
le, & inhærere bonis, atq; corporibus
hæreditarijs, præſertim attenta vi di-
ctionis, *de bonis*, de qua nos infrà ad
Conſuet. 3. de alim. præſt.
4 His tamen non obſtantibus, verius
eſt,

eſt, debere condemnationem fieri in pecunia, ità enim probat *Napodan. hic num. 50. in fin.* ibi, *ſed ex cauſa paragij frater non tenetur dare ſorori portionem hæreditatis, ſed valorem portionis, quod innuitur ex verbo facultates, &c.* Et latiùs *infrà in d. Conſuet. Si qua mulier, num. 23. verſ. ſed certè licet, Anton. de Alexan. hic in addit. ad num. 50. incip. quando filia, in princ. Molfeſ. par. 4. q. 8. num. 7.* quamuis videatur, *Napodani* loca citata non legiſſe, dùm in ijs eum non allegat, ſed in *Conſuet. Si quis, vel ſi qua, num. 123. & ſeq.* vbi *Napodan.* nec dicit id, nec ſomniauit quidem, *Lelius Caput. hic par. 2. §. 13. à num. 1.* dicens *num. 2.* paragium in hoc differ-
5 re à legitima, quæ ſolui debet in corporibus hæreditarijs, & non ſufficere, ſi ſoluatur in pecunia, ex Doctoribus, quos citat *ibi*, & *num. 3.* vbi dicit, poſ-
6 ſe tamen contrarium introduci à Cõſuetudine.

7 Nec obſtat *text. in d. Conſuet. Si qua mulier*, reſpondet enim obiecto *Napodan. d. num. 23.* præſertim ex verbis ibi, *de bonis paternis*, quòd ſcilicèt vel nouum non ſit in iure, ex verbis illis non oriri, niſi obligationem in perſonam, & in pecunia, vel quòd ipſa demonſtrent cauſam facilioris exactionis, & vndè paragium ſolui debeat à ſucceſſoribus potiùs, quàm, vt onus reale ſit, & rebus inſit, vt *ibid. n. 24.*

8 Quinimmò Conſuetudinem illam ità ſemper fuiſſe interpretatam, & interpretationem optimam eſſe, refert, & probat idem *Napodan. ibi, Caput loc. ſuprà cit. ſub num. 3.* & nouiſſimè *Dom. Reg. Capyc. Latro deciſ. 59. num. 18. & ſequ.*

9 Et deberi paragium in pecunia, etiam attentis terminis *Conſtit. Regni In aliquibus*, & alijs, & non in corporibus, & bonis hæreditarijs, tenuit *And. ibi in 6. col. verſ. quid ſi deſinat habere*, ibi, *verius eſt, vt condemnetur frater ad pecuniam pro paragio*, quo loci id latiùs probat *Afflict. in 5. col. verſ. quintò quæritur, idem Andr. in Conſtit. Si quis poſt litem, & in cap. 1. §. quid ergo, col. 2. de inueſtit. de re alien. facta, Petr. de Gregor. de dote de paragio, q. 12. num. 2. & q. 38. ſub n. 7.*

10 Vndè infertur, exequutionem pro paragij conſequutione faciendam eſſe in bonis ſtabilibus, facta priùs diſcuſſione bonorum mobilium, & ſemouentium, iuxtà ordinem datum in *l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. ſi pignora, ff. de re iudic.* ex *Pet. de Gregor. d. q. 12. num. 2.*

11 Licèt non dubitem, poſſe adiudicari tot bona pro paragio ſorori pro cõcurrenti quantitate dotis de paragio, taxata iuxtà formam ſententiæ, donec eadem dos in pecunia ſoluatur, ex *Andr. in d. Conſtit. Si quis poſt litem*, & aliis, de quibus *Petr. de Gregor. d. q. 38. ſub num. 7. verſ. & illud adiudicabitur.*

S V M M A R I V M.

1 *Paragium qua actione petatur, & n. 5. & num. 13. quibus ex iuribus, num. 2.*
3 *Condictio eſt actio in perſonam.*
4 *Paragij pro conſecutione an detur tacita hypotheca, prout in vita militia.*
Fab. de Anna conſ. 75. nu. 14. *redarguitur, ibid.*
Et an actio perſonalis in re ſcripta, n. 6.
Et an contra tertios poſſeſſores, num. 7.
Reg. de Ponte conſ. 50. lib. 2. num. 5. *exploditur, ibid.*
8 *Paragium non eſt idem, quod legitima, quantum ad actionem. Nec in hoc de legitima ad paragium ſumitur argumentum, & quarè, n. 9.*
10 *Illatio non fit ex diuerſis.*
11 *Actio perſonalis non ſequitur fundum.*
12 *Dos reſeruata fœminæ excluſæ propter maſculos à ſtatuto, qua actione petatur, attento iure communi.*
14 *Paragium petitur cõtra tertios poſſeſſores in ſubſidium ad inſtar legitimæ, ſiuè conſideretur vt paragium ſiuè vt legitima, nu. 17.*
Et cùm illud petit tanquàm legatum à patre in teſtamento, num. 15. & quarè, num. 16.

16 *Actio*

16 *Actio hypothecaria competit pro legati conſequutione.*
18 *Actio renocatoria omnis competit in ſubſidium.*
*Ei tamen vt ſit locus quæ concurrere debeant,n.*19.

ARGVMENTVM.

Paragij pro conſecutione quæ actio competat,et an, et quãdo detur aduerſus fratres tãtummodò, vel etiam contrà tertios bonorum poſſeſſores.

OBSERVATIO XIV.

1 DEducitur item ex dictis *obſer. prçced.* actionem pro paragio perſonalem eſſe in ſucceſſores, nec tangere res.

2 Et quidèm ratione, quæ contradictorem habere non poterit, quem terminorum cognitio non fallat, tenentur etenim ſucceſſores ad paragium condictione ex lege moribus noſtris, & conſuetudine ad ſolutionem paragij, vt eſt communis noſtrorum traditio,& notant *Andr. in Conſt. In aliquibus,col.* 10. *verſ.verius videtur, Napod. hic num.* 27. *& in Conſuet. Si qua mulier,infrà de mul.hab.fil.num.* 15. *in fin. D.Reg.de Ponte conſ.*50. *num.*5.*vol.*2. & alij,de quibus *Caput.hic part.*2.§.7.
3 *à num.*1. & condictio actio eſt in perſonam, vt notat ex noſtris poſt *Antiquiores Andr.ibid.col.*9.*verſ.per hoc patet*,& probat *text.in* §.*appellamus,Inſt. de action.*

4 Vndè mirandum erit, quòd *Anna conſ.* 75. *num.*14. ſcripſerit,quòd pro paragio, ſicut & in vita militia detur tacita obligatio feudi.

5 Dari etenim pro paragio ſolummodò actionem perſonalem, docuit *Andr.loc.* cit. *col.*7.*verſ.ſed ſi dicamus; gloſſam illam, Camer. in cap.an agnatus,q.*22.*num.* 158. *Petr. de Gregor.de dote de parag.q.*38.*num.*1.*Minad.conſ.* 2.*à num.* 5. eamquè non eſſe neq; actionem perſonalem in rem ſcriptam,probat *Andr. ibid. col.*8. *verſ. hoc denotat nomen paragij.*

7 Sed & mirandum erit de eo, quod deducit *Reg.de Pont.d.conſ.* 50. *num.*5. cùm ait, pro paragio dari actionem perſonalem contrà tertios poſſeſſores ad ſimilitudinem repletionis, quæ fit pro legitima contrà legatarios poſſidentes res hæreditarias, iuxtà diſpoſitionem *tex.in l.ſcimus,*§.*repletionem, C. de inoff. teſtam.*miſſo etenim,quòd differentia eſt, præſertim in hoc inter
8 legitimam, & paragium, vt aduertit *Caputus loco* cit.*nu.*9. & quòd paragiũ non eſt idem,quod legitima,vt probauimus ſuprà *obſeruat.*8.*num.*7.qua de re non rectè ſumitur argumentum in
9 hoc de legitima ad paragium,quia ex diuerſis non fit illatio, *l. Papinianus exuli,ff. de minoribus,* non video ego,
10 quomodò hæc cooptentur,actionem ſcilicet eſſe perſonalem in ſucceſſores, & dari contrà tertios poſſeſſores,
11 quando certum eſt,quòd actio perſonalis non ſequitur fundum,*l.prima,* §. *ſi hæres,ff.de leg.*1.

12 Quibus ex terminis in ſtatuto ſimili excludẽte fœminas propter maſculos, reſeruata dote pro ea actionem perſonalem competere,& non contrà tertios poſſeſſores,optimè fundant de iure communi *Alex.conſ.* 169. *num.* 6. *vol.*7.*& Carolus Ruin.*poſt alios, quos citat *conſ.*140.*lib.*4.*num.*7.*verſ.ſecundò,& principaliter.*

13 Et in re noſtra, attentis ſcilicèt Regni noſtri Conſtitutionibus, & Vrbis huius Conſuetudinibus nõ poſſe moleſtari tertios poſſeſſores à ſororibus, & amitis,deciſum teſtantur per Sacrũ Conſilium,relatis ferè omnibus antiquioribus *Affl.deciſ.* 162.*Gramm. dec.* 90.*Caputus d.*§.7.*à num.*1.*& per tot.*

14 Eſt benè verum,quòd in ſubſidium, cùm ſcilicet frater bona omnia alienauit,poterit ſoror pro paragio ad inſtar legitimæ greſſus dirigere contra tertios bonorum poſſeſſores,ità in pręcto *Andr.loc.*cit.*verſ.quid ſi non ſit ſoluendo.*

uendo, & fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium retulit *Marius Saxus in add. ad Andr. ibi*, quã repoſuit *Camill. Salernus in d. Conſ. Si qua mulier, ſub num.* 18. *in add.* incip. *quoniam tractat hic Napodanus*, & ità puto procedere quæ ſcripta ſunt per *Loffred. in paraphraſi feudali, cap.* 1. §. *quid ergo, in gloſ.* incip. 2. *col. in fine, de inueſt. de re alien. facta*, vbi alios citat, *Præſ. de Franch. deciſ.* 374. *ſub num.* 5. *in fin. D. Theodor. alleg.* 7. & nouiſſimè per *D. Reg. Rouitũ in pragm.* 24. *à num.* 61. *de feudis*, *Molfeſ. par.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 14. *à num.* 1.

15 Et ſimilitèr poſſe recto tramite cõ-
trà poſſeſſorem bonorum agere ſororem pro paragio, cùm pater illud ei legauit in teſtamento, iuxtà *deciſ. Affl.* citatam *num.* 8. notat *D. Reg. Rouit. loco cit. num.* 64. poſt *Intrigl. dec.* 45. *à n.* 11.

16 Verùm id procedet, non ex natura
paragij, ſed vigore hypothecæ, quæ oritur ex legato, vt poſt alios aduertit *Molfeſ. d. quæſt.* 14. *num.* 2. vbi ſubdit, quòd tũc tertij poſſeſſores condemnãtur ad dandam vacuam poſſeſſionem bonorum remanſorum in hæreditate,
17 quòd ſi ceſſet legatum, non niſi in ſub-
ſidium aget ſoror aduerſus tertios bonorum poſſeſſores, vt diximus *nu.* 14. ſiuè paragium conſideres vt paragiũ, ſiue vt legitimam, ad tradita per *Molfeſ. d. quæſt.* 14. *num.* 4. & ratio eſt, quia
18 omnis reuocatoria competit in ſubſi-
dium, & ſic non exiſtentibus bonis penès eum, qui debet, vt eſt *gloſ. in l.* 2. *C. de hæred. act.* notant *Guido Papa deciſ.* 105. *&* 460. *Franc. Marcus deciſ.* 322. *num.* 13. *par.* 1. quod & in reuocatoria rei hypothecatæ docuere *Cynus*, *Bar. Caſtr.* & alij communitèr in *l. fin.* §. *& ſi præfatam, C. de iur. deliber.* cum aliis apud *Molfeſ. d. par.* 4. *quæſt.* 26. *nu.* 22. & quæ debeant concurrere, vt ſit
19 reuocatoriæ locus, habes *deciſ. Capyc.*
128. *à num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Paragium, & ius illud petendi tranſmittitur ad hæredes, & quarè. & n.* 3. *& 9. non tamen additamentum, vt pari nubat, & quarè, n.* 7.

2 *Legitima, & ius illam petendi tranſmittitur ad hæredes.*

4 P. Molfeſ. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 15. *notatur, & n.* 6.

5 *Soror maſculiata an tranſmittat paragium ad hæredes, ſiuè maritata ſit, ſiuè nuptura.*

8 *Additamentum in paragio, vt ſoror pari nubat, non quæritur niſi tempore nuptiarum, & non debetur antè, n.* 10. *Nec cedi poteſt, num.* 11.

ARGVMENTVM.

Paragium, iuſquè petendi illud tranſmittitur ad hæredes, ſicut legitima, ſiuè nupta ſit, ſiuè nuptura mulier, quæ decedat, exploſo *P. Molfeſio* alitèr diſtinguente; verùm non tranſmittitur additamentum, vt pari nubat, quod tempore nuptiarum quæritur, & non debetur anteà, nec poteſt cedi.

OBSERVATIO XV.

IN quæſtione hac, quæ reſpicit paragii tranſmiſſionem cõſtituo concluſionem magis veram, ac
1 in praxi ſeruatam, quòd paragiũ
tranſmittatur, cùm ſucceſſerit loco legitimæ, & ſicut ius petendi eam, quãuis non petitam, tranſmittitur ad hæ-
2 redes filii, vt multis adductis conclu-
dit *Merlinus in tract. de legitima, lib.* 5.
3 *tit.* 3. *quæſtion. nona*, ità & ius petendi
dotem de paragio, prout in his terminis iudicatum dicit per S.C. in cauſa illo-

illorum Hc Gābacurta, *Praeſ. de Fraeh. deciſ.6*18.& iterùm in cauſa Marchionis Illiceti, teſtatur *Dom. Conſiliar. de Georgio alleg.*11.

4 Atquè hinc obſeruo,quòd ſatis mirandum eſt de *P.Molfeſ.par.*4. *de ſucceſſionibus ab inteſtato,quaeſt.*15. cùm quærit, an ſorores maſculiatæ tranſ-

5 mittant paragium ad hæredes, & reſpondet, quòd hæc quæſtio viſa fuit Noſtratibus difficilis,& quòd ad duo capita diſtinctè reducatur, nempè in maritata,atquè in nuptura,& in maritata dicit *nu.*1. quòd quæſtio eſt abſoluta, & ſine diſcuſſione, cùm ſit clarũ, quòd mulier nupta ſit domina eius portionis,& paragij,at in ſecũdo capite,ſiuè caſu totam refundit cõtrouerſiam *n.*2. & cùm ratiocinetur hinc indè,tandèm cõcludit *n.* 20.*in fin.* quòd paragium tranſmittatur.

Cæterùm mihi neque in primo,nequè in ſecundo capite quæſtio difficilis videtur,ſed ſatis facilis,& aperta, quia & ſi in ſecundo capite,in ſorore ſcilicet nuptura quæſtio fuerit altercata, an paragium tranſmittatur; vt ipſemet *Molfeſius* hinc indè argumentatur,qui poſteà pro tranſmiſſione cõcludit,illa quæſtio diſcuſſa,& tractata à Noſtratibus eſt in ſorore nõ maſculiata,ſed quando ſoror eſt maſculiata, ſicuti loquitur *Molfeſius*,nullam reperio differentiam inter maritatam, & nupturam; ſoror enim maſculiata reputatur vt maſculus ; vt idem ipſe *Molfeſius* fatetur *ibid.n.*9.& debet habere virilẽ vti maſculus, vt latiùs *Nos* infrà demonſtrabimus *Obſeru.* 18.ergò ſi maſculus, eius portionem virilem ſinè dubio tranſmittit, non ſolùm ad eius liberos, ſed ad omnes ſuos hæredes, adeò vt de illa diſponat ad libitum;idem prorsùs dicendum eſt in ſorore maſculiata,quę in omnibus reputatur vt maſculus , iuxtà ea , quæ idem *Molfeſius* teſtatur, & *Nos* infrà aperiemus , ſicquè parcat mihi *Pa-*

6 *ter Molfeſius*, qui æquiuocatione in hoc eſt lapſus.

Secundò obſeruo,hæc omnia , quæ

7 dicta ſunt de tranſmiſſione paragij in hæredes,limitari,vt non habeant locũ in additamẽto illo,vt pari nubat, quia

8 cùm mulieri non quæratur , niſi nuptiarum tempore, vt cõcludit *Petrus de Gregorio de dote de paragio, quaeſt.* 39.

9 ideò ſi mulier antè nuptias decedat, licèt tranſmittat paragium ad quantitatem vſquè legitimæ , non tamen

10 tranſmittet additamentum paragij, quod debetur,vt pari nubat, & ſic tẽpore nuptiarum,& non anteà,quẽadmodùm ſingulariter concludit *Muta deciſ.*90.*à num.*55.ſubdens poſt *num.* 56.& 57.quòd eiuſmodi additamen-

11 tum,vt pari nubat,prout non eſt trãſmiſſibile,ità neque ſit ceſſibile , atquè ità ceſſionarius ab eo excludatur, & poſt *Baldum*,& alios allegat *Petrum de Gregorio*, qui omnes refert in citata *quaeſt.*39.

S V M M A R I V M.

1 *Paragij fructus, ſeu intereſſe an debeantur ſorori,vel alimenta tantùm, num.*2.

3 *Non debentur fructus pro tempore,quo ſoror recepit alimenta in domo fratris,ſed inuicem compenſantur, n.*5.

4 *Petit alimenta pro portione paragij pro tempore, quo vixit ſeorſum à fratre, ſaltem quouſquè dos de paragio fuerit liquidata .*

5 *Deciſiones latæ pro fructibus quando procedant , & quando latæ pro alimentis,explicatur.*

6 *Paragij fructus,ſiuè intereſſe ad quam rationem taxentur in Sacro Conſilio.*

ARGVMENTVM.

Sorori an,& quando debeantur fructus paragij , & ad quam rationem,& quando alimenta ſibi à fratre pręſtita cõpenſare cum fructibus teneatur.

OBSERVATIO XVI.

1 EXplicata materia paragij ſupereſt, vt nonnulla attingantur de fructibus, ſiuè intereſſe paragij, & quidèm *Anna alleg.* 70. *à nu.* 8.& 29. ſolidè concludit, deberi fructus paragij ſorori per fratrem, à quo paragium prædictũ debebatur, & *Minadous in Conſtitutione In aliquibus*, 7. *notab.* nedùm aſſerit, veriorem eſſe opinionem affirmatiuam, quam defendit *Anna*, ſed addit ſub *num.* 14. ſepè, & ſic pluriès pro eadem opinione affirmatiua iudicatum in S.C.

2 At deberi alimenta tantùm eidem ſorori, & fructus paragij cedere beneficio fratris, determinauit S. C. in dicta cauſa D. Iſabellæ d'Aragonia, relatâ per *Annam* cit. *alleg.* 70. *in fine*, vbi deciſionẽ refert, quæ quidèm eſt tẽperanda, put eam declarauit *Felix de Rubeis*, qui fuit Commiſſarius illius cauſæ, & *in ſua Apoſtilla Napod.* quã refert *Praſ. de Franch. deciſ.* 559. *in fin.*
3 dixit, illud fuiſſe deciſum pro tempore, quo ſoror recepit alimenta in domo fratris, vt pro eo tempore duntaxat non poſſit aliquid vltrà petere.
4 Verùm pro tempore, quo vixit ſeorſum à fratre, poſſit petere alimenta pro portione paragij, ſaltim quouſque dos de paragio fuerit liquidata, & ità ſubdit *de Franch. deciſ.* cit. concordari poſſe deciſionẽ in dicta cauſa factã cũ deciſionibus relatis à *Minadoo*, vt poſt nubilem ætatem debeantur omninò
5 fructus, ſiuè intereſſe, quòd prima procedat pro tempore, quo domi cum fratribus ſoror percepit alimenta, vt illa compenſentur omninò pro tempore, quo ſoror iam nubilis ætatis extrà domum permanſit, debeantur alimenta proportionata paragio, & ſic fru-
6 ctus ipſi ſaltim ad rationem quinque pro cẽtenario, put S.C. in caſu *d. dec.* taxauit, teſte eodem *Praſ. de Franch.* præallegata *dec.* 559. cuius dicta reaſſumit nouiſſimè *D. Reg. Capye. Galeota tom.* 2. *controu.* 9. *n.* 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Paragij ingreſſarum in liquidatione computari debet quod vltrà dotem dari conſuetam promittitur pro vitalitijs quolibet anno, durante vita Monialis, & num.* 4. *& 6. vbi deciſ. S. C. Et quarè, num.* 2.
3 *Vitalitia ſunt ſolita præſtari omnibus Monialibus, & n.* 5.

ARGVMENTVM.

Paragij in taxatione, & liquidatione an computari debeant vitalitia, quæ ſingulis annis promitti ſolent Monialibus Monaſteria ingreſſis vltrà dotem conſuetam, & an talia præſtari oporteat.

OBSERVATIO XVII.

1 SEd, & illud minimè omittendum eſt, qđ ſepiùs controuerti contigit in S. C. an ſcilicèt in liquidatione paragij ingreſſarum computari debeant vitalitia, quæ ſingulis annis durante vita Monialis ingreſſæ promitti ſolẽt vltrà dotem ſpiritualem conſtitui conſuetam, & fuit multotiès affirmatiuè deciſum ſingulari, & inuincibili ratione, quòd ſci-
2 licèt in liquidatione paragij ingreſſarum veniat omne totum, & quicquid ſolitum eſt præſtari Monaſterio, vbi mulier fuit ingreſſa, ſecũdùm ea, quę
3 refert *Praſ. de Franch. deciſ.* 44. ſed huiuſmodi vitalitia ſunt ſolita præſtari omnibus Monialibus, attenta conſuetudine illius Monaſterii, in quod eſt
4 factus ingreſſus, igitur omninò venire debent in liquidatione, & taxatione paragij ingreſſarum, ac eis omninò
5 ſunt præſtanda, prout ſic præſtari, & deberi nouiſſimè me interueniente
6 fuit iudicatum per Sac. Conſ. in cau-

ſa

ſa Monaſterij Sancti Ioannis Baptiſtæ huius Ciuitatis Neap. cum illis de Imperiale. Solatio Actuario.

SVMMARIVM.

1 *Maſculi ſi differant maritare ſorores vſquè ad 16.annum completum, qua pœna coerceantur ex Conſuetudine.*

2 *Maſculiatio quid ſit, aut efficiat.*

3 *Maſculiationis nomen incognitum de iure Romanorum, eſt vſuale apud noſtros, & quomodò, ac quibus authoribus ortum.*

4 *Maſculiationis materia quibus ex legibus petenda.*

Eius cognitio difficilis eſt, conſeruatque iura naturæ, num.5. & qua ratione, num.6.

ARGVMENTVM.

Maſculiatio quid ſit, & eius effectus, quauè ratione ſic dicta fuerit, & quibus authoribus.

OBSERVATIO XVIII.

Ad verſ. eas autem,

1 TEneri maſculos cùm ſuccedunt dotare fœminas, quas excludunt ex prærogatiua ſexus, dixit Conſuetudo, & *Nos* tetigimus *Obſeruat.7.num.*14.qua tamen pœna coerceri debuiſſent, proſequitur *in hoc verſ. eas autem*, nec quidèm dotis duplicandæ, vti ſtatutū alibi retulit *Alex.de Imola conſ.7.n.2. lib.2.* contrà eum, qui in dotanda muliere negligens fuerit intra annum decimumoctauum, ſed habilitandi fœminas ad ſucceſſionem in virilem, ac ſi maſculi forent, & prout maſculi ſuccedunt, ſi vſquè ad annum decimumſextum completum differant maſculi fœminas maritare ſecundùm paragium, & facultates, hiſce verbis, *eas autem ipſis ſucceſſoribus differentibus maritare vſquè ad annos ſexdecim cōpletos ſecundùm paragium, & facultates, vt dictum eſt, ſuccedunt, & poſſunt petere portionem de bonis paternis, & maternis virilem, vt fratres, & alij ſucceſſores prædicti, qui tenentur eis dare paragiū*, q̄bus ex verbis, quia in caſu, quo differāt maſculi fœminas maritare, fœminę tractantur à Cōſuetudine, vt maſculi, vſu venit in noſtris, vt fœminæ, quę in caſu prædicto ſuccedunt cum maſculis, dicantur maſculiatæ, hoc eſt ex fœminis effectę maſculi, ad

2 finem vt ſuccederent veluti maſculi.

Vt hinc obſerues in primis, ꝙ maſculiatio nihil aliud eſt, aut deſignat, quàm habilitatio fœminæ ad ſuccedendum ſecundùm ius commune Romanorum, ac ſi Conſuetudo in cōtrarium non adeſſet, ſi fœmina maritata non reperiatur, & quædam alia concurrant, quæ Conſuetudo requirit, ità *Molfeſ.par.4.quæſt.9.num.2.* & eo non citato, ac quodāmodò infeliciùs *Caputus hic par.1.§.10.n.34.*

3 Obſeruo item, nomen hoc maſculiationis, quod incognitum eſt iure communi Romanorum, vſuale eſſe, & natum in Tribunalibus ex ore Pragmaticorum, non autem à Cōditoribus Cōſuetudinum, quāuis occaſione verborum, & effectu diſpoſitionis *Conſtit. Regni In aliquibus, & Conſuet. huius Si moriatur, in hoc verſ. eas autem, & in Conſuet. Sed ſi morietū, in verſ. et in præ-*

4 *miſſis, et in §. quod autē*, quibus ex locis materia petenda erit maſculiationis.

5 At quoniam requiſita per Conſuetudines noſtras ad fœminæ maſculiationem examine indigent, nonnulla cenſui eſſe trutinanda, vt omninò facilis materia cognoſcatur, quæ alio-

6 quin difficilis eſt, et videtur conſeruare iura naturę, in qua maximum vitiū eſſe putauit *Iuſtinianus*, ſi diuerſimodè agatur de ſucceſſione cum fœminis, quàm cum maſculis in vulg. *l.maximū vitium, C.de liber.præterit.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo cùm ſtatuit terminum 16. annorum ad matrimonia, an diſcordet à iure communi Romanorum, & n.7.& 14. quiduè egerit in hoc, nu.8. & ad quid reſpexerit, num.16.*

Eius prouiſio an prudens fuerit, n.18.

Vbi fundata credatur, n.24.

2 *Ætas quæ requiratur in matrimonijs à iure communi in maſculis, & quæ in fœminis.*

An eadem exigatur à ſacris Canonibus, n.3.

Vel ad fœdus concubinatus, n.4.

5 *Beneficium an vacet per matrimonium impuberis, aut puberis, qui duxit nondùm viri potentem.*

Vacat per matrimonium, cùm illud eſt legitimè contractum, n.6.

9 *Ætas ad matrimonia an præſcripta ſit iure naturæ, vel potiùs iure poſitiuo, & quæ in ætate liceat, n.10.*

11 *Fœminæ in Italia in 16. ætatis anno collocari conſueuernut, pediſſeq; verò in vigeſimo, n.17.*

12 *Legatum relictum puellæ ſub conditione morandi cum aliqua vſque ad tēpus maritandi, debebitur cùm illa nubit in anno decimoſexto.*

15 *Nuptias vehemētèr citò contrahit qui nō minus quindecim annis ad id procedat.*

19 *Profeſſionem ademittendam quæ ætas deſideretur à* Sac. Conc. Trid. *tàm in maſculis, quàm in fœminis.*

20 Io. Aloyſius Epiſcopus Riccius *laudatur.*

21 *Fœminæ in 16. anno ſanioris iudicij putantur, & à tutelis, & curis liberantur.*

22 *Ætas 16. annorum an, quo iure, et quoad quæ imbecillis dicatur, & negotiorum imperita, ideòq; captionibus, & circumuentionibus obnoxia.*

23 *Maior quibus in annis efficiatur maſculus de iure Regni, & quibus fœmina.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudo cùm ſtatuit tempus ſexdecim annorum ad matrimonia fœminarum an repugnet iuri communi Romanorum, quiduè egerit in hoc, ad quid reſpexerit, qua prudentia, & vbi fundetur; multis additis de ætate requiſita ad matrimonia, & profeſſionem, vt diſpoſita de matrimonio, & ad tempus nubendi locū habeāt, vel ſecùs.

OBSERVATIO XIX.

1 VT autem id eueniat, quod optauimus *Obſeruat. præced. in fin.* antequā penetralia maſculiationis intremus examinanda diſpoſitio Conſuetudinis videtur, cùm ſtatuit terminum ſexdecim annorum ad matrimonia fœminarū.

2 Videtur etenim hac in parte à diſpoſitione iuris communis Romanorū diſcordare, per quod ætas 14. annorū deſideratur ad matrimonia in maſculis, & duodecim in fœminis, vt eſt *tex. in l. quæſitum 9. ff. de ſponſal. in l. minorem 4. de ritu nupt. l. dotis 68. l. ſi ſponſa 74. ff. de iur. dot. l. hæc conditio 10. ff. de cond. & demonſtr. l. quòd pupilla 30. vt legat. nom. caueatur, l. 2. §. ſi ſponſalibus, ff. de priuil. credit. & alibi*, quā diſpoſi-

3 tionem amplexatos fuiſſe ſacros Canones, probat *tex. in cap. continebātur 6. de deſponſat. impub. cap. atteſtationes 10. cap. ex literis 11. eod. tit.* & notat poſt alios doctiſſimus *Barnabas Briſſonius in tract. de iure connub. in princ.*

4 vbi ſubdit, eandem ætatem ad ſimile concubinatus fœdus fuiſſe deſideratā ex *l. 1. in fin. ff. de concub. & Staphil. de*

5 *liter. gratiæ fol.* 74. vbi inquit, non vacare beneficium impuberis, qui contrahat

trahat matrimonium,aut eius,qui pubes eſt, ſi non dùm viri potentem du-
6 xerit,quia tunc demùm vacat per matrimoniũ,quando id eſt legitimè contractum,quod & probauit *Sanchez de matrim.lib.7.diſp.104.à nu. 1. & Anaſtaſ.Germonius lib. 2. animaduerſ. cap. 6.Baſil.Pontius de matrim.lib. 12. cap. 5.à num.3.*

7 His verò haud refragantibus puto Ego, Conſuetudines noſtras nequaquàm in hoc aduerſari iuri Romanorum,non enim ſtatuit *hic* ætatem,qua
8 mulier nubere debeat,aut poſſit, ſed præſcribit eam,qua maſculos obliget ad fœminas collocandas, & cùm pu-
9 tarent Ciues,iure naturæ non fuiſſe præſcriptam ætatem ad matrimoniũ, quicquid in cõtrarium docuerit *Carrerius lib.5.de ſponſal.cap.15.* vt benè obſeruat *Sanchez loco cit.num.8.*cùm inquit,verius eſſe menſuram ætatis ad
10 matrimonium deſcendere à iure poſitiuo, vt quacunquè in ætate liceat matrimonium contrahi, dũmodò poſt vsũ rationis,cũ alijs,quos refert,quin-
11 immò & in quibuſdam Italiæ regionibus conſuetum eſſe,fœminas matrimonio copulari in decimoſexto anno,& demùm ſatis eſſe,quòd fœmina ſteterit in domo fratrum, aut matris vſquè ad ætatem 16.annorum, abſq; eo,quòd ei poſſit impingi aliqua culpa,vel delictum,vt in caſu huic proximo retulit *Alex.conſ.20.ſub num.7.lib. 2.verſ.ſecũdo principalitèr moueor,*vbi dicit,id ꝓbatum per plures teſtes,iũctis notatis per *Bart.in l.ſi quis ità legauerit dùm vxor, ff. de condit. & de-*
12 *monſtr.*probans, quòd legatum relictum puellæ cum eo,quòd debeat ſtare cum aliqua vſq; ad tempus maritãdi,debebitur,cùm illa nubat in ætate
13 ſexdecim annorum,quia fœminę ætatis 16.annorum ſunt nubiles,& maturæ viro,vt eius verba vſurpem.

14 Nec reſpectu huius ætatis abhorruiſſe Cõſuetudo videri debet à legi-
15 bus Romanorum,in quibus ſtatuit *Iuſtinianus* vehementèr citò contrahere nuptias,qui non minus quindecim annorum ad hoc procedat,*in auth.de tẽpore non ſoluta pecuniæ ſuper dote, §. ſiquidèm,collat.7.* ad id etenim poteſt
16 videri reſpexiſſe noſtros,cùm ætatem 16. annorum ſtatuerunt in fœminis maritandis, quaſi quòd eo tranſacto, vel tutum non ſit eas non collocaſſe, vel nobilibus præſertim iniuria fiat, ſi diutiùs detineantur innuptæ, quando
17 & Mutinę ancillas non conſueuiſſe collocari antequàm exceſſerint ætatẽ annorum viginti, teſtatur *Alex. loco cit.*ea ratione, vt obſeruat quoq; *Tuſcus pract.cõcl.lit.M. cõcl. 89.n.2.*quia tenentes pediſſequas, antequàm eas nubant volunt percipere ex eis vtilitatẽ,vt poſſint eas dotare,quod damnari debuit in fratribus,& nepotibus, qui de ſuo nihil ſororibus,aùt amitis tradunt, cùm collocant data dote ſecundùm paragium, & facultates de bonis paternis,& maternis.

18 Et quòd Conſuetudo hæc ſcripta fuerit ſumma cum prudentia,acta *Sacri Concilij Trident.*ſatis expreſsè probant,per quæ ætas 16.annorum ſtatuta eſt ad profeſſionem emittendam
19 *ſeſſ.25.de regular.cap.15.*in quacunq; tàm virorum,quàm fœminarum religione,vt profeſſio valida ſit,ſexdecim annorum ætas completa deſideratur, quod & notauit *Mandoſ. de ætate minor. cap. 5. num. 52. Paulus Fuſcus de viſit.lib.2.cap.18.num. 29. Sanchez de matrim.lib.2.diſp.24.num.22. & lib.5. ſumma,cap.4.num.4.Anton. Diana reſol.moral.par.3.tract.2.de dubijs regul. reſol.57.in fin.Gratian.diſcept.413.nu. 31.*& nouiſſimè bonæ memoriæ *Epi-*
20 *ſcopus Riccius,* vir noſtra ætate inſignis,vitæ candore, morum probitate ſpectatiſſimus,ac omni æuo laudãdus *in praxi rerum quotid. reſol. 322. num.5.*

21 Sanioris enim iudicij tunc fœminæ præſertim putantur, quę & legibus Romanorum à tutelis,& curis liberãtur,vt omnimoda gaudeant ad matri-
22 monia contrahenda libertate, quamuis

uis & ætatem hanc ſexdecim annorũ adhùc imbecillem,& negotiorum imperitam, ideòq; captionibus,& circũuentionibus obnoxiam dicat *Griuellius deciſ.Dolana* 150.*nu.9.*quod reſpectu adminiſtrationis bonorum ſubaudi debere videtur, & iuris communis,cuius intuitu antè vigeſimũquintum annum omnes imbecilles, & pa-
23 rum induſtrioſi præſumuntur,attento enim iure Conſtitutionum Regni noſtri,vt maior quis efficiatur, ſufficit in
24 maſculis ætas 18.annorum, & in fœminis 16.& in hoc puto fuiſſe ab initio fundatam hanc Conſuetudinem, cùm ætatem ſtatuit ad hoc, de quo agimus.

SVMMARIVM.

1 *Ætas 16.annorum in Conſuetudine quarè debeat eſſe completa,vt fœmina ſuccedat vt maſculus, & num.7. & 10.Quomodo intelligi debuiſſet nō addito verbo,*completos,*num.* 12.*& an mathematicè completa intelligi debeat,vel moralitèr, n.*17.

2 *Cōſuetudo in hoc an corrigat ius commune.*

3 *Annus inceptus de iure communi an, & quando habeatur pro completo,& ſufficiat illum attigiſſe, & nu.* 5.*praſertim in odioſis,aut fauorabilibus, num.6.&* 8.

4 *Statutum loquēs de minore* 25. *annis, intelligi debet de cœptis,non de completis.*

9 *Annus incœptus non habetur pro completo in diſpoſitione ſtatutaria. Nec in ætate requiſita ad matrimonia, num.*11.

13 *Ætas cùm iure praſcribitur,atque taxatur,debet eſſe completa,& quarè.*

14 *Pretium iure praſcriptum conſiſtit in indiuiſibili.*

15 *Dotis repetitio patri negatur,qui filiā dolo malo collocauit intrà duodecim annos.*

16 *Conſuetudines Neapolitanæ claræ in ſermonibus,& omnia complectuntur, vt parum,aut nihil neceſſe ſit expetere ab exteris.*

18 *Ablatiuus abſolutus regularitèr denotat temporis extremitatem.*

19 *Maſculiari fœmina non poteſt,quæ nō compleuerit annum* 16. *quamuis ſit illius anni in fine.*

20 *Ætas in matrimonijs requiſita an poſſit compleri moralitèr.*

21 *Diſtare nihil videtur,quod parū diſtat.*

ARGVMENTVM.

Aetas 16. annorum quarè debeat eſſe cōpleta, vt fœmina maſculietur, & an ſufficiat, ſi compleatur moralitèr. Itē an, & quando de iure communi annus inceptus habeatur pro completo.

OBSERVATIO XX.

1 VErùm id hoc loco obſeruari ducimus oportere, quod *Cōſuetudo* iſta recepit, ibi, *vſq; ad annos ſexdecim completos,* quaſi quòd ſucceſſoribus differentibus maritare ſorores,vel amitas vſq; ad annos ſexdecim completos,maſculiationis iura acquirant amitę, atquè ſorores,& tūc tàm de bonis paternis, quàm maternis virilem, vt fratres.& alij ſucceſſores petere poſſint, ſicq; attenta hac Conſuetudine non ſatis habeatur,quòd decimuſſextus annus ſit incœptus,ſed omninò completus eſſe debeat, id,quod occaſionem præſtat inquirendi cauſas,& rationes,cur Cōſuetudo requirat 16. annum completum in ſorore,& amita, quas frater te-
2 netur dotare,vt maſculiata dicatur, & an in hoc corrigere voluerit,quę Romani ſtatuerunt.

3 Et quidèm videtur,etenim de iure communi ſatis cōtrouerſum conſtat, an annus cęptus habeatur pro completo

pleto, prout diſputat *Sforza Odd. de reſtitutione in integrum, par.* 1. *q.* 2. *art.* 8. *ſub num.* 51. *& ſequen.* vbi pro illorum ſentẽtia, quod ſufficiat attigiſſe, expẽdit *tex. in l. ad rempublicam, ff. de muneribus, & honoribus, & in l. qui filium, §. Sabina, ff. ad Trebell. Deciũ cõſ.* 593. & alios *Gratus conſ.* 47. *nu.* 9. *lib.* 1. vbi
4 concludit, quòd ſtatutum loquens de minoribus 25. annis, intelligi debet de ceptis, non completis, at è contrà, qui
5 voluere eſſe completos, ponderãt *tex. in cap. Epiſcopus* 77. *diſt. & in cap.* 2. 78. *diſt.* qui probant, quòd annus debet eſſe completus, & *Bellemera deciſ.* 726. qui allegat *tex. in l. ſi cui, ff. de leg.* 1. *& in l.* 3. *§. minor autẽ, de minoribus*, inter quas diſſidentes opiniones di-
6 ſtinguendum exiſtimat *Sforza Odd. loco* cit. *num.* 52. quòd in fauorabilibus annus incœptus habetur pro completo, & ſic procedat prima opinio, ſecus in odioſis, & procedet ſecũda opinio, pro qua etiam diſtinctione conferunt per *Surdum* adducta *dec.* 178 vbi *Additio* allegat *deciſ. Rotæ* 75. *par.* 2. *in nouiſs.* & quæ tradit *P. Sãchez de matrim. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 24. *à nu.* 22. *&* 23. hinc ergò noſtra Conſuetudo iuxtà harum ſententiarum ambages, atquè inuolu-
7 cta preſcripſit ætatem vſquè ad annos 16. completos, quia quamuis in odiũ hoc redundet mulierum, tamen principalitèr fauorem maſculorum reſpicit, qui dùm in vno grauãtur, & ſic in virili danda ſororibus, & amitis, quas maritare diſtulerunt, iure merito debebant in alio releuari, vt annus 16. pro maſculiatione requiſitus, ad eorũ fauorem completus eſſe deberet, vt proindè cùm verſemur in fauorabili-
8 bus maſculorum, completam ætatem 16. anni requirat Conſuetudo, niſi etiam & illud addere velimus, quòd
9 in diſpoſitione ſtatutaria annus inceptus non habeatur pro cõpleto, vt aliorum voto diſputat *Surdus* citata *deciſ.* 178. & ſic Cõſuetudo, quæ ſtatutariã diſpoſitionem imitatur ad annos vſq; 16. completos ſorores, vel amitas dotãdas per fratres, voluerit eſſe maſculiatas.

10 Et in hoc vniformem eſſe Conſuetudinem iſtam cum diſpoſitis à iure communi Romanorum, & ad ea reſpexiſſe, probant quæ poſuimus *Obſeruat. præced.* quòd ſcilicèt ætas annorũ 16. fuerit conſiderata pro matrimonijs fœminarum apta.

11 Conſtat namq; omnem ætatem requiſitam ad matrimonia debere eſſe completam, & exactam, ità dictãtibus iuribus, quæ diſponunt circà ætatem, vt videri præſertim poteſt ex *cap. atteſtationes*, ibi, *donec compleat puer annũ decimumquartũ, de deſponſat. impuber.*

12 Quo ex loco probatur, quòd quamuis Conſuetudo non expreſſiſſet, quòd annus 16. eſſet completus, ità debuiſſet intelligi, ex traditis per *Baſilium Pontium de matrim. lib.* 7. *cap.* 65. *Hurtad. in eodem tract. diſp.* 22. *difficul.* 12.
13 *num.* 45. ea ratione, quia hæc ætas iure præſcribitur, atq; taxatur, & proindè debet in indiuiſibili conſiſtere, ſi-
14 cut pretium iure præſcriptum conſiſtit in indiuiſibili, quod mihi probat *tex. in l. falſus* 11. *§. fi. ff. quod falſo tuto-*
15 *re*, vbi decedẽte intrà 12. annos filia, quã dolo malo ità præmaturè nuptui pater tradiderat, ipſi dotis repetitio denegetur.

16 Et ex his puto obſeruatione dignũ eſſe, quod Conſuetudines noſtræ clariori, quo potuerũt modo in omnibus diſpoſuerunt, moreſq; noſtros ità fuiſſe conſcriptos, vt parum, aut nihil expetere cogamur ab exteris, ſi quæ ſcripta voluerunt patres, filij voluimus, deſcendentes, ac Ciues.

17 Secundò puto aduertendum, ætatẽ hanc ſexdecim annorum debere eſſe mathematicè completam, & non moralitèr, loquitur enim Cõſuetudo per
18 verbum, *completos*, & ſic per modum ablatiui abſoluti, quod, vti obſeruat *Affl. hic in addit. ad Napod. in verbo cõpletos*, incip. *de ablatiuo abſoluto*, regularitèr denotat temporis extremitatẽ, *l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig.*

19 Vn-

19 Vndè ſi ſoror diſtaret ab ætate prędicta per vnum, aut alterum menſem, & eſſet in fine anni decimiſexti, non poſſet practicari diſpoſitio huius Cō-
20 ſuetudinis quantum ad maſculiationem, ex traditis per *Naldũ in ſumma, in ver. atas, lo 1. in fin.* & per *Dianam reſol. moral. 5. par. tract. 5. reſol. 16. in fi.* contrà *Rebellium*, qui dicebat, ætatem
21 in matrimonijs requiſitam poſſe compleri moralitèr, quia quod parùm diſtat, nihil diſtare videtur, *lib. 3. quæſt. 16. ſect. 2. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur, vt fœmina maſculiari petat.*
2 *Verbum*, differentibus, *in Conſuetudine explicatur.*
3 *Maſculiatio non petitur contrà patrem differentem maritare, & num. 10, ſed ſolùm contrà ſucceſſores, n. 4.*
Quamuis pater filio ſucceſſerit cum fratribus, fœminis excluſis, n. 5.
6 *Maſculiatio non viget attento iure cōmuni Romanorum.*
7 *Pater differens maritare filias vſquè ad 25. annum, qua pœna puniatur.*
Non exhæredat filiam peccantem in corpus ſuum poſt annum vigeſimum quintum, n. 8.
9 *Virgines vſquè quam in ætatem reperiant virum paris conditionis, & non vltrà.*
11 *Alimenta qua ratione præſtet pater filiabus, & qua frater ſororibus.*
12 *Frater excuſatur à pœna maſculiationis, ſi ſoror excesſerit 16. annos in vita patris.*
Tunc quomodò, & qua dilatione poſſit vrgeri frater ad dotandam ſororem, num. 13.

ARGVMENTVM.

Maſculiari fęmina vt poſſit, quæ requirantur, & an petat id contrà patrem differentem illam maritare, vel cōtrà fratrem, ſi reperiatur exceſſiſſe ætatem 16. annorum in vita patris.

OBSERVATIO XXI.

1 Prędictis ità cognitis, videamus, quæ requirantur à Conſuetudine, vt fœminę poſſint maſculiari ad explicationem eorum, quę poſuimus *Obſeruat. 18. num. 2.*

Et videtur, non requiri, niſi quòd fęminæ non reperiantur maritatæ in ætate, qua excedant ſexdecim annos, dicit etenim *Conſuetudo in hoc verſ. eas autem, eas autem ipſis ſucceſſoribus differentibus maritare vſquè ad annos ſexdecim completos, ſuccedunt, & poſſunt petere, &c.* Veritas tamen eſt, & hoc iure vtimur, quòd non ſolùm requiratur exceſſus hic, ſed quòd frater, vel nepos, qui ſucceſſiſſe proponitur, ſit requiſitus congruo loco, & tempore, & tertiò, quòd ſucceſſores talitèr interpellati habeant potētiam, ac maritandi facultatem, ita quòd malitiosè differant fęminas maritare, & dare ijs dotes ſecundùm paragium, & facultates, ex ijs, quæ ponit *Napod. hìc à num. 42. P. Molfeſ. par. 4. quæſt. 1. num. 8.* & nouiſſimè *D. Reg. Capyc. Latro dec. 59. n. 7. 9. & 10.*

Et quòd talia requirantur, Conſuetudo ipſa probat hìc in ſolo verbo, *differentibus maritare, ac dotes dare vſquè ad annos ſexdecim completos*, exprimit etenim exceſſum ætatis, & cętera, quę notauimus *num. 1.* per verbum,
2 *differentibus maritare*, quod cadere propriè videtur in eo, qui interpellatus non faciat, & cùm poſſet maritare, non maritat, vel dotes negat cōgruas, vt proptereà ſit ſenſus, Conſuetudinē in hoc ſcriptam eſſe contrà maſculos, qui interpellati procraſtinent fęminas maritare, id enim propriè dicit, differre maritare ſororem, aut amitas ſecūdùm paragium.

3 Ve-

Digitized by Google

3 Verùm & id erit obſeruãdum, quòd
Conſuetudo in hac parte loquitur de
ſucceſſoribus, vt inſulſam alioquin
tolleret difficultatẽ, quã noſtri vulgò
excogitant citrà Conſuetudinis men-
tem, an ſcilicet maſculiari fœminam
contingat, quę non maritetur à patre,
quã mirum eſt, quòd *Napodanus hic*
excitarit *in ver. ſucceſſoribus, num.* 43.
4 cùm etenim Conſuetudo ſcripta eſt
in eos, qui ſuccedentes excludunt fœ-
minas ſub conditione, illas dotandi
de bonis, in quibus patri ſuccedunt,
vel matri, inutilis eſt, niſi dicas erro-
neam, indagatio in patre differente
maritare filiam, an poſſit ab eo petere
portionẽ, quãuis quęſtionẽ cõſideres
5 cùm filio pater ſuccedit ſimul cũ fra-
tribus, excluſis fœminis, nam patre
exiſtente Conſuetudo deficit in ordi-
ne ad ſucceſſionem, & inſtantia filię
6 petẽtis dotem cadet in terminis iuris
communis, ſecundùm quod maſculia-
tio non viget, nec alia pœna in patre
7 differente maritare filiam, niſi quòd
ipſius culpæ adſcribẽdum *Cæſares* pu-
tauerunt, ſi filia peccauerit in corpus
ſuum poſt ætatem vigintiquinque an-
norum *in Nouella* 115. §. *ſi alicui ex
prædictis, in auth. vt cùm de appellat. co-
8 gnoſc.* ità vt non poſſit ex cauſa iſta, &
peccato filia exhæredari à patre, qua-
ſi quòd videatur tempus illud 25. an-
9 norũ vltimum, in quo poſſint virgines
maritum inuenire paris conditionis,
& vlteriùs deſiderari virginitas ne-
queat in fœminis, quod adeò verum
putauit *Sanchez de matrim. lib.* 1. *diſp.*
34. *nu.* 36. quòd inutilem probet con-
ditionem vltrà id tempus impoſitam
fœminis non nubẽdi, & reſcindi opor-
tere, veluti impeditiuam nuptiarum,
cùm idem ſit in totum matrimonium
prohibere, aut per illud vitæ ſpatium,
quo ſolet contrahi communiter.

10 At quòd Conſuetudo hæc, & ma-
ſculiatio non habeat locum cõtrà pa-
trem differentem maritare, notat poſt
Maſtrillum, quem citat *deciſ.* 197. *n.* 8.
P. Molfeſius d. par. 4. *q.* 3. *à num.* 3. *& in
addit. ad d. q.* 3. *num.* 1. *tom.* 2. eſtq; ſe-
cundùm eum ſollemnis ad hoc *deciſ.
Vinc. de Franch.* 616. cùm & id anteà
dixiſſet *Præſ. de Franch. deciſ.* 46.
num. 4. quamuis ſubdat, tàm fratrem,
11 quàm patrem teneri fœminas alere
interim dùm nubant, ſed iure diuerſo,
cùm frater teneatur ratione bonorũ,
pater verò ratione ſanguinis.

12 Quinimmò & hoc eſt ità verum,
quòd ſi ætas 16. annorum exceſſerit
in vita patris, excuſetur à pœna ma-
ſculiationis maſculus, qui ſuccedit, vt
poſt *Napod.* quem citat obſeruat *Ca-
putus hic par.* 1. §. 10. *num.* 70. vbi quæ-
13 rit, quomodò, & qua dilatione frater
vrgeri debeat ad maritandam ſororẽ,
quę poſt decimumſextum ætatis annũ
innupta reperitur mortuo patre.

SVMMARIVM.

1 *Interpellari an oporteat maſculum, vt fœmina petat maſculiari, vel potiùs ipſo iure facta intelligi debeat, cùm fœmina per fratrem maritata non eſt in 16. anno completo, num.* 2. 7. *&* 25. *relatis deciſion. S. C. nu.* 8.

Quarè excuſentur maſculi, niſi interpellentur, num. 22. *&* 24.

3 *Ablatiuus abſolutus importat conditionem.*

4 *Inſtitutus, qui debet adimplere conditionem, ſub qua eſt inſtitutus, non debet interpellari.*

5 *Dies interpellat pro homine, & conſtituit in mora, nec interpellatio requiritur, cùm terminus ſtatuitur à iure.*

6 *Facere qui tenetur, an incurrat morã, ſi non faciat, quamuis non interpelletur, & num.* 19. *etiam quòd ſit obligatus cum iuramento. ſed an reſpectu intereſſe, n.* 20.

9 *Fœmina an intelligatur maſculiata, ſi poſt* 16. *annos mortua ſit, & non dotata, non tamen conſtet de interpellatione.*

10 *Interpellatio probari debet per ſororẽ, & quarè, n.* 15.

11 *Maſculiatio quando oriatur.*

12 *Soror ad hoc vt excludatur debet eſſe dotata, aliàs poſt 16. annum admittitur ad virilem, n. 13.*
14 *Fœmina an excludatur à Conſuetudine conditionaliter, vel diſpoſitiuè.*
16 *Verbũ,* differentibus, in Cõſuetudine *quid importet quoad interpellationẽ, & num. 23. & 28.*
17 *Tempus ſexdecim annorum in Conſuetudine nõ datur ad dilationẽ maſculorum, ſed ad pœnam differentis maritare.*
18 *Pœna non incurritur abſquè interpellatione, cùm imponitur à iure ob negligentiam in non faciendo.*
21 *Conſuetudines ſcriptæ ſunt in fauorem agnationis, & maſculorum.*
23 *Differre videtur qui ſine legitima cauſa retinet.*
24 Facultatis *verbum quid importet in* verſ. eas autem.
25 *Diſpoſitio pœnalis an, & quando incurratur abſq; interpellatione.*
27 *Fœmina cùm nubilis eſt ætatis, interpellat fratrem etiam antè annũ 16.*
29 *Maſculiatio nũquàm fit liquidato ſemel paragio, & quare.*

ARGVMENTVM.

Interpellatio ad maſculiationem an requiratur, item an ea probanda ſit per ſororem, & quomodò oriatur.

OBSERVATIO XXII.

1 SEcundum requiſitum ad maſculiationem diximus *Obſeruat. præced.* eſſe interpellationẽ ex parte ſororis, aut amitæ, verùm quia id excludi videtur à Conſuetudine, idcircò duxi examinandam traditionẽ.

2 Et videtur interpellationem non eſſe neceſſariam, cùm enim Conſuetudo admittit fœminas ad ſucceſſionẽm, & petitionem portionis virilis, differentibus maſculis maritare fœminas vſq; ad ſexdecim annos completos, admiſſio, & ſic maſculiatio ipſo iure facta debet intelligi, ſi, & quotiès maſculi diſtulerint fœminas maritare per tẽpus à Conſuetudine ſtatutũ, videntur etenim id importare verba illa, quę iuris declarationem, & diſpoſitionem important, *ſuccedunt, & poſſunt petere*, & probatur ex ſequentibus.

3 Primò, quia conſuetudo loquitur per verbum ablatiui abſoluti, ibi, *ipſis ſucceſſoribus differentibus*, & ablatiuus 4 abſolutus importat conditionem, at qui debet adimplere cõditionem, ſub qua eſt inſtitutus, non debet interpellari, *l. mutianæ, ff. de condit. & demonſtr.* vbi *Bald. & Paulus de Caſtro*, ergò ad maſculiationem interpellatio neceſſaria non videtur, dùm maſculi vocãtur per conſuetudinem, excluſis fœminis ſub conditione dotandi illas de paragio vſquè ad certam, determinatamq; diem.

5 Secundò, quia in Conſuetudine eſt definitũ tempus ſexdecim annorum, in quo debeant maritare, ſed cũ adeſt terminus iuris, dies interpellat pro homine, ad finem, vt quis conſtitutus dicatur in mora, nec alia interpellatio requiritur, *l. magnam, C. de contrah. empt.* & probat *Surdus deciſ.* 57. *num.* 7. & 14. poſt *gloſ. Bald. Cuman.* & alios *in l. mora, ff. ſol. matrim.* ergò completo anno decimoſexto ipſo iure maſculiata debet intelligi fœmina, quæ à ſucceſſoribus non ſit maritata, regula enim, quòd dies interpellat pro homine procedit, etiam cùm dies adiectus à lege proponitur, vt ſcribit *gloſ. in l. ſi duo, §. vlt. verbo conſtituti, ff. de conſtit. pecunia.*

6 Tertiò, quia ſucceſſores tenentur maritare, & dotes dare, & ſic tenentur ad factum, at qui tenetur aliquid facere, dicitur in mora, ſi non faciat, nec aliqua interpellatio requiritur, vt poſt *Bal.* & alios, quos refert, probat *Surd. dec.* 226. *n.* 10. *Alex. conſ.* 157. *vol.* 6. ergò eò ipſo, quòd maſculi patiuntur labi tempus præfixum à Conſuetudine di-

dicuntur eſſe in mora,atq; renunciare excluſioni fœminarum,nec alia interpellatio requiretur.

7 Quartò, quia ſi neceſſaria eſſet interpellatio,interpellare eſſet prorogare terminum, & admittere fratres ad moræ purgationem, quinimmò eſſet fouere fratrum contumaciam, atquè malitiam, quod fieri non poteſt, nec debet in fœminarum præiudicium, ergò tantum abeſt,quòd interpellatio requiratur,quod nec permitti quidèm debeat.

8 His tamen,& ſimilibus non obſtantibus tenenda eſt opinio, quòd interpellatio requiratur,cum qua tranſit in dies Sacrum Conſilium, & cum qua vniformitèr iudicauit, vt conſtat ex deciſione relata p. *Affl.dec.* 370. *in ſecundo dubio,Gaſpar.de Leo hic in addit.* incip. *an ſit neceſſaria,Præſid.de Frāch. deciſ.*412.poſt *Napod. Bucin. Nancler.* & alios,quos cumulant citati, & poſt illos *Molfeſ.par.*4.*q.*1. *à n.*8. *Caput.hic p.*1.*q.*10.*n.*21.*& Gabr. cōſ.*5.*n.*20.*lib.*1.

9 Quod procedere licèt ſit mortua ſoror,aut amita,& nō dotata,ſi tamen non conſtet de interpellatione,vt ſcilicèt non dicatur maſculiata per ſolū lapſum ſexdecim annorum,iudicaſſe Magnam Curiam, refert *de Franchis loco* cit.*num.*3.*in fin.*

10 Atquè hinc interpellationem eſſe probandam deducit *Io. Ang. Piſanell.* apud *Vinc.de Franch.d.deciſ.*412.*n.*4.

11 vbi dicit,oriri maſculiationem,quando mortuo patre fratres eſſent requiſiti,quòd maritent ſorores, & fratres diſtuliſſent vſq; ad 16. annum, quod apparere dicit ex verbo *Conſuetudinis, differentibus,* & quòd ità debeat intelligi *Napod.in Conſuet. Quod autē, in gloſ.in verbo ſoror,in fine,* cùm dicit,

12 quòd ad hoc vt ſoror excludatur, debet eſſe dotata,& *in Conſuet. Si moriatur,in ver. paragiū,verſ. quid ſi intrat,*

13 vbi ſcribit,quòd quando ſoror excedit 16.annum,debet habere portionē tanquàm maſculiata.

Nec obſtant contraria; reſoluuntur etenim iiſdem medijs, quibus probatur ſententia,quam ſuſtinemus.

14 Quod enim dicitur de ablatiuo abſoluto importante conditionem,non obſtat,quia quando verum ſit,Cōſuetudinem loqui conditionalitèr, quod non probat *Caputus hic loco* cit.*nu.*21. *in fine,*vbi contendit, quòd loquatur diſpoſitiuè, & propterea quòd requiratur interpellatio.

15 Conditio requirit interpellationē, conditionis namq; exiſtentiā,ſub qua Conſuetudo ſororem vocat,& admittit,quia ſoror probare debet, quoniā anteà actionem nō habet, *d.l.mutianę,* at eam ſoror probare non poteſt, niſi probet interpellationem, & morā fratris,vt probat poſt *Paulum Caſtr.Corn. Iſern.Affl.Ang.Brun.* & alios *Hieronymus Gabriel d.conſ.*5.*num.* 34. *lib.* 1.*& conſ.*139.*ſub num.*4. *lib.* 2. *verſ. minus refert,* & probat verbum in *Conſuetu-*

16 *dine, differentibus,*quod importat fratrem à ſorore interpellarum, vt explicat *Vinc.de Franch.loco* cit.ergò non ſolùm conditio probat,quòd interpellatio neceſſaria ſit,ſed & ipſa obligat ſororem ad probandum interpellationem.

17 Secundò non obſtat obiectum ex definitione temporis in Conſuetudine,quia,vt dicit *Napod.hic in ver.differentibus,* tempus ſexdecim annorum non datur ad beneficium dilationis,

18 ſed ad pœnam fratri differenti maritare, & vbi pœna imponitur à iure pro negligentia, ſeù culpa in non faciendo,non procedit regula, dies interpellat pro homine, ſed opus eſt, q̄ præcedat monitio, & interpellatio,vt incurratur pœna,ità *Innoc. Abb.*& alij, *in cap.extirpanda,* §. *quia verò,de præbend.*per *tex.in cap.ex parte,cum tribus ſequentibus,de cleric.non reſident.& in l.ſi ex cauſa,ff.de verb.oblig.Theſ.deciſ.*212.& hinc non ſufficere, fœminā exceſſiſſe 16.annum,niſi interpellet, probant in ſpecie *Molfeſ.loco* cit.*à nu.* 11. *& Dom. Reg. Capyc.Latro deciſ.* 59.*ſub num.*23.

19 Tertiò nõ obſtat, quòd ſucceſſores obligentur ad dotandum, & maritandum, & ſic ad factum, nam verius eſt, quòd obligatus ad factum regularitèr non tenetur ſine interpellatione, vt inquit *Dec. conſ. 2. ſub num. 6. & Hieronymus Gabriel d. conſ. 139. nu. 11.* vbi ſubdit, quòd neque obligatus ad factum cum iuramento incurrit in pœnam, ni-
20 ſi interpellctur, quamuis controuerſũ ſit, vtrum incurrat moram reſpectu intereſſe, apud *Soc. conſ. 133. col. 1. vol. 1. Goz. ad. conſ. 27. col. 3. Crau. conſ. 246. col. 1.*

21 Vltimò non obſtat quartum, nã vel inconueniens ibi allegatum nõ eſt verum, vel in Conſuetudine deberet tolerari, quæ ſcripta eſt in fauorẽ agnationis, & maſculorum, & ſufficere debet fœminis, ſi non diutiùs, ac per longum tempus non maritentur.

22 Præſertim, quia eſt aliquid, quod vel excuſet maſculos, vel accuſet fœminas differentes, aut maritare, aut petere, quòd maritentur, ignorantia ſcilicèt ex parte fratris, an nuptias ſoror intẽdat, & ſe explicare debet ſoror, ſi nubere velit, & ad hæc erit neceſſaria interpellatio, & interim mora non cõtrahetur, vti cõſiderat ꝑ parte *Caput. ſub d. num. 21. verſ. & ratio eſt,* cùm ait, quòd cum verbo, *differentibus,* cõcurrunt alia, ex quibus poſſet probabilitèr ignorantia habere, qua ratione, quòd ſolus temporis lapſus ſucceſſores non conſtituat in mora, dicit *Napod. in Conſuet. Viro mortuo, num. 77. de iure dot. in gloſſa elapſis,* ibi, *nec obſtat, quod notat, ſuprà in Conſuet. Si moriatur aliquis, ſuper verbo ipſis ſucceſſoribus, quia ibi non ponuntur talia verba, per quæ poſſit colligi, quòd ex ſolo lapſu dici conſtituatur quis in mora, & quia poterat ibi probabilitèr ignorari.*

23 Nec mutabit hæc verbum, *differentibus,* nam cùm differre videatur qui ſine legitima cauſa retinet, vt inquit *Napod. in d. Conſuet. Viro mortuo, gl. diſtulerint,* & dotatio, ac matrimonium
24 non iniungatur ſimplicitèr, ſed ſecundùm facultatem, quod verbum, ſi vt ſcribit *Napod. hic ſub num. 42.* importat poſſibilitatem bonorum, iuris, & facti, de quo infrà *Obſeruatione 24. num. 5.* abſque dubio requirere debet ſoror, vt maritetur congruo loco, & tempore, & fratre habẽte huius rei potẽtiam, ex *l. ità ſtipulatus, in fine primæ gloſſæ, ff. de verb. oblig.* non rectè petet maſculiari, ſi non probet, fratrem habuiſſe facultatem, & hæc omnia, & cum ijs volũtatem ſororis ad nuptias, non enim dicetur habere poſſibilitatem, & facultatem frater, cui voluntas ſororis aperta nõ eſt, quãdo preſertim Conſuetudo fratrem differentem punire intendit, nec cogit ad explorationem voluntatis in ſorore.

25 Maximè, quia diſpoſitio iſta pœnalis incipit à præcedenti diſpoſitione ſimplici, quo caſu non aliàs committi, quàm cum facta interpellatione congruo loco, & tempore, de eo, quod erat deductũ in diſpoſitione ſimplici præcedenti per interpellationem, quod potuit adimplere, non fuit adimpletũ, docet poſt *Bart.* & alios, quos citat
26 *Affl. d. deciſ. 370. num. 8.* vbi probat, interpellationem hanc eſſe neceſſariam, quia iſta Conſuetudo incipit à pœnali diſpoſitione ſimplici.

27 Et demùm, quia eſt in poteſtate fœminarum tollere inconueniens, conſideratum *num. 7.* ſi velint, quia ſi fœmina dubitet de tempore poſt annos ſexdecim completos, cautelam habet à noſtris, quorum numero extat *Caputus* vbi ſuprà *num. 65. in fin.* vt ſtatim, atquè nubilis erit ætatis, fratrem interpellet, poſſe etenim, quamuis non compleuerit annos ad maſculiationẽ petẽdam aptos, docet *Affl. d. dec. 370.* & ex *Napod.* & alijs *Caputus loco cit. num. 22.* & probat mihi *tex. Conſuet. hic in verbo differentibus maritare,*
28 quod includit potiùs, quàm excludat interpellationem antè annũ decimũſextum completum, propriùs. n. verificatur verbũ illud Cõſuetudinis in anteà interpellato, quàm in non interpellato,

pellato,vt aliud agens tetigi aliàs.

29 Qua ex ratione dicimus, quòd ſi liquidato paragio poſſit ſemper, quòd velit fœmina,illud conſequi,non ideò prætendet maſculiari,quia frater differat dare,& præſtare paragium iàm liquidatum,prout nouiſſimè iudicatũ refert per Sacrum Conſilium *D. Reg. Capyc.Latro deciſ.59.ſub num.24.*

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio extraiudicialis ſufficit ad maſculiationem, & num. 3. 8.& 12.& quarè,num.2.& 4.*

5 *Interpellatione quis in mora conſtituitur, quomodocunq; mora conſiderentur effectus,num.6.*

Sed an omnis interpellatio ſufficiat, ſiuè iudicialis ſit, ſiuè extraiudicialis,num.7.

Et quibus in caſibus ſufficiat, quibus verò non, ſed requiratur iudicialis, num. 8. ac monitio Iudicis deſideretur,litis conteſtatio,& ſit expectandũ Iudicis decretum,n.9.

10 *Interpellatio extraiudicialis ſufficit, vt quis conſtituatur in mora; cum quid petitur actione aliqua,vel Iudicis officio mercenario.*

11 *Maſculiatio qua actione petatur.*

13 *Interpellatio iudicialis an ſufficiat in vim extraiudicialis, declarato nullo iudicio,aut proceſſu,& qua indè vtilitas, n.18.*

14 *Actus nullus non poteſt producere effectum.*

15 *Actus factus in iudicio, ſi non valet, vt agitur,non valet, vt valere poteſt.*

16 *Proceſſus nulliter factus habet vim interpellationis extraiudicialis.*

17 *Confeſſio facta coràm Iudice incompetenti habet vim confeſſionis extraiudicialis.*

19 *Mora ſemel contracta per fratrem non conſiderantur quæ poſteà contingant, & quarè.*

ARGVMENTVM.

Interpellatio an debeat eſſe iudicialis,vel ſufficiat extraiudicialis ad maſculiationẽ, & an iudicialis operetur in vim extraiudicialis, declarato iudicio maſculiationis nullo.

OBSERVATIO XXIII.

1 SVfficere interpellationem extraiudicialem, cõmunis eſt noſtrorum ſententia,in quam inclinaſſe *Afſl.*iudicium eſt in *dec.* 159. & ità fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa quarundam de Marancia, notat *Vrſill. ibi,* de quo meminit *Capyus hìc par.*1.§.10.*ſub nu.*21.*verſ. ſed redeundo ad interpellationem,* vbi

2 ſubdit,ideò ſufficere,quia tractatur inter fratres, & ſorores, & de re domeſtica, & inter coniunctos non debeat eſſe multum ingenium,ſed vnuſquiſq; alterum iuuare debet, *Iſernia in cap. quoniam,in princ.de prohib. feud. alien. per Lothar.*

3 Et hanc eandem ſententiam probat *Gaſpar de Leo hìc in add.* quæ incip.*an ſit neceſſaria, ſub n.*47.dũ allegat *Bar. in l.ſi ex legati,ff.de verb. oblig.* vbi tenet, quòd interpellatio extraiudicialis ſufficiat.

4 At ego quamuis id probem, quod communitèr noſtri tenent,puto tamen rem aliundè petendam ad interpretationem Conſuetudinis, quæ,vt rectè obſeruat *Capyus loco* cit. nihil dicit de interpellatione, & petitione ſororis,vt mariretur.

5 Sciendum itàq; erit,regulare eſſe, quòd interpellatione quis cõſtituatur in mora,*l.ſi ex legati cauſa, ff. de verb. oblig.l.mora,de vſur.l.quod te, ff. ſi cert. pet.l.Titia §.vſuras,ff.de leg.*2. & hoc

6 verum eſſe,ſiue mora committatur ad effectum periculi interitus,*d.l. ſi ex legati*

gati cauſa,& d.l.quod te,ſiuè commiſſionem pœnæ,*l.ſi pænam.ff.quãdo dies leg.ced.*& generalitèr quoad alios effectus reſultantes ex mora,de quibus per *gloſ.in d.l.mora*, *l.ſi quis filium*, §. *ſtipulatio,ff.de collat.bonor.*

7 Sed an omnis interpellatio ſufficiat, ſiuè iudicialis illa ſit,ſiuè extraiudicialis,non omnes conueniunt in omnibus cauſis, conſtituta namq; regula,quòd
8 ſufficiat interpellatio extraiudicialis, vt quis conſtituatur in mora, vt eſt *gl. in l.qui Roma*, §.*cohæredes*, *in verbo teſtato*,*& ibi Bar.& DD.ff. de verb.oblig. & in l.fideiuſſor obligari*,§.*fin.de fideiuſſor.gl. in l.amplius non peti*, *ff. rem rat. hab.*facit *tex.in l.denunciaſſe*, *in princ. ff.de adult.& ibi Bart.* quã legit ſub *l. qui vxori,eod.tit.*putant quidam,regulam eſſe temperandam,vt procedat in his,quæ debentur iure obligationis,& actionis,non in his, quæ debentur officio Iudicis, & ſecundo caſu non ſolùm non ſufficere extraiudicialem interpellationẽ affirmant,vt quis conſtituatur in mora, ſed nec ſufficere
9 quidèm ſimplicem iudicialem,requiri etenim Iudicis monitionem, vt quis conſtituatur in mòra,probant ex *tex.* quem omnes dicunt eſſe ſingularem *in l.cùm poſtulaſſem,ff. de damno infecto*,& in ijs non ſufficere interpellationem in iudicio,ſed requiri, quòd fuerit deuentum ad litis conteſtationem, inquit *Paulus Caſtr.in d.l. cũ poſtulaſſem,& in d.l.ſi ex legati*,immò nõ ſufficere ſimplicem oblationem libelli,putat *Bart.in l.denunciaſse*, §. *quid ergo, ff.ad l.Iul.de adult.*notat *Bart.*& alij in *rubr.de in ius voc.*Sed eo caſu opus eſſe expectare,donec Iudex faciat præceptum in conuictum,dicit *Bart. in l. vbi exigitur*,§.*is autem,ff.de edendo*, & ità dicit debere intelligi *tex.in d.l.cùm poſtulaſsem.*

10 His ità cognitis cùm quærimus, an iudicialis debeat eſſe interpellatio, vel ſufficiat extraiudicialis,perſcrutãdum erit, an actione aliqua petatur maſculiari,an verò Iudicis officio, nã non ſufficere , ſi fœmina id petere habeat officio Iudicis,probant prædicta, ſufficiet verò,ſi iure obligationis, & actionis, ac Iudicis officio mercenario, hoc namquè caſu conſtitui quem in mora per interpellationem extraiudicialem , vltrà adducta tenet *Cyn.in l.1. col.4. C.de alien. iudic. mut.cauſa facta*,*Bald.in l.3.ff.de iuriſdict.omn.iudic.Roman.in l.3.col.9. de arbitr. Iaſ.in l.vinum,col.7.ſi cert.pet.& in l.1. col.5. ff.de iuriſdict.omn.indic.*

11 At certum cùm eſt , ſororem , aut amitam petere portionem, & maſculiari ex prouidentia *Conſuetudinis in hoc verſ. eas autem* , & condictione ex ea,vt putat *Napod.hic num.92.* vbi ait quoquè cõpetere petitionem hæreditariam ex Conſuetudine, quod et notant de condictione ex Conſuetudine *Caputus d.*§.10.*ſub num.64.*& de petitione hæreditatis *Hieronymus Gabriel. conſ.* ſup. cit.

12 Non dubito affirmare, veram eſſe noſtrorum ſententiam , qua cum tranſiuit S.C.tempore *Vrſilli*,& cum qua iudicamus in dies,quòd ſcilicet ſufficiat interpellatio extraiudicialis, vt fœmina talitèr facta interpellatione petere poſſit,quòd maſculietur.

13 Sed quæro hic,ſi fœmina eligat interpellationem iudicialem potiùs,quã extraiudicialem ad euitandas diſputationes,& citatio, aut iudicium euadat nullum,an interpellatio illa iudicialis ſufficiet ad maſculiationem in vim interpellationis extraiudicialis ad effectum conſtituendi fratrem,aut nepotes in mora?

14 Et videtur,quòd non ſufficiat, quia cùm proceſſus eſt nullus, non poteſt dici frater interpellatus, ex quo ſoror elegit viam interpellationis , actus nullus non poteſt producere aliquem effectum,*l.non dubium,C.de legib.*Item
15 quia cùm actus factus in iudicio,ſi nõ valet,vt agitur,nõ valet,vt valere poteſt, *gloſ. in l.ſicut*, *C. de petit. hæredit.* ſi non poteſt interpellatio iudicialis valere, vt iudicialis , non debet

bet valere, vt extraiudicialis.

16 In contrarium verò facit, quia certum eſt de iure, quòd proceſſus nullitèr factus habet vim interpellationis extraiudicialis, *Iacobus de Arena in l. in minorum, C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* quem refert, & ſequitur *Bald. in c. 1. col. 3. de milite vaſſallo, qui contum. eſt, Aret. conſ. 150. viſis diligentèr, col. penult. & vlt.* Itē quia

17 in confeſſione facta coràm Iudice incompetenti, quòd habeat vim confeſſionis extraiudicialis, docuit *Bar. in l. cùm ſcimus* poſt *gloſ. ibi, C. de agric. & cenſit. lib. 11.* & tenēt *Abb. & Felinus in cap. at ſi clerici, in princ. de iudic.*

18 Hæc habui, quæ conſiderarē hincindè, tu cogita, quia quæſtio poteſt eſſe vtilis in praxi, declarato nullo proceſſu, & iudicio interpellationis, quia ſi iudicialis interpellatio non valebit in vim extraiudicialis, & cōtingat interim caſus, per quem excuſetur frater à culpa, & mora contracta in non maritando ſororem, impediri poterit ex hoc maſculiatio, at non poterit, ſi valebit in vim extraiudicialis, cum quæ ſemel contracta mora ampliùs non purgabitur ex ijs, quæ accidant poſt moram, ſufficietquè ſorori, quòd ità interpellauerit fratres, vt conſtituerit eos ſemel in mora, ex dictis per *Napodan. hic num. 47. Vinc. de Franch. deciſ. 412. & Affl. deciſ. 370.*

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio an iudicialis, an extrà vtilior ſit, & quoad qua, n. 2.*

2 *Interpellatio extraiudicialis non conſtituit in mora debitorem, qui ſoluendo non ſit, cùm interpellatur.*

3 *Maſculiatio an impediatur, quia frater alleget, ſe non poſſe ſoluere, & n. 7.*

4 *Verbum,* facultas, *quid importet, & an includat impotentiam in fratre, & num. 6.*

5 Napodanus *notatur in explicatione verbi,* facultatem.

8 *Paragium quid debeatur in pecunia, eſt beneficium fratris, poteſt tamen, ſi velit, illud ſoluere in corporibus.*

9 *Legitima debetur in corporibus.*

10 *Maſculiationem an excuſet illiquiditas paragij, & n. 12.*

11 *Mora quòd non contrahatur in illiquidis, quando procedat.*

12 *Maritandi onus impleri poteſt, & ſolet ſola dotis promiſſione.*

13 *Paragium ſemper eſt liquidum, & quomodò.*

14 *Patrimonij ſcientia præſumitur in fratre poſſeſſore, & hærede.*

15 *Soluere qui non poteſt paragium, quia ſit illiquidum, debet illud offerre, vel deponere partem liquidam, vt moram non incurrat.*

16 *Præſertim cùm fœmina virum non inueniat dote cauta ſolùm, non numerata.*

17 *Soror maſculiatur, ſi frater differat eā maritare, dote legata à patre.*

ARGVMENTVM.

Fœminarum an interſit iudicialitèr potiùs, quàm extraiudicialitèr interpellare ſucceſſores ad effectum maſculiationis, eaquè an impediatur ex impotentia maſculorum, & paragij illiquiditate, maximè ſi dos fœminis relicta ſit à patre.

OBSERVATIO XXIV.

1 AN tamen interſit fœminarum iudicialitèr potiùs, quàm extrà ſucceſſores interpellare, nemo tangit, & quidèm conſidero, vtilius eſſe, ſi iudicialitèr interpellatio fiat, quia interpellatio extra-

2 iudicialis non conſtituit debitorem in mora, quādo debitor tempore, quo facta proponitur interpellatio, non poterat ſoluere, ità n. eſt *glo.* notabilis

in

in l.vinum,in gloſ.magna , circa princ. ff.ſi cert.pet. vbi *Ang.Salyc.& Alex.* notat *Iaſon in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb.oblig.*

3 Nec dicas, vtilitatem hanc inanem
eſſe,ſi conſideretur ex effectu interpel-
lationis extraiudicialis, quia impotē-
tia conſiderari debet ad impediendā
maſculiationem,ſiuè iudicialis ſit,ſiuè
extraiudicialis , quandoquidèm ver-
4 bum,*facultas*, de quo *Conſuetudo hìc*,
ibi, *ſecundùm paragium , et faculta-
tem*,importat tria, ſcilicèt poſſibilita-
tem bonorum,iuris,& facti,vt explicat
*Napod.hìc nu.*42.& nos inſinuauimus
quandoquè, & hìnc excluditur caſus
impotentiæ in fratre.

5 Nam verbum illud,*facultatem* , ſi
rectè intueamur non ꝓbat id,ad quod
Napodanus adducit *loco* cit.ſed potiùs
id,quòd ponit explicando verbum,*fa-
cultatem* infrà *n. 69.* vt ſcilicet dicat
ſubſtātiam, & bona,iuxtà *tex.in l.cùm
pater,§.dulciſſimis,ff. de leg.* 2. & hoc
6 ſenſu nō ponitur hic facultas ꝓ potē-
tiā,vel impotētia in ſatiſfaciendo,ſed
ad finē regulādi paragium debitum à
fratre,iuxtà vires patrimonij,vt eandē
vocem explicat *Napod. ibid. num. 75.*
vt ſcilicèt paragium non ſolùm regu-
letur ex qualitate perſonæ,ſed etiam
ex quantitate bonorum.

7 Et quòd impotentia bonorum non
excuſet fratrem , ſuadet mihi incon-
trouertibilis ratio,quia ſcilicet frater
non de ſuo debet paragium,ſed ex fa-
cultatibus , ac patrimonio remanſo
in hæreditate patris, quod quia ſup-
ponitur adeſſe in Conſuetudine, ina-
nis eſt conſideratio impotentiæ, ſem-
per enim debet eſſe paratus frater,qui
paragium debet,etſi deficit pecunia,
in qua deberi paragium, diximus *Ob-
ſeruat.*13.poteſt offerre bona,cùm nō
8 impediatur ſoluere in bonis, ſi velit,
quandoquidèm quòd ſoluat in pecu-
nia eſt ad beneficium fratris,nè coga-
9 tur partem dare bonorum, ſicut cogi-
tur in legitima,vt diximus *loco* nupèr
relato *num.*5.

10 Hìnc viſum ſemper eſt mihi viris
doctis indignum, quod quidam aſſe-
uerant , ſcilicèt quòd poſſit ſe frater
excuſare à mora contrà petentem ma-
ſculiationem,quòd paragium liquidū
non ſit,& quòd nondùm facta liquida-
tione non poſſit procedi ad ſolutionē,
vel promiſſionem ipſius,vt dicit *Vrſil-
lus ad Affl.deciſ.*370.*ſub num.* 2. *verſ.*
11 *circà quod facit* , quamuis enim abſq;
liquidatione mora non contrahatur,
vt inquit *Affl.deciſ.*205.id tamen pro-
cedit,cùm quis tenetur præcisè ſolue-
re,& actus ſolutionis perfici,& expli-
12 cari non poteſt, niſi liquidetur quid,
quantumuè ſolui oporteat, at in ma-
teria huius *Conſuetudinis* ſolùm onus
eſt maritandi, quod quia fieri poteſt,
& ſolet cum ſola promiſſione dotis,
non poterit excuſari frater à mora ex
illiquiditate paragij,tātò magis,quòd
ſemper liquidum eſt paragium,præſer-
13 tim in fratre poſſeſſore,& hærede,in
quo patrimonij ſcientia debet præſu-
14 mi,tàm circà quātitatem, quàm qua-
litatem,arg.*l.1.C.de vſur. & fruct. leg.*
15 & demùm , quia qui ſoluere non po-
teſt,quia illiquidum ſit paragium,de-
bet illud offerre,vt moram non incur-
rat,vel partem aliquam deponere , &
16 reliquum offerre,ſe ſoluturū cùm li-
quebit , & de eo offerre fideiuſſores,
per *tex. in l. ſtatuliber, ff.de ſtatuliber.*
vbi *Dyn.*dicit, in id eſſe ſingularē, ſed
non omninò verè,nam eſt alius *tex.*ſi-
milis in *l.ſeruus ſi hæredi, in fin. ff. eod.
tit.* & notat *Tiraq. in tract. de retr. li-
gnag.* §. 1. *gloſs.* 20. *num.* 2. vbi
alios de more cumulat , præſertim
in caſu, quo ſoror , aut amita ma-
ritum non inueniat cum dote cau-
ta ſolùm,& non numerata.

17 Ex quibus multò minus excuſabi-
tur maſculus,ſi pater legauiſſet dotē,
& frater differret maritare,prout diſ-
putato articulo deciſum refert *Præſes
de Franch.deciſ.*412.*ſub num.* 4. *verſ.
et hìnc ſumpta occaſione*,& probat *Re-
gens de Ponte conſ.*50.*à n.*7.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Maſculiari fœmina vt poſſit an, & quando requiratur interpellatio maſculorum de perſona, vel ſufficiat fieri domi, aut eorum procuratori, & n. 6. & 20.*

2 *Citatio in Regno ſufficit, ſi fiat domi, et quando ſecus, n. 16.*

3 *Interpellatio, vt quis conſtituatur in mora procedit, ſiue fiat debitori, ſiue eius procuratori.*

4 *Proteſtatio prodeſt ſiuè notificetur principali, ſiuè procuratori.*

5 *Interpellatio conſtituit quem in mora, ſiuè fiat per creditorem, ſiuè per eius procuratorem.*

7 *Interpellatio in maſculiatione ad quid requiratur, aut ordinetur, & nu. 10. & 17.*

8 *Interpellatio debet fieri in perſonã, vt quis conſtituatur in mora per citationem, & interpellationem, præſertim ex ſtilo Rotæ Romanæ.*

9 *In præiudicialibus non eſt incipiendum à citatione domi, dimiſſa copia, ſed debet priùs eſſe perſonalis.*

11 Citatio *perſonalis requiritur, vt culpa incurratur, tanquàm inducens verã ſcientiam.*

12 *Scientia vera vt inducatur, quæ requirantur.*

13 *Ignorantia excludit maſculiationem.*

14 *Ignorantia excluditur ſolùm per citationem perſonalem.*

15 *Interpellatio ad maſculiationem quo iure fieri debeat congruo loco, & tempore.*

18 *Mora proxima eſt dolo.*

19 *Interpellatio cùm requiritur ad vitiũ cauſandum, vel excuſandum, an, & quando ſufficiat, quòd fiat in perſonã procuratoris.*

ARGVMENTVM.

Interpellatio an fieri debeat in perſonam maſculorum, vel ſufficiat ad maſculiationem, quòd fiat domi, aut intimetur procuratori.

OBSERVATIO XXV.

1 CVm diximus, interpellationem eſſe neceſſariam, ad finem vt maſculi conſtituantur in mora, ſuccedit quæſtio elegans, & quæ indiget examine, an ſcilicèt interpellari maſculi debeant de perſona, vel ſufficiat, illos intimari domi, aut per procuratorem, quem forſan habeãt generalem ad omnes cauſas motas, & mouendas, & cum libera.

2 Et videtur ſufficere, ſi citatio domi fiat, aut in perſonam procuratoris, facta enim domi valet in Regno, vt dictat *pragm. 2. de ord. iudic.* & poſt *Menoch. lib. 2. præſumpt. 26. num. 6.* notat *D. Reg. Rouitus in prag. 2. de citat. ſub n. 6. & 10.* & de citatione procuratoris

3 probatur, procedere etenim interpellationem, ad finem vt quis conſtituatur in mora, ſiuè illa fiat debitori, ſiuè eius procuratori generali cum libera, ſunt notata per *gl. et DD. in l. procuratoris, D. de tribut. act. et in l. apud* Celsũ, *§. quæſitum, ff. de doli mali, et metus except.* & facit doctrina *Bart. in l. non ſolùm, §. morte, ff. de noui oper. nunc.* vbi lo-

4 quitur in materia proteſtationis citatoriæ, & prohibitoriæ.

5 Item quia ſi interpellatio cõſtituit quem in mora, ſiuè fiat per ipſum creditorem, ſiuè per eius procuratorem, aut negotiorum geſtorem, *l. ſi quis ſolutioni, §. mora, et ibi Bart. ff. de vſur. gl. Bart. & alÿ* in *l. ſequitur, §. videamus, ff. de verbor. oblig. l. prohibere, in princ. ff. quod vi, aut clam,* ità è contrario ſufficere debet, vt maſculi conſtituantur in mora in maritando fœminas, ſiuè

in perſonam eorum fiat interpellatio, ſiuè in perſonam procuratoris, & negotiorum geſtoris.

6 His tamen haud refragantibus puto ego verius eſſe, quòd interpellatio fieri debeat de perſona,& in faciem maſculorum,vt loquitur *I.C. in l. ſcire etiam,§.qui autem,de excuſ. tut.* vt fœminæ poſſint maſculiari.

7 Primò,quia interpellatio,vt eſt di-
ctum *Obſeruat. preced.* requiritur ad
maſculiationem,vt maſculi conſtituã-
tur, immò & dicantur conſtituti in
mora,& ad effectum vt per interpel-
8 lationem, & citationem quis dicatur
conſtitutus in mora, interpellatio de-
bet fieri in perſonam,vt eſt doctrina
Bald.in l.item illa.poſt princip.in gloſ.3.
verſ. quandoquè in obligatione non eſt
appoſita dies,ff.de conſtit. pecun. & no-
tat poſt alios,quos allegat *Gratianus*
*diſcept.forenſ.cap.*708.*n.*8.vbi dicit,ità
9 ſeruare Rotam, quia in præiudiciali-
bus non eſt incipiendum à citatione
domi,dimiſſa copia, ſed debet priùs
eſſe perſonalis,ex *tex. in cap. cauſam,*
vbi *Abb.num.5.de dolo, & contum. An-*
char.in clem. 1.num. 5. ad fin. de iudic.
*Matthesil.ſing.*132.*à n.*6.

10 Secundò,quia maſculiatio fit in
pœnam maſculorum differẽtium ma-
ritare ſorores,aut amitas,& interpel-
11 latio ordinatur ad moram, & culpam
incurrendam à ſucceſſoribus differen-
tibus maritare, ſed ad incurrendam
culpam requiritur citatio perſonalis,
12 tanquàm inducens veram ſcientiam,
quæ requiritur in eo,qui conſtituẽdus
eſt in mora cũ omnibus qualitatibus,
Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa,num.12.ff. de
verb.oblig.Ripa in l.quod te,num.58.ff.
ſi cert.pet. ergò citatio perſonalis eſt
facienda,& in faciem,ad hoc vt fœmi-
na maſculiari poſſit.

13 Tertiò, quia ignorantia excludit
maſculiationem,vt noto *Obſeruat.*22.
*num.*22. at ignorãtia excluditur ſolũ
14 per citationem perſonalẽ, *l. 1.C.quo-*
*rum appel.nõ recip.*obſeruat *Capyc. dec.*
139.*num.*1.ergò ſola citatio, & inter-
pellatio perſonalis ſufficiet ad maſcu-
liationem.

15 Quartò, quia interpellatio ad maſculiationem, vt praxis inualuit à tẽpore immemorabili,facienda eſt in ſucceſſoribus congruo loco,& tempore,quæ omnia excludunt aliam interpellationem,quàm perſonalem, congruitas namquè loci,& temporis dicit neceſſariam interpellationem in faciem,ſi locus,& tempus ſemper idem eſt reſpectu domus,quæ ſemper eadẽ eſt, & procuratoris, cum quo temporis ratio haberi non ſolet.

16 Nec obſtat,quòd in Regno ſufficiat,
quem intimari domi ſolitæ habitatio-
nis,ex cit.*pragm.2.de ord.iudic.*nam id
non procedere in caſibus, in quibus
requiritur citatio de perſona præcisè,
vel ad conſtituendum quem in mora,
inquit *Reg.Rouitus in d.pragmat.2.de*
*citat.num.*10.poſt *Eugen.conſ.2.à n. 1.*
17 & ex dictis in maſculiatione præcisè
requiritur interpellatio de perſona,&
illa fit ad conſtituendum ſuceeſſores
in culpa,& mora, quæ in hac parte
18 Conſuetudinis eſt proxima dolo,pro-
ut ſemper,ex *gloſ.Bal.et Ang.in l.ſi mo-*
ra,ff.ſol.matrim. conſideratur enim in
maſculo differente maritare,& verbũ,
differre,vt noto *d.Obſeru.22.nu.*23.in
Conſuetudine dicit iniuſtè,& ſine le-
gitima cauſa retinere, quod doloſi
proprium eſſe,non eſt qui neſciat.

19 Secundò non obſtant notata in *d.l. procuratoris,et d. §. quæſitum*, nam id non procedere cùm interpellatio requiritur ad causãdum, vel excuſandũ vitium,prout eſt in caſu noſtro ex cõſideratis *num.7.et 17.* niſi tamen procurator intimet domino per terminũ, quem dare ſolemus ad denunciandũ, ità etenim declaraſſe Senatum, inquit I.C.in *l.item veniunt, §.petitam, verſ. ponamus, ff. de petit. hæred.* vbi notat *Bal.*idem *Bal.in l.de pupillo,§.morte, ff. de noui oper.nunciat.*

20 Puto tamen,quòd ſi maſculorum præſentia haberi non poſſet,ſufficere poſſet interpellatio facta domi, aut

pro-

procuratori habenti mandatum generale,& cum libera, ex *tex. in l. aut quid aliter,§.1.cum l.ſeq.ff.quod vi,aut clàm*,& ex doctrina *Io.Andr.in cap.generali,de elect.in 6.*vbi dicit, interpellationem ſufficere,quòd fiat in procuratorem,quando haberi nō poſſet pręſentia domini,& hoc à fortiori credo verum,cùm doloſè maſculos latitaſſe proponeretur,nè citarētur à fœminis, aut aliàs interpellarentur, ex regula *tex.in l.Fulcinius,§. cùm hoc edictū,ff. qbus ex cauſ.in poſ.eatur, l. 50.ff.de peculio,l.42.§.vlt.ff.de procurat. l. 19. ff. in ius voc.*ità *Napod.hic in ver. differētibus,n.46.& Molfeſ.par.4.q.6.nu.2.*

SVMMARIVM.

1 *Maſculiatio an detur præter caſum, quo maſculus differat maritare fœminas.*

2 *Fœmina maſculiatur,ſed ad quę, cùm admittitur per maſculos ad ſucceſſionem,vt maſculus in virilem,etiam in terminis* Conſt.Regni In aliquibus,*n.4. et* Conſuetud. Neap. *n. 6.*

3 *Iuri municipali pro ſe introducto poteſt quis renunciare.*

5 *Maſculi exiſtentia non nocet fœminis, ſtante ſtatuto,quòd maſculis extantibus fœmina non ſuccedāt,ſi maſculus non vult ſuccedere.*

7 *Debitor in quærendis poteſt pręiudicare creditoribus ſuis.*

8 *Frater poteſt differre maritare ſororem,vt maſculietur in fraudem creditorum.*

Et eam admittere hoc modo ad feudū, nec poterit admiſſa moleſtari,aut impediri in portione ipſam tangente,tāquam ſi eſset maſculus,n.9.

Quod ſecus eſt in Fiſco,ſi ſit creditor, et quarè,n.10.

11 *Pactiones de conſeruanda ſucceſſione in præiudicium Fiſci damnantur in Regno.*

12 *Fœmina inſtituta à patre ,vt ſuccedat ſimul cum maſculis,an,& quando intelligatur maſculiata,& n.26.*

13 Caputus *redarguitur, quòd neget,patrem poſſe inſtituere filiam cum maſculis.*

Quod quibus de bonis intelligi debeat, n.14.& 21.ac de qua maſculiatione, explicatur n.22.

15 *Conſuetudines non prohibent , ſed permittunt , patrem diſponere de bonis proprys,relicto filys bonorum ſubſidio, & n.18.*

Et ità fœminam inſtituere,ſi velit,relicta ſolùm maſculis legitima,n.16.

17 *Maſculiatio extrà caſum Conſuetudinis non conſideratur,fœmina non inſtituta,ſed ſolùm patre decedente ab inteſtato.*

19 *Pater cùm decedit inteſtatus, videtur decedere cum diſpoſitione Conſuetudinum.*

20 *Conſuetudo nō excludit fœminas,ſiuè velit pater,ſiuè nolit, ſed ſolùm cùm non vult.*

21 *Pater non poteſt inſtituere fœminam in rata bonorum antiquorum, quam tenetur relinquere maſculis.*

Nec illam maſculiare quòad naturā, et effectus maſculiationis,propter moram,& culpam maſculorum,n.22.

23 *Pœna non operatur, niſi cùm crimen admittitur.*

24 *Filia inſtituta à patre poſt dotationem non maſculiatur propter inſtitutionē, & n.26.*

25 *Fœmina efficitur extranea per dotationem.*

ARGVMENTVM.

Maſculiatio an detur extrà caſum, quo maſculus differat maritare ſororem, aut amitā.

OBSERVATIO XXVI.

Poſt requiſita contingentia quędam ſuperſunt in materia maſculiationis, quæ duximus explicanda.

1 Quæro igitur hìc, an maſculiatio detur extra caſum exceſſus ſexdecim

annorum,& requiſitionis congruo loco,& tempore.

Et quidèm ex Cõſuetudine nullus ſupereſt, ſcripta etenim Conſuetudo eſt in caſu,quem ſupponimus ad quæſtionem hanc tantummodò.

2 Sed non deſunt caſus,in quibus fœmina tractetur,vt maſculus,licèt non ad pœnam maſculorum,& primus eſt, cùm fœmina fuit admiſſa per fratres ad ſucceſſionem, poſſe etenim fratres fœminam admittere,non eſt dubium, excluditur enim ſoror à ſucceſſione maſculis extantibus, ſi maſculi velint, quòd ſi nolint vti beneficio Conſuetudinis, & fœminas admittere, nihil eſt,quòd ſorores impediat,vt diximus *Obſeruat.7.num.*14.poſt cit. *ibi*,quibus

3 nunc addimus, quia iuri municipali pro ſe introducto poteſt quis renũciare,§.*ſed his permittit prætor,Inſt. de hæred.qualit.& differ*.cum alijs apud *Afflict.in Conſt.In aliquibus*,vbi hanc firmat ſententiam varijs medijs, de qui-

4 bus *ibi* etiã in terminis illius Conſtitutionis Regni,à *num*.8.& *ſub nu*.27.poſt *Andr.de Barulo,& Iſern*.citatos *d.num.* 27.& poſt *Bart.in l.* 1. §. *quod habebat, verſ.quintò quæro,de bon.poſ.contrà tab.*

5 vbi cõcludit,quòd ſtãte ſtatuto, quòd maſculis extantibus fœmina non ſuccedat,ſi frater non vult ſuccedere,non obeſt ſorori exiſtẽtia fratris maſculi quòad ſucceſſionem bonorum paternorum,per *tex.in l.*2.§.*ſed ſi ſint, ff. ad*

6 *Tertyll*.& in terminis noſtræ Conſuer. ità firmat *Præſ.de Franch.deciſ.* 157. *num*.7.*Reg.de Ponte conſ.*50.*num*. 1.& 12.*Caputus hic par*.1.§.10. *num*. 41.& docuit *Napod.hic in ver.completos, nu.* 49.cùm ait,*quòd maſculus debet maritare ſororem, ſi velit illam excludere, vel recipiat eam ad ſuccedendum,ſi voluit prærogatiuam ſexus cum ea communicare,vt hic*, quibus ex verbis clarum redditur, eſſe in poteſtate fratris admittere ad ſucceſſionem, vel ab illa ſororem excludere cum ſola dote de paragio,nec hoc poteſt habere dubiũ.

7 Nam & id poſse fratrem mihi ſuadeo,quamuis habeat creditores, quibus poſſe præiudicare in quærẽdis,eſt abſolutum de iure per *tex. in l.qui autem,ff.quæ in fraud. credit.* vbi *Bart*. & alij, & notant ex Noſtratibus *Vinc. de Franch.deciſ.* 101. *Camillus de Medicis conſ.*98.quod edidit in caſu *d. dec. de Franchis,Lanar.conſ.*42. *Anna conſ.* 76.*et conſ.*113.& habuimus pro abſoluto in S. C. in cauſa Creditorũ Vincentij Bombini, me exiſtẽte Commiſſario.

8 Et in terminis maſculiationis,quòd poſſit ſcilicet frater differre maritare ſororem, vt maſculietur in fraudem creditorum,probat *Reg. de Ponte conſ.* 74.*num*.10.vbi citat *Affl.in Conſt.In aliquibus,num*.22.& re vera eſt *nu*.31.

9 quo loci tractat quæſtionem de fratre admittente hoc modo ad feudum ſorores in fraudem creditorum, & dicit, quòd poterit,ex doctrina *Bal. in l.maximum vitium*, C.*de liber.præter*. qui dicit, quòd creditores non poterunt hoc impedire quòad portionem ſorori tangentem, tanquàm ſi eſſet maſculus.

10 Quod ego puto intelligẽdum,dummodò creditor non ſit Fiſcus, cui nullo pacto poſſe præiudicari, nec racitè, nec expreſsè,eſt *tex*. ad literam in *l. in fraudem* 45.*ff.de iure fiſci*, & notat *Peregr.de iure fiſci,lib.6.tit.7.num.* 38. & nouiſſimè *Camill.de Medicis d.cõſ*. 98. idquè abſolutum eſt in Regno per *Capitulum Regis Caroli*, incip. *Emergen-*

11 *tium*,vbi pactiones de conſeruanda ſucceſſione in Fiſci præiudicium damnantur.

12 Secundus caſus eſt, cùm filia eſſet à patre inſtituta vnà cum fratribus,tunc enim eam intelligi maſculiatam, cenſuerunt *Ant. de Alex.Afflict.Freccia,& Piſanellus in locis* relatis per *Caputũ d*.§.10.*num*.30.*in 9.quæſt*.quamuis ip-

13 ſe contrarium ſentiar, & malè,quãdo etenim argumenta *Ant. de Alexandro* futilia ſint,& minus apta,propria,quæ affert, vt contrariam adſtruat ſententiam,omninò falſa ſunt.

14 Quod

14 Quod vt clarum euadat aduerto, quòd cùm agimus,an per patris inſtitutionem filia maſculictur,non id agimus,vt effectus maſculiationis ex cõſuetudine tribuamus fœminis inſtitutis,ſed ſolùm quærimus,an pater tradere poſſit ſorori virilẽ, vt maſculis, & de hoc nemo poterit dubitare, qui
15 caputus nõ ſit, Cõſuetudines etenim non prohibent patrem teſtari de bonis proprijs,in quibus quęſtio iſta verſari debet,immò in ijs liberam parentibus tribuunt facultatem diſponẽdi, relicto ſolùm liberis debito bonorum ſubſidio,vt in *Cõſuet. Si aliquis moriẽs* infrà *de ſucceſſ. ex teſtam.* & ſi pater
16 velit inſtituta filia legitimam ſolùm relinquere maſculis, nemo prohibebit,ità *Affl. in Conſ. Sed ſi morienti, ſub num.* 302. *in Apoſtilla*, incip. *quia iſta gloſſa.*
17 Melius ergò dixiſſet *Caputus*, quòd maſculiatio dato teſtamento conſiderari non poteſt extrà caſum Conſuetudinis,filia à patre non inſtituta, quia illa non conſideratur, niſi patre decedente ab inteſtato, & in ſucceſſoribus maſculis,vt dixit pro parte *Vinc. de Franch. deciſ.* 46. *num.* 4. *& deciſ.* 616. vbi ità refert deciſum per Sacrũ Conſilium, quod fit verum ex ſituatione huius *Conſuetudinis*, ſeù *verſiculi* ſub *tit. de ſucceſſ. ab inteſtato*,& quia venit conſecutiuè,& ad explicationem *Conſuet. Si moriatur*, quæ loquitur de moriente ab inteſtato.
18 Hinc cauendum puto à *Caputo hic ſub num.* 31.cùm ait,non poſſe Cõſuetudines iſtas reuocari per patrem in præiudicium filiorum, vt fœminam admittat,applicatis etenim verbis his ad quæſtionem iſtam,prout ipſe facit, omninò falſum eſt quod ait,non etenim reuocatur Conſuetudo aliqua,cũ pater in bonis proprijs fœminam inſtituit cum maſculis, dùm nulla Conſuetudo contrarium induxit, nec poteſt hoc in caſu conſiderari aliquod
19 pręiudicium maſculis,quibus nullum ius quæritur ad excluſionem fœminarum,niſi cùm pater decedens ab inteſtato,id eis tribuat,viſus velle Cõſuetudines loqui, cùm ipſe taceat ad *l. conficiunt, de iure codicill.* & velle decedere cum diſpoſitione illarum.
20 Vndè alius dignoſcitur error *Caputi*,cùm *num.* 32. ſcribit,noſtram Conſuetudinem non excludere fœminas ſtantibus maſculis,vt ſcilicet non poſſint ſuccedere contrà voluntatem patris,quaſi quòd fœminæ ſint excluſæ, ſiuè pater velit,ſiuè nolit,nam id prorſus erroneum eſſe probant quæ ſuprà diximus,vt hinc certum ſolũ ſit, quod ipſe firmat,cùm ſubdit,poſſe patrem per pactum conſeruare ſucceſſionem ipſi fœminę,quando excluditur,ſi ipſe velit,ex *Gomez in l.* 22. *Tauri, num.* 18. *verſ. ſecundò infero*, nam hic eſt caſus noſter, quia fœmina non excluditur contrà voluntatem patris,ſed cùm pater velit,vt filij ſuccedant cum onere maritandi fœminas ſecundùm paragium,& facultates.
21 Sed & deteriùs errat *Caputus*, cùm *num.* 33. putat,conuinci *Antonium de Alexandro* eo argumento, quòd ſi in poteſtate patris eſſet maſculiare filiã, poſſet ipſam inſimul cum maſculis inſtituere in illa portione bonorum antiquorum, in qua tenetur filios inſtituere,ex *Conſuet. Si aliquis moriens*, nam id nequaquàm conſequitur, nec in ijs bonis quæſtio noſtra verſatur, nàm in illa portione non operatur patris teſtamentum, ſed ſolùm in bonis illis,in quibus pater,ſi velit,poteſt inſtituere extraneos, vt explicat idem *Antonius de Alex. in d. Conſuet. Si aliquis moriens,in prima Apoſt. verſ. an ergo poterit filiam*,& mirũ eſt,quomodo *Caputus* ità terminos iſtos confunderit.
22 Quòd ſi quis vellet,ex inſtitutione maſculiari fęminam quòad naturam, & effectus maſculiationis,ſecundùm diſpoſitionem,ac mentem huius Conſuetudinis,cùm fœminas admittit ad portionem virilem, certè audiendus eſſet *Caputus*, & eſſet prorſus delirare,

re, eſt etenim introducta hæc maſculiatio ad pœnam maſculorum propter moram,& malitiam, quam contrahũt in non maritando ſorores, & amitas, iuxtà *Napod.* doctrinam *hic num.* 91.& repetit *Reg. de Ponte d. conſ.* 50. *num.* 8.

23 & certum eſt,quòd pœna non operatur,niſi cùm crimen admittitur,& hæc difficultate carent omninò.

Sicuti nullum poſſet cadere dubiũ,ſi ſupponatur,à patre fuiſſe inſtitutã filiã à ſe dotatã,& maritatã,an tunc admiſſio operetur maſculiationem,vel cen-
24 ſeatur inſtituta, vt extranea, nam vti extraneam cęteri inſtitutam,eſt communis noſtrorum ſchola,ea ratione, quia cùm inſtituitur dotata,reperitur effecta iam extranea per dotationem,
25 dùm eo ipſo,quòd eſt dotata efficitur extranea,vt obſeruat *Caputus loco cit. num.* 39. qui dixit hoc proculdubio indubitabile,& ità deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 412. *num.* 4. *verſ. ſed ad prædicta.*

26 Et ſecundùm prædicta intelligo ego *Apoſtillam D. Matthæi de Affl. ſup. cit. num.* 16.& deciſionem S.C. ibi relatã, vt nimirùm procedat,cùm ſimpliciter filia eſt inſtituta,nõ cùm inſtituta eſt, quæ fuit maritata à patre,& dotata, & poſtmodùm inſtituta.

SVMMARIVM.

1 *Maſculiata an ſuccedat in bonis paternis,& maternis ſolùm, & n.* 3.
Vel etiam in hæreditate aliorum, quæ deuoluatur poſt maſculiationem,n. 2. *& collateralium,n.* 6. *&* 11.

4 *Maſculiatio quorum in pœnam,& qua occaſione introducatur.*

5 *Maſculiata in bonis patris an,& quãdo petat virilem in bonis matris poſtea defunctæ,& aliorum collateraliũ, vel ſecus,n.* 12.

7 *Maſculiata in ſucceſſione eſt eiuſdem conditionis,cuius eſt maſculus, quod qua ratione dicatur,n.* 9. *&* 13.

8 *Fratris appellatione in Conſuetudine an,& quando veniat ſoror,et appellatione ſucceſſoris,num.* 16.

10 Ant. de Alexandro *refellitur.*

14 *Maſculiata an, & quando excludat ſorores,& filios illarum, vel concurrat cum ijs.*
Cùm excludit ſorores tenetur eas dotare,ſicut maſculus,n. 15.

17 *Maſculiata an ſuccedat in rata bonorum antiquorum,& n.* 19. *&* 20.
An,& quando reuocet donata per fratres in fraudem,vel ſecùs,n. 18.

20 Capyc. deciſ. 85. *explicatur.*

21 *Maſculiata reuocat alienationẽ à fratre factã, antequàm maſculiaretur, pro portione ad eam tangente,& qua actione.*

22 *Fratribus quomodò accreſcant, & acquirantur portiones ſororũ,antequàm dotentur.*

23 *Reſoluto iure datoris,reſoluitur ius accepteris.*

ARGVMENTVM.

Maſculiata quibus in bonis ſuccedat,& an,& quando in hæreditatibus collateraliũ, tàm deuolutis, quàm poſteà deuoluendis, & in rata bonorũ antiquorum cum alijs agnatis,excluſis ſororibus, ac filijs earum, vel ſecùs, explicata *deciſ.* Capyc. 85. circà facultatem reuocandi donata, aut alienata à fratre.

OBSERVATIO XXVII.

1 Maſculiatam ſuccedere cum fratribus in virilem, poſſeque petere portionem, vt maſculum de bonis paternis, & maternis, eſt clara diſpoſitio *Conſuetudinis* huius in hoc *verſ. eas autem*,& *nos* diximus in *Obſeruationibus præcedentibus.*

2 Sed

2 Sed an ſemper debeatur de bonis paternis,& maternis,ſiuè maſculietur in vita,ſiuè poſt mortem matris, & an etiam debeatur de hæreditate aliorū, quæ deuoluatur poſt maſculiationē, non omnibus idem eſt ſenſus.

3 Sunt etenim qui putent, quòd debeatur ſolùm de bonis paternis, & maternis,non aliorum,quia ſolùm de illis loquitur *Conſuetudo in hoc verſ.*

4 Item, quia maſculiatio introducitur in pœnam ſucceſſorum, qui deuoluta hæreditate cum onere dotandi,& maritandi non maritant ſecundùm paragium, ſed onus eſt occaſione bonorum, in quibus maſculi ſucceſſerunt, & illorum reſpectu Conſuetudo minatur maſchliationem in pœnam ſucceſſorum differentium maritare, ergò ſolùm de rata bonorum, ex quibus paragium debetur, danda erit portio maſculiatis,& non ex alijs,quæ obueniunt poſt maſculiationem per ſubſequentem obitum collateralium.

5 Et in terminis de maſculiata in vita matris, quòd ei portio debeatur ſolùm de bonis paternis, non verò de maternis,eſt *Apoſtilla Incerti Authoris in Conſuet. Sed ſi morienti,ſub nu.* 303. quæ incipit, *circa iſtam gloſſam*,illis in verbis,*ideò ſi habuit partem in bonis paternis,habetur pro maſculiata ſolùm in illo patrimonio,ſed non in bonis maternis*, & quòd ità *Author* ille reſpondit conſultus de facto,ſubdens, hoc ſentire *Napod.loco ibi* relato, & cum *Apoſtilla* prædicta tranſit *Vinc. de Franch. deciſ.*402.*ſub num.* 4. *verſ. & quando fuiſſet maſculiata*,vbi dicit,*Apoſtillam* prædictam eſſe *Antonij de Alexandro*, quod non aduertit *Caputus hic par.* 1. §.10.*ſub num.* 54. vbi dicit,ſe gaudio captum fuiſſe, quòd poſt ſcripta ſua talem *apoſtillam* inueniſſet.

6 His tamen haud obſtantibus cēſeo ego,verius eſſe,quòd operetur maſculiatio,non ſolùm quòad ſucceſſionem in bonis paternis,& maternis,ſed etiā quòad ſucceſſionem collateralium.

In hanc enim ſententiam inclinaſſe Sacrum Conſilium teſtis eſt *Affl. dec.* 370.*num.* 11.*Minad.in Conſt.In aliquibus,in* 3.*not.num.*13. & ità fuiſſe deciſum refert *Vinc. de Franch. loco* nupèr citato,& pro abſoluto id habent *Reg. de Pont. conſ.*50.*num.*14.*Molfeſ.par.*4. *quæſt.*9.*à num.* 1. *Conſil. de Georgio allegat.*29.*num.* 3. *& Caputus ibi ſub nu.* 18. *verſ. præterea, & ſub num.* 27.ibi, *præſuppoſito pro nunc, prout verum eſt, maſculiatam eſſe etiam in tranſuerſalium ſucceſſione, vti maſculum admittendam.*

Nec obſtat *Conſuetudo in hoc verſ. eas autem*, nam hic loquitur Conſuetudo in vno caſu,& nō præiudicat veritati articuli,de quo quęrimus,& quē Conſuetudo decidit infrà in *Conſuet. Sed ſi morienti, in verſ. quod autem dictū eſt*, vbi expreſsè diſponitur, quòd ſoror maſculiata occaſione ſucceſſionis,& bonorum parentum ſuccedit in hæreditate fratris, & ſic collateralis, & in ea, quæ deuoluitur poſt maſculiationem,& ſic in bonis, quorū reſpectu nō fuerat ſoror maſculiata, illis in verbis, *præterquàm ſi ſoror partem,vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum,*

7 *tunc enim ipſa ſoror eiuſdem conditionis eſt quòad prædicta,ac ſi eſſet maſculus*,loquitur namquè Conſuetudo in ſorore maſculiata occaſione bonorum maternorū,& dicit, quòd ſuccedat in hæreditate fratris, vt maſculus,quamuis fratrem deceſſiſſe *ibi* proponatur ſorore maſculiata, & forſan in hæreditate fratris,in cuius pœnam fuerat maſculiata.

8 Et ratio diſpoſitionis aperta eſt eodem in *textu*,ibi, *& in præmiſſis appellatione fratris ſoror non continetur, præterquàm ſi ſoror partem,vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum,tunc enim ipſa ſoror eiuſdem conditionis eſt, ac ſi eſſet maſculus*,quia ſcilicèt fœmi-

9 na maſculiata ſuccedit,vt maſculus,& ſufficit, quòd ſemel fuerit habita pro maſculo,vt omni tempore, & in omni hæreditate cenſeatur, vt maſculus,ſed ſi fœmina maſculiata,quæ fictione iuris,

ris, ac prouiſione Conſuetudinis reputatur, vt maſculus, in veritate naturali eſſet maſculus, ſuccederet abſquè dubio in omnibus hæreditatibus, tàm deuolutis, quàm deuoluendis, ſiuè ſint aſcendentium, ſiuè collateralium, ergò in omnibus prædictis admitti debet fœmina maſculiata, ſi, et prout maſculus poteſt, iuxtà deciſiones, & authoritates ſuprà relatas.

10 Secũdò non obſtat authoritas *Ant. de Alex.* & aliorum, cùm dicũt, maſculiatam in bonis paternis non habere portionem in bonis maternis, nam id prorſus erroneũ eſt, & cõtrà expreſsã deciſionem *Conſuetud. in d. verſ. quod autem*, ex quo deducit *Reg. de Ponte d. conſ.* 50. *nu.* 14. *& conſ.* 74. *n.* 11. q̃ ſta-
11 tim, quòd mulier tanquàm maſculiata ſuccedit, maſculiatio operatur non ſolùm reſpectu ſucceſſionum delatarum, ſed etiam deferendarum.

12 Niſi dicas, *Apoſtillam* prędictam intelligi debere, cùm ex limitata voluntate maſculorum fœmina eſſet admiſſa ad portionem in bonis paternis tãtùm, vt maſculus, vel in ijs ſolùm fœmina petijſſet admitti ad virilem, ità quòd ea ſolùm contenta videri poſſet, & hoc caſu, quia non intrat maſculiatio ex Conſuetudine, ſed procedet ex voluntate, poterit conſiderari maſculiatio quòad bona quædam tantùmmodò, ſecundùm ea, quæ poſuimus *Obſeruat.* 21. *à nu.* 14. de filia inſtituta in virili à patre, vt non cenſeatur maſculiata mulier quòad alias ſucceſſiones, & bona.

13 Aliàs enim omninò falſa eſſet doctrina *Apoſtillæ, & ſequacium*, ea inuincibili ratione, quia ſtatim, quòd fęmina maſculiatur, tollitur de medio qualitas fęminina à fęmina, & applicatur qualitas maſculina, & ſic reputatur in omnibus, vt maſculus, nec ſunt ampliùs Conſuetudines, ſed ipſæ tolluntur de medio, & remanemus in diſpoſitione iuris communis Romanorum, virtute cuius ſuccedũt æqualitèr maſculi, & fęminæ, ità *Reg. de Ponte d. cõſ.* 74. *n.* 11.

14 Notandũ tamen erit, quòd id, quod dicimus de fęmina maſculiata, quòd in omnibus reputetur, vt maſculus, nõ ſemper procedet reſpectu ſororum, ſed tunc demùm, ſi maſculi exiſtant, ſolæ, etenim non excludunt ſorores, aut filios illarum, ex prærogatiua maſculiationis, ità enim fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium præuia maxima diſcuſſione, notat *Vinc. de Franch.* cit. *deciſ.* 412. *ſub nu.* 4. *verſ. fuit etiam in d. cauſa iudicatum*, & ratio eſt, quia Conſuetudo fęminas non prætulit fęminis, ſed eas omnes voluit eſſe excluſas propter maſculos, & cùm hi deficiunt, Cõſuetudo ſilet ex defectu voluntatis in Conditoribus, & Ciuibus paciſcentibus pro conſeruatione bonorum in agnatione, at cùm maſculus adeſt, quia maſculus excludit ſorores non maſculiatas, & bona ad illum peruenire deberent, niſi culpam admiſiſſet in protrahendo ſororum dotationem vltrà tempus à Cõſuetudine ſtatutum, tunc ſoror capit à fratre, non à ſorore, quę in omnem euentum excluderetur à fratre, ad tradita per *Vinc. de Franch. loco* cit. *& Caput. d.* §. 10. *n.* 48. vbi propterea notat *num.* 49. parùm conſideratè dubitaſſe *Napod. ſub d. nu.* 303. de ſucceſſione inter ſorores, aut filios, illarum deficientibus maſculis, quia tunc Conſuetudo non intrat, ſed ſucceſſio regulatur ex puris regulis iuris communis Romanorum.

15 Secundò erit aduertendum, teneri ſororem cùm maſculiata ſuccedit ſimul cum fratre, dotare ſorores alias de paragio, aliàs & in ipſius pęnam fęmina ſuperſtes poterit maſculiari, cũ namquè ſuccedit, vt maſculus in virilem, eius portio obnoxia erit tanquã portio maſculi in dotando ſorores, alias, & ipſa pęnam incurret, quã ſucceſſoribus minatur *Cõſuetudo hic*, quã obſeruo loqui de ſucceſſoribus, nulla facta mentione de maſculis, quamuis pro maſculis ſcripta ſit, & debeat intelligi, continuando ſeriem verborũ prolatorum in *Conſuet. Si moriatur*,

16 ap-

appellatione ſucceſſoris maſculi ve-
16 niet fœmina maſculiata, quæ ſucce-
dit,& reputatur,vt maſculus,vt ſentit,
& benè *Caputus ibid.ſub num.*48.*verſ.*
obſtare tamen videbatur,vbi reſpõdet
obiecto, quod facit, quia ſcilicèt vi-
deatur,maſculiatam non omninò cõ-
ſiderari,vt maſculum,dùm fœminam
non excludit.

17 Sed quæro,an maſculiata ſuccedat
cum maſculis in medietate bonorum
antiquorum, quam tenetur moriens
relinquere proximioribus, & videtur
reddi dubia quæſtio ex *dec.*85.*Capyc.*
18 vbi cùm fuiſſet dubitatum,an filij ma-
ſculiatæ poſſent auocare ſaltem me-
dietatem bonorum donatorum ab
agnato,refert *Capyc. ibi*, fuiſſe deciſũ,
quòd non reuocarent donationem
quòad mèdietatem bonorum anti-
quorum.

19 Sed puto ègo,quòd ſuccedat ſimul
cum maſculis, ſi enim ſuccedit in bo-
nis omnibus ab inteſtato, non video,
qua ratione non ſuccedat in hac por-
tione,& rata,quam ſecundùm vnam
ſententiam, de qua alibi,proximiores
habent,vel ab inteſtato,vel etiam cõ-
trà teſtamentum, vt probat *Apoſtilla*
Io.Angeli Piſanelli,in d.§.*quod autem*,
quæ incip. *tu aduerte,verſ.pone,quod*
moritur aliquis agnatus,ſub num. 301.
& probare videtur *Napod. ibid. in*
ver.habuiſſet, dùm dicit, quòd fœmi-
na maſculiata vtitur iure maſculorũ.

20 Nec obſtat *deciſ.Capyc.* nam miſso
pro nũc,ꝙ rectè poteſt dubitari de ea,
vt aduertit *Cõſ.de Georg.alleg.*22.*n.*42.
ibi ſororis filij fuerunt excluſi,nõ quia
nõ ſuccederẽt cũ maſculo in rata bo-
norum antiquorum,ſed quia donatio
illa erat inter viuos, & cùm non pro-
hibetur agnatus diſponere de rebus
antiquis, ſi fiat citrà fraudem, vt ſuo
loco notabimus, & ex relatis per *Ca-*
*pyc.ibid.num.*2.Sacrum Conſilium iu-
dicauit,donationem illam non fuiſſe
in fraudem, ſed ſecundùm mentem
Conſuetudinis,qui enim habebat fra-
trem,atquè ſororem,quamuis maſcu-
liatam,donauerat inter viuos fratri,
per quem decus,& bona conſeruabã-
tur in agnatione, vt nouiſſimè vidit
Dom. Reg. Capyc. Latro conſult. 123.
*num.*144.*lib.* 2. quòd ſi extraneo do-
naſſet, proculdubio Sacrum Conſiliũ
declarata nulla donatione,vti facta
in fraudem agnatorum ex circumſtã-
tijs ibi relatis,fuiſſet in voto,quòd do-
natarius condemnaretur ad relaxan-
dam totam rem donatam, vel ipſius
medietatẽ, iuxtà opiniones, quas exa-
minabimus *infrà*,cùm agemus de re
iſta, quod mihi ſuadet *Afflict. deciſ.*
370.*in tertio dubio*, vndè argumenta
tranſtulit *Capyc.* tacito *Afflict.* quia
ibi donatarius erat extraneus, & do-
natio facta pro meritis,ꝙ factũ deficit
in caſu *deciſ.Capyc.*

Et nè ſcrupulus maneat in *d.Capyc.*
*deciſ.*erit aduertendum,quòd res,de
qua ibi,pertinebat ſolùm ad donan-
tem,nam ſi fuiſſet diuidenda, vt inte-
gra virilis daretur maſculiatæ, dona-
tio reuocari potuiſſet pro medietate
ad beneficium maſculiatæ, tanquàm
de re ꝓpria ſororis,ex notabili doctri-
na *Bald. in cap.* 1. §.*ſed et res, per quos*
*fiat inueſtit. n.*2.*per gloſ.ibi.*

21 Alienatis namquè bonis paternis à
fratre reuocat ſoror alienationem,
ſi facta reperiatur infrà tempus ſex-
decim annorum,& quidèm petitione
hæreditatis, vt notat *Molfeſ. d.par.*4.
*quæſt.*7.*num.*7.per *tex.in l.regularitèr,*
ff.de petit.hæred.& ratio ſuadet, quia
22 portiones ſororum accreſcunt,& ac-
quiruntur reuocabilitèr; hoc eſt ma-
nent in ſuſpenſo, ſi ſequatur dotatio
intrà tempus à Conſuetudine ſtatu-
tum, quod ſi non ſequatur,Conſuetu-
dinis prouiſione auferrur portio à fra-
tre,& eius hæredibus,ac fœminis tri-
buitur in pœnam maſculorũ,ità *Mol-*
*feſ.ibid.num.*8.*& Hieron.Gabriel.conſ.*
7.*num.*11.*vol.*2.& propterea ſi in aliũ
tranſlata portio tota, vel pars illius
23 reperiatur, reuocabit alienata ſoror,
quia reſoluto iure datoris,reſoluitur
ius acceptoris,iuribus vulgatis.

SVMMARIVM.

1 Maſculiatio an locum habeat contra minores,& num.8.

2 Maſculiatio introducta fuit in pœnam maſculorum.

3 Minores non puniuntur,ſi delinquant in omittendo,& n.5.

4 Impubes doli capax punitur pro delicto,quod conſiſtat in faciendo.

6 Maſculiatio excluditur propter ignorantiam.

7 Ignorantia præſumitur ad euitandam culpam,et delictum,præſertim in ætate minori.

9 Conſuetudines Neapolitanæ ligãt minores,pupillos,& furioſos.

10 Maſculiatio habet locum contrà minores,ſed reſtituuntur in integrum,& quarè,n.12.

Quid cùm maſculiatio facta eſt ex voluntate,n.11.

13 Minor excuſatur,ſi infra legitima tẽpora non ſolueritrelenium.

14 Beneficium reſtitutionis aduerſus maſculiationem tranſmittitur ad hæredes,quamuis extraneos,n.16.& an,& quando ad ſucceſſorem ſingularẽ,& particularem,ibid.n.15.

Petita tamen an ꝓſit cohæredibus maioribus,n.17.& n.19.

Et an minoribus,qui reſtitui non petierunt,n.23.

18 Maſculiatio an diuidua ſit,vel indiuidua,& n.25.

20 Maſculiatio diminuit portionem virilem reſpectu vniuſcuiuſque ex fratribus differentibus maritare ſorores.

21 Fœmina poteſt maſculiari quòad vnũ,& non quòad alium ex ſucceſſoribus.

23 Maſculiationis petita contra maiores,& minores an retardetur effectus quòad maiores,ſi fuerit petita reſtitutio pro parte minorum.

24 Reſtitutio non prodeſt,quamuis competat,niſi petatur.

ARGVMENTVM.

Maſculiatio an locum habeat contrà minores, ijquè reſtituantur aduerſus eam, & tũc reſtitutio an, & quos trãſmittatur ad hęredes,proſituè cohęredibus maioribus,vel etiã minoribus, qui reſtitui non petierunt.

OBSERVATIO XXVIII.

1 SEd an maſculiatio procedat cõtra minores,qui non maritauerint fęminas iuxtà formã Conſuetudinis,tractandum eſt hoc loco.
2 Et videtur, quòd Conſuetudo in
hoc minores non liget. Primò,quia
maſculiatio introducta èſt in pœnam
eorum, qui deuoluta ipſis hæreditate
cum onere maritãdi ſorores,aut ami-
3 tas, omiſerunt id facere vſquè ad 16.
annos completos, vt diximus Obſeru.
præced.num.4.at minores non ſunt ca-
paces pœnarum,ſi delinquãt in omit-
tendo,vt eſt tex.notabilis in l.1.§.im-
pubes,ff.ad Sen.Conſ.Syllan. vbi Dyn.
4 Bar.& alij per hoc limitãtes iura.quæ
volunt, impuberem doli capacem te-
neri ex delicto, vt ſcilicèt intelligatur
de delicto,quod conſiſtit in faciendo,
vti notat cum alijs Tiraq. de pœnis tẽ-
per.cauſa 44.num.44.vbi num.45.ſcri-
5 bit,minores 18. annis non teneri pro
delicto in omittendo,per tex.in auth.ſi
captiui,cum ſua gl.ibi,& alijs,C.de Epi-
ſcop.& cler.
6 Secũdò,qa ex dictis Obſeru.22.n.22.
& Obſer.25.n.13.maſculiatio excludi-
7 tur propter ignorantiam, & hæc, vel
eſt præſumenda ad euitãdam culpam,
& delictum, vel eſt præſumenda in
minorum ætate,ad iura vulgata.
8 Sed his non obſtantibus contrariũ
ego cenſeo,ità etenim receptum eſt in
foro ex deciſ.370.Affl.à num.1.vbi re-
fert deciſum per Sacrum Conſilium,

tem-

tempus hoc, ex quo maſculiatio naſcitur, currere aduerſus minorē, licèt minor reſtitui debeat, quod & probant *Molfeſ. par. 4. quaſt. 4. & 6. & Caputus hic par. 1. §. 10. num. 24.* poſt *Vrſill. ad d. Affl. dec.* vbi contrarijs quoquè reſpondet.

9 Nec obſtat quod dictum eſt, minores non ligari Conſuetudinibus, id namquè habet doctrinam *Napod.* in cōtrarium, qui infrà in *Conſ. Viro mortuo, in ver. diſtulerint, de iur. dot.* docuit, Conſuetudines noſtras ligare pupillos, & furioſos, & ſe allegat *in proœmia.*

Et quòd ligentur, ac comprehendātur pupilli, eſt *Conſuetudo* incip. *Pupillus*, infrà *de reſtit. in integr.*

10 Secundò non obſtat obiectum ex ignorantia, nam illa magis probat, minorem eſſe reſtituendum, & Sacrum Conſilium apud *Affl. loc.* cit. probauit, minores hoc in caſu reſtitui, idq; commune eſt apud omnes ſuprà citatos, quod an ſemper verum ſit, & quando, videbimus infrà ad dictam *Conſ. Pupillus.*

11 Interim verò notandum erit, reſtitui debere fratrem in integrum, etiam aduerſus maſculiationem factam ex eius voluntate, tàm attentis terminis *Conſtit. Regni In aliquibus*, quàm Conſuetudinum noſtrarum, vt probat *Molfeſ. d. quaſt. 4. num. 2.* & nos admiſimus
12 vtrunque in S. C. non ſemel, ex ſola ratione, quia minor patitur damnum in patrimonio, iuxtà ea, quæ tradit in ſimili *Caldas in l. ſi curatorem habens, in ver. læſis, num.* 33. qua ex ratione Re-
13 gia Camera decreuit, excuſandum minorem, quòd infrà legitima tempora releuium non ſoluerat, me patrocinante in cauſa Principis Conchæ in diſcuſſione releuij ob mortem quond. Principis Matthęi, pręsētati per Principem Iulium Cæſarem filium.

14 Quæro tamen, an hoc beneficium transmittatur ad hæredes minoris, & an petitum à minore proſit alijs ſucceſſoribus, qui forſan maiores ſint, & contrà quos fœmina maſculiata reperitur, cū minor reſtitui petat, quod certum eſt, poſse ex traditis, infrà quatriennium à die, quo proponimus aliquem effectum maiorem.

Et quòad primum *Affl. loco* citā habet pro abſoluto, iſtud remediū, quod minori competit per viam reſtitutionis in integrum contrà præſcriptionē Cōſuetudinis, tranſire in ſucceſſorem minòris, per *tex. in l. minor autem Magiſtratus, §. fin. de minoribus, & in l. ea, qua, §. quòd ſi maioris, C. de tempor. in integr. reſtit.* ſubdens, fuiſſe decifum, quòd beneficio prædicto iuuetur hæres minoris, quamuis extraneus is eſſet, & reſtitutio petita non fuiſſet à minore, vt probant verba *Affl. ibi num. 6. poſſe heredem opponere de reſtitutione, qua cōpetebat fratri minori*, ea etenim ſupponunt, fratrem nō petijſſe reſtitui in integrum, quia aliàs debebat dicere *Affl.* de reſtitutione, quā petijt frater, non verò quæ competebat.

15 Quod ſi verum eſt, probat, hoc beneficium, atquè remedium prodeſſe etiam ſingularibus ſucceſſoribus, qui tamen habeant cauſā à fratre ex cauſa oneroſa, reſtitutionis etenim beneficium, quod eſſe trāſitorium ad hæredes eius, qui poterat reſtitui, tranſire etiam in ſingularem ſucceſſorem, ex cauſa tamen oneroſa, & nō lucratiua, probat *Oddus de reſtit. in integr. q. 50. art. 1. & 3.*

16 Nec obſtant quæ poſuimus alibi, & repetit C*aputus hic*, §. 10. *ſub num.* 18. quòd extraneus non debeat ſe intromittere in maritando ſororē defuncti.

Nam cùm extraneus non ſuccedat, niſi in obligatione ſoluendi paragium ex bonis, quæ poſſidet, nihilq; ſe intromittere habeat in perquirendo maritum fœminis alterius familiæ, & extraneis, nullum inconueniens poterit conſiderari.

17 Et hæc dubium cùm non habeant, difficultas conſiſtere videtur quòad ſecundum, controuerſa enim quæſtio illa eſt apud noſtros, quandoquidèm *Scipio Bucinus hic in apoſt.* incip. *ad hæc*

*Conſuetudinem, ſub nu.*43. relato *Affl.* pro negatiua ſentẽtia dicit ipſe, quòd *tex.in l.ſi communem,ff. quemadm. ſeruit.amitt.*videtur decidere cõtrarium, & *Molfeſ.*latè defendit *Bucini* ſententiam *par.4.quaeſt.*8.*per tot.* argumentis de quibus per *eum.*

Ego tamen puto, ſtandum contrà *Bucinum*, quamuis non videam *Affl.* id dicere,ad quod allegatur *in d. dec.* 370.*in 2. dub.* in quo allegatur à *Bucino.*

18 Quod vt probetur,incontrouertibilitèr obſeruo,quæſtionis deciſionem pẽdere ex cognitione, an maſculiatio diuidua ſit,an indiuidua, ſi enim indiuidua erit, procedet argumentum ex *d.l.ſi communem*,ſi verò diuidua,fateri oportebit,*Bucinum*, ac *Molfeſ.* lapſos fuiſſe in cognitione termini huius.

Verùm quia diuiduam illam eſſe enixè ſuadent, quæ congerit *Caputus hic d.par.*1.§.10.*nu.* 17. vbi id mathematicè demonſtrat, & à *num.* 25. vbi *Bucini* traditionem examinat, & *Molfeſij* redarguit argumenta *in verſ. nec obſtant quæ nouiſſimè conatur fundare Molfeſ.* & iterùm repetit *ſub num.*54. *verſ.addas,nam ſicut maſculiatio.*

19 Omni ſemota cõtrouerſia tenendũ erit,reſtitutionem in integrum peritã per fratrem minorem,maioribus non prodeſſe,dùm ſumus in cauſa merè diuidua,ex *gloſ.*communitèr approbata *in l.vnica,in ver.patrocinari, C.ſi in comm.cadẽq; cauſa*, maſculiatio enim

20 diminuit portionem, ſiue virilem reſpectu vniuſcuiuſq; ex fratribus differentibus maritare.

21 Vndè infertur,poſſe fœminam pluribus datis ſucceſſoribus maſculiari quòad vnum,non quòad alium, & ex portione vnius paragium conſequi,& virilem ex portione alterius,vt obſeruat *Caputus ibid. ſub num.* 17. *& ſub num.*54.

22 Item,quòd maſculiata quò ad maiorem,ſi petat minor reſtitui aduerſus maſculiationem, non impedietur petere virilem ex portione maioris, & paragium ex portione minoris,ex ſola ratione diuiduitatis maſculiationis,ſiue illam conſideres,dùm producitur in eſſe,ſiue in ipſius defectione, vt ait *Caputus ibid. num.* 26. à quo reliqua petenda ſunt, ne tranſcripſiſſe videar,quæ alij inſudarunt.

23 Moueo tamen ex diuiduitate maſculiationis aduertendum,in tantum eſſe verum, quòd reſtitutio petita à minore non proderit maiori,iuxtà ſuperiùs expoſita, quòd ſi perita fuerit ab vno ex minoribus, nec alijs minoribus proderit, qui reſtitui non petierint,ex *Bal.*theorica *in cap.penul. num.* 1.*de appellat.Specul.in* §.*fin.in fin. de reſtit.in integr. & Bellemera in cap.fin. de reſtit.in integr.num.*15.

Quicquid cenſuerit in contrarium *Oddus de reſtit. in integr. quaeſt.*46. *art.* 2.nam nullo iure cauetur, prodeſſe

24 reſtitutionem,quòd alicui competat, ſed oportere, quòd illa petatur, vt operetur, vt probant pro parte tradita per *eundem ibi in fine artic.* citati.

25 Et his attentis mirum eſt, quòd *Molfeſius hic d.quaeſt.*8.*à num.*6.putet, maſculiationem eſſe indiuiduã, quia per eam admittatur fœmina ad virilem,& non ad portionem, aut quòd id eſſe debeat in priuilegium dotis.

Nam primum falſum eſt,quando & portio ipſa diuidua ſit, quod ſolùm nomen portionis oſtendit, quod in contrarium ſit ius commune, & aſſerere,quòd eſt priuilegium dotis,quòd materia ſit indiuidua, probat, quòd res ſit diuidua,cùm priuilegium non conſideratur,prout eſt in caſu noſtro, nam cùm dicimus maſculiatam, non cõſideramus ampliùs exactionẽ dotis, prout dotis,iuxtà terminos *l.cũ ab vno, ff.de leg.*2.in quo nec *Molfeſ.*probatur argumentum, vt benè vidit *Caputus hic ſub d.num.*27.*verſ.nec obſtant.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nepotes, & pronepotes eodẽ iure veniuntur, quo parentes in ſucceſſionibus.*

2 *Dictio,* idem iuris, *quid importet, aut dicat.*

3. Conſuet. in verſ. idem iuris, *explicatur.*

4 *Deſcendentes ex fœminis an comprehendantur in Conſuet. loquente de nepotibus, ac liberis, & nu.* 8.

5 *Subingreſſio an detur abnepti ex ſorore, ſi concurrat cum alijs fœminis, vel deſcendentibus ex eis.*

7 *Fratris appellatione an, & quando veniat ſoror in Cõſuetudinibus Neapol. & nu.* 11. *&* 12.

8 Vinc. de Franch. *laudatur. exploſa eius* deciſ. 652. *& nu.* 10. *&* 15.

9 *Fœmina ſola cùm extant, non eſt neceſſaria, nec operatur diſpoſitio Conſuetudinis Neapol. & nu.* 14.

13 Conſuet. Sed ſi moriẽti, in verſ. quod autem, *explicatur.*

14 *Statutum ſi vocat maſculos ad ſucceſſionem, appellatione fratris ſoror non continetur.*

16 *Succeſſio quomodò, & quando fiat in ſtirpes, vel in capita, cùm nepotes concurrunt in ſucceſſione patrui, aut amitæ, præſertim cùm ſint in pari gradu, nu.* 17.

18 D. Petrus Iordanus Vrſinus Præſ. Sacri Conſ. *laudatur, & nu.* 20.

19 *Deciſio in cauſa illorum de Naſtaro exijt unius voti exceſſu.*

ARGVMENTVM.

Nepotes, & pronepotes vtriuſq; ſexus quo iure cenſeantur in Conſuetudin. Neapolit. ſiuè ſuccedant inter ſe, ſiuè cum patruis, amitis, aut ſororibus ipſorum, ad *verſ. idem iuris.*

OBSERVATIO XXIX.

1 REſoluit pro parte quæſtionẽ *tex. Conſuet. in hoc verſ. idem iuris* diſpoſita, etenim *in præcedẽtibus* de ſucceſſione parentũ, ſi filij ſuperſint, aut ex ijs nepotes, aut neptes, proſequitur ſucceſſionẽ, & onus in nepotibus, & pronepotibus, his verbis, *idẽ iuris eſt in nepotibus, & neptibus, & alijs liberis deſcẽdẽtibus, auis, vel proauis ab inteſtato decedẽtibus, non extãtibus parentibus eorũ nepotũ, & neptũ, ſeù pronepotum, & pronepturum*, & vult dicere Conſuetudo, quòd ſemper maſculi fœminas excludũt, cum onere tamen eas maritandi, & dotandi de paragio infrà tempus ſexdecim annorum completorum, aliàs fœminæ poſſunt petere virilem, ſiue filius ſit, qui ſuccedat, ſiue nepos, ſiue pronepos, vel cum filia agatur, aut nepte, vel pronepte, hoc
2 etenim importat dictio illa, *idem iuris eſt*, quomodòcunq; conſideretur dictio, *idem*, ſiue dicat vnitatem ſubſtantiæ, ſecundùm *Bertazolum de clauſul. inſtr. clauſ.* 21. *gloſ.* 14. *num.* 8. ſiue repetitionem, & relationem qualitatum in præcedenti diſpoſitione expreſſarum, iux. *tex. in l. à filio, §. teſtator, ff. de alim. & cibar. legat. & in l.* 1. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, ſemper etenim æquiparat caſum ſequentem præcedenti, ſecũdùm *Menoch. conſ.* 130. *n.* 7. & eandem in diuerſis caſibus deciſionem, vt obſeruat *Cardin. Tuſc. lit. D. concluſ.* 288. *nu.* 2.

3 Quero tamen, an Conſuetudo, quæ loquitur in *hoc verſ. de nepotibus, & neptibus, ac alijs liberis* indefinitè, comprehendat nepotes, & neptes ex fœminis.

4 Mouet quæſtionem *Napod. hic in princ. n.* 98. *& Vinc. de Franch. dec.* 652. examinato negotio dicit, deſcendentes ex fœminis comprehendi in diſpoſitione Conſuetudinis in hac parte, ponit namq; caſum in abnepte.

5 Et indè dicit, debere admitti ſubingreſſionẽ in abnepte, ſi in ſucceſſione

ma-

materteræ magnæ concurrat cum alia matertera magna, & cũ filijs alterius
6 materteræ, quaſi quòd Conſuetudo ità cõſuluerit in ſucceſſione fœminarum, vti cõſuluit, & prouidit maſculis.
7 Præſertim, quia appellatione fratrum continerantur ſorores, ex *Napod. in Conſ. Si quis, vel ſi qua, in verſ. ſed ſi morienti*, & quidèm comprehenſiuè, non extenſiuè.
8 Ego verò quamuis agnoſcam, deciſionem illã ſuſpectam eſſe in viro, cuius doctrinam vbiquè venerandam exiſtimo. Puto nihilominùs, contrariũ eſſe verius in terminis noſtrarum Cõſuetudinum, & ſic Conſuetudinem hãc *in hoc verſ.* ità loqui de maſculis, vt fœminarum deſcendentes reſpuat, probat etenim id *tex.* ad literam *in verſ. & omnia*, qui ſequitur, cuius verba ſunt, *& omnia, quæ dicta ſunt de nepotibus, pronepotibus, neptibus, et pronepitibus, et deinceps, intelliguntur in de-*
9 *ſcendentibus ex maſculis*, quibus ex verbis probatur, quod ponit *Caputus hic par.* 3. §. 3. *num.* 1. cùm dicit, quòd quando fœminæ ſolæ exiſtunt, tunc non eſt neceſſaria Conſuetudinis diſpoſitio, quia non datur excluſio fœminarum, & ceſſant omnia dicta per Conſuetudinem *fol.* 294. & *Nos* docuimus *Obſeruat.* 27. *ſub num.* 14.
10 Vndè cauendum erit ab argumento, quo vtitur *Dom. Præſes de Franchis ibi*, cùm ait, poſſe oriri inæqualitatem, ſi fœmina non admitteretur in caſu, in quo ſi adeſſet maſculus, ei locus eſſet, nam id eſt potiùs corrigere literã *textus*, & arguere Conditores Conſuetudinum, quàm leges noſtras interpretari, & colere, prout debuit.
11 Nec obſtat argumentum, quòd fœmina deberet comprehendi, quia appellatione fratris ſoror continetur, nã id contradicit doctrinæ *Napod.* quam allegat, dicit enim *Napod. in Conſ. Sed ſi morienti, in verſ. quod autem dictum eſt, in ver. ſoror, num.* 298. formalia verba, *Item nota, quòd in caſu iſtius Conſuetudinis præcedentis appellatione fratris non continetur ſoror, regularitèr autem continetur, ff. de leg.* 3. *l. Lucius*, §. *quæritur, etc.*

Et quando *Napod.* diceret contrarium, prout nõn dicit, eſt *tex. Conſuet.* quæ damnat hanc *Præſid.* traditionem *in d. verſ. quod autem*; in illis verbis, *et in præmiſſis appellatione fratris ſoror nõ continetur*, vt alibi explicauimus *dicta Obſeruat.* 27. *num.* 8.
12 Nec me mouet quod dicit *D. Præſ. de Franch. d. deciſ.* 652. *verſ. et apparet ex ead. Conſuetud.* dùm excipit caſus, in quibus ſoror non comprehenditur, quaſi quòd regularitèr in noſtris Cõſuetudinibus fratris appellatione ſoror contineatur.
13 Obſeruo etenim, *tex. Conſuetudinis in d. verſ. quod autem*, ibi, *et in præmiſſis*, loqui continuatiuè ad Conſuetudines præcedentes, & ſic non eſt caſus limitationis, ſed diſpoſitionis, ac declarationis omnium priùs dictorum.
14 Quod indè mihi quoquè ſuadeo, quia Conſuetudines noſtræ vocant maſculos ad ſucceſſionem, & vbi ſtatutum vocat maſculos, appellatione fratris non continetur ſoror, vt notat *Marinus Freccia in addit. ad Napod. in d. num.* 298. poſt *Cuman. conſ.* 17. *Dec. conſ.* 71. *col.* 1. *Capyc. dec.* 2. *in n.* 2.

Sed an procedat *deciſio* illa *Vinc. de Franch.* attẽto ſaltem iure communi Romanorum, opportunũ hic eſt inueſtigare, & quomodò procedat articulus repræſentationis, quem tractat attẽto iure Cõſuetudinario, ſed omittimus, quia cum materia videbimus omnia (dante Domino) *infrà in Conſ. Sed ſi morienti*, vbi videbimus, quomodò *Molfeſ. hic par.* 4. *q.* 36. *num.* 10. *in fin.* vtatur citata *deciſ.* 652. *Vinc. de Franchis.*
15 Aduerto tantùm hìc, opinionem *D. de Franch.* nequè eſſe ſuſtentabilem, etiam in eo, quod voluit ſuo in caſu, quòd detur abnepti quarta pars, debuit etenim dari tertia ſecundùm eam computationem, quòd vna pars daretur ſorori viuæ, altera nepotibus,

ac

ac neptibus ex alia,& altera demùm abnepti,fieret enim eo in caſu ſucceſ-
16 ſio in ſtirpes,& non in capita, vt poſt alios ex noſtris vidit *Molfeſ.par.4. q. 37.ſub num.4.* & probat *Conſuet.* iſta *Si moriatur,poſt princip.*quãuis loquatur in linea deſcendente.

Licèt putẽ,non omninò benè diſtinxiſſe *Molf.ibi* ius noſtrũ à iure cõmuni Romanorũ,cuius reſpectu approbauit opinionem *Azonis à nu.6.* contrà *Ac-*
17 *curſium*,datis namquè nepotibus in pari gradu, quòd ij ſuccedant in ſtirpes,& non in capita conſtantèr affirmo,tàm de iure conſuetudinario, quã communi ſucceſſionẽ eſſe faciendam in ſtirpes,& non in capita, approbando *Accurſij* ſententiam *in auth. ceſſãte,C.de legitimis hæredibus*, quam probauere *Din.Bart.*& alij,quos cumulauit *Theſaurus*,alioquin contrariæ ſententiæ accerrimus defenſor *dec. 162. num.3.*qui 53.*DD.*noſtræ cõcluſionis recenſet aſſeclas, & eam poſt *Andreã de Iſernia in l.Imperialem,nu. 37. verſ. filij omnes ſuccedunt,de prohibita feudi alienatione per Federicum*, vbi etiam *Liparulus additionator,Capyc.dec.*208. *num.4.*probauit noſter *Napod.in Conſuetudine Sedſi morienti, num. 276. & 278.propè finem*, ibi, *vnde in caſu præmiſſo teneo opinionem gloſ.pro vera*, & idem *R.P.Molfeſius d.quæſt.37. num.3. in fin.*teſtatur,*Paulum Staybanum* prçceptorem ſuum hanc probaſſe,& fuiſſe ſectatum ſententiam, cui poſt tot grauiſſimos Regnicolas *DD.* & noſtri iuris ſatis benemeritos libentiſſimè adhæreo, & addo ad noſtræ aſſertionis comprobationem, & *Accurſij* ſententiæ firmamentum, quòd ſucceſſio potiùs in ſtirpes,quàm in capita ſit facienda,contrà *Theſaurum*, *Morotium*, & alios, probaſse digniſſimum olim
18 S.R.C.*Præſ.Vrſinũ* in ſuo elegãti *tractat.de ſucceſſione feudi.par.2. quæſt.6. art. vnico, à num.* 3. vbi tàm *Azonis*, quàm *Accurſij* ſectatores cumulat, & vtriuſquè ſententiæ ſigillatim rationes expendit, ac tandẽm *Accurſij* ſequitur aſſertionem, quòd ſucceſſio in ſtirpes,& non in capita ſit facienda,ſub *num.* 21. & 22. poſt quem dicit receptiorem aduerſus *Reg.Rouit. conſ.*23.*vol.*1. cuius rationes, prout & cæterorum aliorum aduerſantium minutatim diſcutit,atq; omnibus ex aduerſo ſolidiſſimè ſatisfacit, quinimò teſtatur poſt *nu.*25. *verſ. et ne quis pu-*
19 *tet*,deciſionem factam in S. C.in cauſa illorum de Naſtaro vnius voti exceſſu ſolùm obtinuiſſe pro *Azonis* ſẽtentia,vt facta diligenti indagatione compertum habuit, & quidèm magis ipſe habeo compertum ex ore *Domini Conſiliarij Ioannis Thomę Veſpuli* auunculi mei,ad cuius vti parẽtis veſtigia, & rudimenta tunc eràm addictus, qui cauſæ illorũ de Naſtaro fuit Commiſſarius,vt perindè poſt tot, tãtorumquè virorum dicta non immeritò huic adhçrerem ſentẽtiæ,cuius rationes extrà morem,& inſtitutum non tranſcribo,cùm ſatis, ſuperq; ſit indicaſſe loca,ac meum aperuiſſe votum, ne ciuilium quæſtionum tractationes vſurpare videar poſt *Domini Præſidis*
20 *Vrſini* diligentiſſimi meſſoris terga, qui fçlici breuitate omnia deguſtauit.

Et cum *Accurſij* ſententia ideò tutiùs concurro,etiam attento iure noſtro Conſuetudinario,quia nulla Cõſuetudine legitur determinatũ, quòd ſucceſſio hoc in caſu fiat in ſtirpes, & non in capita, prout putabat *Molfeſ.* cuius opinio cõuincitur apertè ex dictis *Napodan. loco* ſuprà allegato, qui vtiquè non ignoraſset noſtrum Conſuetudinarium ius,ſi hoc ſanciuiſſet,& vtiquè quæſtionem ſecundùm terminos iuris ciuilis nõ examinaſſet, & tamen eo attento probauit *Accurſij* ſententiam,qui ſenſijt,ſucceſsionem fore faciendam in ſtirpes,& non in capita, ſicq; meritò venit reijcienda *R.P.Molfeſij* inordinata illa diſtinctio inter ius ciuile Romanorum, & Conſuetudinarium,quam ex proprio capite excogitauit,nulla ſuffultus authoritate Doctorum,qui ſecundùm ius Cõſue-

tu-

tudinariũ sũt loquuti,& tota quæſtio vti nõ præuiſa, neque prouiſa per noſtras Conſuetudines,eſt referenda ad ius commune, ſecundùm quod & veriorem, & receptiorem, ac tutiorem, aliorum etiam adhibitis placitis hãc *Accursij* ſemper probaui ſententiam, vidique probatam apud omnes ferè Nationes, quarum aliquot meminit *D.Præſ. Vrſinus loco* cit. *nu.*5. ſubdens *num. 6.* iuxtà *Accurſ.* ſententiam fuiſſe iudicatum in pluribus Orbis terrarum partibus, & præſertim in controuerſijs integrorum Regnorum habito iudicio à viris ſapiẽtiſsimis, & probatiſsimis,vt ait *num.*8.

SVMMARIVM.

1 *Fæmina an excludãtur, quamuis maſculi proximiores repudient hæreditatem, ſi tamen deſcendentes ex maſculis velint ſuccedere,& num.6.11.& 15.*

2 *Fæmina admittũtur, cùm maſculi nolunt ſuccedere.*

3 *Succeſſiones de iure communi non fiunt per ſaltum, ſed ordinatim, & ſucceſſiuè.*

4 *Antecedenti deſtructo,deſtruitur et cõſequens.*

5 *Antecedenti ſublato per mortem, dicitur etiam ſublatum conſequens.*

7 *Maſculi ex Conſuetud. Neapol. vocãtur in infinitum,excluſis ſemper fæminis, maritandis tamen, & dotandis.*

8 *Maſculorum incluſio,& excluſio fæminarum ab hæreditate ex lege 12. tab. iure Diuino,& Longobardo.*

9 *Maſculi,& fæmina ſuccedunt de iure communi Romanorum,abſquè diſcretione ſexus, ſed ſolo ordine proximitatis, ſecus de iure Conſuetudinario Neapol.n.10.*

12 *Diſpoſitio ſi fiat reſpectu alicuius qualitatis, extenditur, vel ſecus ad eos, ad quos porrigitur qualitas,uel ſecùs.*

13 *Succeſſorio edicto nõ priùs admittitur excluſus propter aliquem, quàm deſiciat is, per quem excluditur.*

14 *Linea ſecundogeniti non admittitur ad ſucceſſionem feudi, niſi extincta linea primogeniti.*

ARGVMENTVM.

Fœminæ, & deſcendentes ab eis an ſuccedant,excluſis deſcendentibus ex maſculo, ſi maſculus repudiet ſucceſſionem, & deſcendentes ſuccedere velint, quamuis remotiores.

OBSERVATIO XXX.

Ad verſ.& omnia.

1 Sed pro coronide videamus *hìc*, an ità Conſuetudo excludat fęminas, vt & illæ remoueantur, quamuis maſculi proximiores ſuccedere renuant,& repudient hæreditatem.

Et dubium facit, quia *Conſuetudo hìc in verſ.& omnia* excludit fęminas, ità vt loqui,& diſponere voluerit de maſculis, & deſcendentibus ab ijs tãtummodò, ſed in caſu, quo maſculi
2 ſuccedere voluerint, at cũ proximiores maſculi ſuccedere nolunt,fœminę admittuntur, vt diximus *Obſeruat. 26. num.*2. ergò videtur, fœminas debere admitti,quotiès maſculi proximiores ſuccedere renuant,& hæreditatem repudient,vel ab illa ſe abſtineãt,excluſis maſculis in gradu remotioribus.
3 Præſertim quia caſus iſte omiſſus eſt à Conſuetudine, & videtur determinari debere ſecundùm ius commune Romanorum, per quod certum eſt, ſucceſſiones non fieri per ſaltum, ſed ordinatim,& ſucceſſiuè,vt probat *tex. in l.1.§.quibus,& §.ſed videndum,ff.de ſucceſſ.edicto,in l.octaui,ff.vnde cognati,& in §.placebat,Inſtit.de legit.agnat. ſucceſſ.* notat *Bald. in cap. 1. de ſucceſſ.*
4 *fratr.in vſibus feudorum,*& facit,quia de-

deſtructo antecedenti,& ſic ſucceſſione proximiorum per repudiationem, aut abſtenſionem ab hæreditate, deſtruitur & conſequens, ideſt ius,quod in ſequentes in gradu ſuboritur, *l.* 1. §.*huius,ff.de off.eius*,& ait *gloſ.* notabilis *in l.vtique, ff.de reivindicat.* quòd
5 ſublato antecedenti per mortem, dicitur etiam ſublatum conſequens.
6 Sed his,& ſimilibus non obſtantibus puto *Ego*,deſcẽdẽtes à maſculis, qui repudiarũt,admitti debere ad ſucceſſionem,excluſis fœminis,& deſcẽdentibus ex eis, attento iure noſtræ Ciuitatis Neapolis.
7 Ducor ex noſtra *Conſuetudine Si moriatur*,ex qua vocantur filii, nepotes,& deſcendentes ab eis in infinitũ, ſemper excluſis fœminis, licèt maritandis,& dotandis,in illis verbis, *relictis filijs,& filiabus,nepotibus, & neptibus,& deinceps,ſeu nepotibus ſolùm ex præmortuis filijs*,quibus ex verbis non ſolùm fœminæ excluduntur propter fratres,ſed & propter nepotes, pronepotes,& deinceps,ergo ſemper quòd adeſt maſculus, ſiuè is frater ſit, ſiuè nepos,aut pronepos in infinitũ, ſemper fœminas excludet, & deſcendentes ex eis,etiam ex diſpoſitione huius *verſ.& omnia*,ibi , *intelligantur ex deſcendentibus ex maſculis*,vt innuerunt Conditores Conſuetudinum, cordi
8 eorum ſemper fuiſſe maſculorum incluſionem , excluſionemq; fœminarũ ſecundũ leges 12. Tabularum,ius Diuinum, & Longobardum in locis, de quibus *Napod.hic num.*103.
9 Nec obſtant quæ finximus contraria,procedunt etenim de iure communi Romanorum, per quod vocantur proximiores abſq; diſcretione ſexus, quod non eſt in terminis noſtrarum Conſuetudinũ,quę ſexum prętulerũt,
10 & maſculinitatẽ,vt notat *Capyc.hic in add.* incip. *ad dictũ gloſſę.ſub n.3.lit.B.*
11 Et hinc,quia qualitas maſculinitatis,& aliæ rationes Conſuetudinis ità reperiuntur, & conſiderantur in filio repudiante,prout in eius deſcendentibus,qui velint ſuccedere ex propria perſona , ſemper operabitur excluſionem fœminarum,& deſcendẽtium ab eis,ad *tex.in l.fi. C. de naturalibus liberis*,per quem notauit *Salernus hic in addit.ad num.3.lit.B.*quòd quãdo diſ-
12 poſitio fit reſpectu alicuius qualitatis inhærentis filio,diſpoſitio extenditur, vel ſecus ad nepotes, aut alios, ad quos qualitas porrigitur, vel ſecus, ꝙ & *Bart.*obſeruauerat in *l.liberorum, n.6.circa fin.& n.*12. *ff.de verb.ſign.*
13 Secundò non obſtat argumentum ex edicto ſucceſſorio,nã id potiùs probat quod aſſeueramus,quotiès namq; plures adſunt , quorũ quilibet alique excludit, excluſus non priùs admittitur,quàm omnes deficiant,& cùm deficit vnus,locum alteri facit, quouſq; ex vocatis ſuperſit aliquis , iuxtà ea, quæ dicuntur de linea,vt non priùs li-
14 nea ſecũdogenitorum admittatur ad feudi ſucceſſionem , quàm extincta ſit linea primogeniti, apud *Molin. lib.3. de primog.Hiſpan.cap.6.n.* 30. & alios, de quibus *D.Præſ.Vrſin. de ſucc.feud. par.1.q.5.art.2.n.9.& ſeqq.*& notat in ſpecie *Montanus contr.1.à n.*15.
15 Et ex his cùm fœmina excludatur, quotiès maſculi ſuperſunt, puto ſufficere ad fœminę excluſionem,ꝙ nepos ex fratre ſuperſit , quãuis frater repudiauerit, non etenim ſuccedit hic ex iure patrio,ſed ꝓprio,quia maſculus, & ità paſſim ſeruatur,& vidi iudicatũ, ac cẽſui in dies ex doctrina *Ang.Aret. in §.ſi plures,Inſt.de legit.agna. ſucceſſ. ſub n.3.verſ.ſed hic dubium,* vbi ponit quæſtionem,cùm quis decedit relictis ſuperſtitibus duobus fratribus,& vnus eorũ repudiauit,an pars ſua accreſcat fratri ſuo,an verò poterunt adire filij huius repudiantis,perindè , ac ſi ipſe fuiſſet ꝓmortuus,& reſpõdet pro filijs, q a paria ſint repudiare,ac mortuũ eſſe,§.*penul. Inſt. de bon.poſ.l.1.C.quãdo non pet.part.L.2.§.ſi conſanguinea,ff.ad Tertyll.*ꝙ fortiùs eſt,ꝙ̃ caſus noſter,attẽtis pſertim Cõſuetudinib. & rationibus maſculinitatis, & ꝓprię pſonę.

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO AD

Conſuet. *SI QVIS, VEL SI QVA* Secundam.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *qua ratione condita fuerit, ſitquè difficilis, & num. 4.*

2 *Decedenti ab inteſtato ſine liberis qui, & quomodo ſuccedant ſecundùm Conſuetudines Neapol.*

3 *Conſuetudo inducẽs diſtinctionem bonorum paternorum, & propriorum defuncti à maternis, an, & in quo corrigat, vel nouet iura Romanorum, & n. 5. & 7.*

Vndè fuerit deſumpta ex legibus Romanorum, n. 6.

8 *Sexus, & agnationis ratio ceſſat poſt fratres, fratrumquè filios ex legibus* Iuſtiniani.

9 *Proximiores de iure communi Romanorum ſuccedunt æqualitèr, nulla ratione habita, vndè bona obuenerunt poſt fratres, fratrumq; filios.*

10 *Diſtinctio bonorum vltra fratres, fratrumq; filios quà ratione fuerit extẽſa per Conſuet. Neap. & nu. 12. & 13.*

Eaquè quibus in Galliæ, & Orbis partibus practicetur, n. 11.

13 *Rationis ex identitate debet extendi quod eſt fundatũ ſuper magna æquitate.*

ARGVMENTVM.

Inteſtato decedenti abſq; filijs quomodò ſuccedatur attentis Conſuetudinibus Ciuit. Neapolis, & an illæ in hoc differant à iure cõmuni Romanorum.

OBSERVATIO I.

1 EGimus ad Conſuetudinem præcedentem de ſucceſſione Ciuis Neapolitani decedentis ſuperſtitibus liberis, cùmq; non omnibus datũ ſit liberos procreare, procreatoſquè habere ſuperſtites, & hominum maior pars eſſe videatur in Orbe, oportuit legem præſcribi ſucceſſionibus eorum, qui abſquè liberis, & ab inteſtato decedunt, & ad hoc fuit cõdita Conſuetudo iſta, quæ vt benè vidit *Napodan. hic in principio* difficilior eſt re, quàm nomine, nam, vt vſurpem, quod ſcribit inſignis *Iacobus Cuiacius* de legibus *Aphricani*, lex iſta plùs habet in receſſu, quàm in fronte, videtur etenim prima (vt aiunt) facie facilis, ſed habet materiã multis ambagibus inuolutam, & vereor, ne id præſtiterit *Napodanus* propter latiſſima, quæ ad illam adiecit cõmentaria.

Ego tamen ſolito ordine rem progrediar, rebuſq; ità ſeparatis, vt ſuo quæq; res loco explicetur, exordiar à ſenſu, quem litera demonſtrat, & ſic à frõte, hinc etenim via patebit ad quæſtiones, quas materia exigit.

2 Quæro igitur primò, quomodò ſuccedatur decedenti abſquè filijs, & ab inteſtato ſecundùm Conſuetudinem

Nea-

Neap. & an in hoc nouauerint noſtri quod ſanciuerāt Legiſlatores Romanorum.

Et quidèm ſucceſsio Conſuetudinibus iſtis regulas habet apertas, & verba clariſsima, dicit enim *tex.* Conſuetudinis, *Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit, filijs, ſeù liberis legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis omnibus defuncti præterquàm in bonis, quæ obuenerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris ſuccedunt.*

3 Sed an hęc diſpoſitio conformis ſit diſpoſitioni legum Romanorum, non eſt vndiq; clarum, inducit etenim diſtinctionem bonorum paternorum, & propriorum à maternis, quam abrogarunt nouiſsima decreta Romanorum, vt videtur innuere *Accurſ. in authen. itàq; mortuo, C. comm. de ſucceſs.*

4 *in ver. vtroquè parente*, quā corrigi per hanc Conſuetudinem, quinimmò & propter opinionem illius *gloſſa* fuiſſe factam Conſuetudinem iſtam, dicit *Marinus Freccia hic in add.* incip. *Vide Soc. in fin.*

5 Verùm differre diſpoſitionem Cōſuetudinis huius à legibus Romanorū *Napodanus* dixit expreſsè *hic ſub nu.* 125. in eo enim, quod Cōſuetudo vocat proximiores cum diſtinctione bonorum, ſentit eſſe valdè nouū, ſubdēs, ius hoc proximitatis non eſſe ius illud pximitatis, ideſt cognationis, de quo loquitur *C. de legit. hæred. l. ad inteſtati*, & vult dicere *Napod.* nullibi in iure ciuili conſideratam fuiſſe proximitatem cum diſtinctione bonorum, vndè corrigi ius commune notat *Montanus contr. 1. ſub n. 29.*

6 Quicquid tamen ſibi velint *Napod. Montan. & Frecc.* puto ego, Conſuetudinē iſtā, itā cōformem eſſe moribus Romanorū, vt nō dubitem, eius mentem, ac verba deſumpta fuiſſe à legibus illorum, ſtatuit enim ferè id *Iuſtinianus*, quod *hic* dicitur, vt pximiores nimirùm ex parte patris ſuccedāt in bonis paternis, & quæſitis per defunctum, præterquàm in bonis maternis, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris *in l. de emancipatis, C. de legit. hæredibus*, ibi, *exceptis maternis rebus, in quibus ſi ex eadem matre fratres, vel ſorores ſint, eos ſolos vocari oportet*, & eſt obſeruandum etiam, titulum, ſub quo ſituata fuit lex illa, cōuenire titulo noſtro de ſucceſſionibus ab inteſtato, cùm inſcribitur ibi, *de legitimis hæredibus*, hoc eſt de ijs, qui ab inteſtato ſuccedunt, vt per omnia ſimilis ſit Conſtitutio illa noſtræ Conſuetudini, arguiq; poſſit indè tractū, quod noſtris moribus fuit introductum circà ſucceſsiones ab inteſtato in pertinentibus ad hanc Conſuetudinis noſtræ partem.

Nec obſtat ſi dicas, *tex. in d. l. de emancipatis* loqui, cùm fratres de ſucceſſione fratrum agunt, & non in alijs caſibus, ac in bonis defuncti proprijs, nam & propria ibi debent ſubintelligi, non data illorum diſtinctione in eo *textu*, & de parentibus cùm ſuccedunt, ſi tamen ſoli ſint, & in gradu æquali admitti ſeparationem hanc bonorum, eſt *tex. in l. quod ſcitis, §. ſin autem, C. de bonis, quæ liberis*, iuxtà *Bart.* ſententiam, *& in auth. defuncto, C. ad Tertyll.* vt notat *Vinc. de Franch. deciſ.* 59. & poſt alios *Petrus Barboſa in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. num.* 70. quamuis vterq; contendat, ſeparationē iſtā bonorū repugnare à principijs iuris, *in l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulg.* & ideò non debere extendi vltrà caſus in iure expreſſos, nè pluralitas patrimoniorum inducatur, quam abhorrent omnia iura in paganis, & alijs, quàm in milite, vt ſcribūt *Franch. & Barboſa locis* cit. ille *ſub num.* 7. hic *ſub num.* 70. & antè vtrumq; *Loffredus in tit. de natura ſucceſſ. feudi, in verb. ſucceſſio, fol.* 51.

7 Nouauit ſolùm Cōſuetudo noſtra leges Romanorum, quod, vt notat in parte *Martialis hic in add. ad Napod. ſub n.* 182. *in apoſt.* incip. *pondera igitur*,

traxit ad agnatos omnes, atq; cognatos,proximioreſq; collaterales indefinitè, quod *Iuſtinianus* cõſtituit tantummodò in fratribus, & filijs fratrum, nam poſt fratres, fratrumq; filios, inquit *Iuſtinianus in §.his autem non, & §. illud,auth.de hered.ab inteſt.*

8 omninò ceſſat ſexus, & agnationis ratio,ꝙ & *Irnerius* obſeruat *in auth.poſt fratres,C.de leg. hared.*& ex eo *Io. Faber in §.ſi plures,Inſt.de legit.agnat.ſucceſſ.*docuit, ꝙ iure communi, vltrà fratres, & fratrũ filios veniũt ꝓximiores æqualitèr,nulla ratione habita, vndè

9 bona venerint, ꝙ ẽt notauit *Tiraq. de retr.lignag.§.11.gloſ.10.ſub num. 1. & §.14.glo.2.num.1.*vbi ex eodem *Fabro* repetit,quòd poſt fratres,fratrumquè filios de iure communi nõ inſpicitur, vndè bona proceſſerint, ſed ſemper admittuntur proximiores, remotioribus excluſis,poſt alios,quos de more recenſet ferè innumeros *gloſ.* vlt.loco cit.*num.*4.

10 Oportuit tamen & id ſtatui in Cõſuetudinibus noſtris, quæ perpetuam habuerunt agnationis rationem, & ꝙ perpetuò bona conſeruarentur in familia,& linea,vndè exierant.

11 Nec ſinè exemplo,aut ratione,nam & hoc ex maiori parte Conſuetudinũ Franciæ fuiſſe ſtatutum,vt ſcilicèt in omni ſucceſſione, & inter quoſcunq; ſemper bona ſequãtur lineam, ex qua primũ prodierunt,ità vt bona paterna paternis,materna maternis deferrentur, teſtatur relatis in id Cõſuetudinibus *Tiraq.d.gl.2.n.3.* ſeruariq; Cantabriæ,Sepuluedę, Aragonię, & alijs in locis teſtatur *Florez de Mena in add. ad Gam.dec. 9.col.penul.in fi.* vbi & de Conſuetudine noſtra meminit ex *Viuio*,& alijs *in verſ.remanet igitur.*

12 Et ratio eſſe potuit vltrà prædicta, nam in quaecunq; perſona ex agnatis, aut cognatis poſt fratres, & filios eorum idem ius eſſe debuit,dùm eadem ratio militabat,vt arguit *Ang. Aret. in d.§.ſi plures,n.3.in fi. de legitim. agnat. ſucceſſ.* Item, quia vltimi non aliàs familiæ decus ſuſtinent,quam & qui priùs lucem meruerunt, niſi addas,& poſteriores ortos in familia maiori dignos eſſe fauore, & amore, vtporè qui vetuſtiores referre poſſint, & memoriam cõſeruare præteritorum,quæ ſola ratio eſſe debet,ac poteſt, vt quis poſteros optet,eoſq; diuitijs affluẽtes, ac dignitatibus.

13 Et demùm, quia diſpoſitio huius Conſuetudinis eſt fundata ſuper magna æquitate, vt dicit *Angel. loco* cit. de diſpoſitione *tex. in l. de emancipatis,verſ. exceptis,* C. *de legit. hared.*& quod fũdatum eſt ſuper magna æquitate,debet ex idẽtitate rationis extẽdi,*l.non poſſunt, ff. de legibus,* & notat *gloſ.in l.ſi conſtante,in princip. ff. ſolut. matrim.& Bart.in 9.quæſt.*

Æquiſſimũ etenim eſſe, quòd bona redeant ad trũcum, & opinionẽ *Bart.* id affirmantis debere ſeruari iudicando,& conſulendo,debereq; pro lege ſtabiliri,& in multis Tribunalibus in praxi fuiſſe ſeruatam, dicit *Flores de Mena loco* cit.vbi ſubdit,quòd ipſe intrepidè eam ſeruaret.

SVMMARIVM.

1 *Proximior in* Conſuet. Si quis, vel ſi qua *an debeat intelligi de proximiore acquiſitoris bonorum,an verò eius, qui vltimò decedit, & num.*7.8.13. *& 16.*

2 *Radix prima,& fundamentum inſpici debet, & non quo tramite ſucceſſio deriuetur.*

3 *Initium, & origo cuiuſcunq; rei tanquã radix futuri inſpici debet, quid quòad conſtituendum,à quo bona peruenerunt,n.*18.

4 *Tituli à primordio poſterior formatur euentus.*

5 *Qualitas,qua ſemel cœpit, ſemper durat.*

6 *Alterari non videtur quod retinetur in cauſa originali.*

9 *Cauſa immediata,& proxima attendi debet in ſucceſſionibus.*

10 *Diſtinctio patrimoniorũ in* Conſuet. Si quis, vel ſi qua *quid operari debeat.*

11 *Res cùm ad alium peruenit, nõ dicitur ampliùs eius, cuius antea fuit.*

12 *Hæreditas cùm eſt adita, non dicitur ampliùs hæreditas, ſed patrimonium hæredis.*

13 Vinc. de Franch. *laudatur.*

14 *Sacrum Conſilium tempore* Afflicti *totum ſimul iudicabat.*

15 *Mutanda minimè ſunt quæ certam habuerunt interpretationem.*

17 *Cauſa immediata ſẽper inſpici ſolet.*

19 *Proximitas ad recuperandam rem venditam ex iure prælationis non attenditur reſpectu eius, qui rem acquiſiuit, ſed eius, qui vendidit.*

20 *Nepos non tenetur conferre dotem matri datam ab auo, quæ ratione pacti, vel alio modo ad illam pertinuit, & quarè.*

ARGVMENTVM.

Proximioritas ad *Conſuet. Si quis, vel ſi qua* an cenſeri debeat reſpectu eius, à quo bona acquiſita fuerunt, vel eius, à quo immediatè peruenerũt in morientem.

OBSERVATIO II.

1 SEd cùm Conſuetudo vocat proximiores, perquiramus, cuius reſpectu proximioritas cenſeri debeat, an eius, à quo bona ꝑuenerũt in morientẽ, vel eius, qui bona acquiſiuit, dubiũ etenim excitauit *Vinc. de Frãch. dec. 696. ſub n. 5. verſ. dubitatur, cuius perſona debeat inſpici,* cùmq; reſoluere illud debuiſſet, relatis quibuſdam, dicit, quæſtionem eſſe difficilem.

Videtur verò attentis verbis Conſuetudinis, attendẽdam eſſe perſonã, à qua bona fuerũt acquiſita, & nõ perſonę immediatę, nominat nãq; Cõſuetudo originem acquiſitoris ibi ex parte patris, ex parte matris hoc eſt genus paternum, maternumq; exemplo forſan ſumpto ex *tit. C. de bonis maternis, & materni generis*, dicit enim genus patris, genuſq; matris, cùm ex parte patris, aut matris conſanguineos, eorumq; lineam vocat, ex quibus omnibus iunctim probari videtur, quòd ſit attendenda perſona patris, aut matris, ſeù primus generis eorum, vndè bona obueneruntt, aliàs rarò verificari poſſet, attendendam eſſe lineam, à

2 qua bona obtienerunt, item quia prima radix, & fundamentum debet cõſiderari, neq; eſt conſiderandum, quo tramite ſucceſſio deriuetur, vt inquit *Dec. conſ. 185. num. 3. ad fin.* & vt ſcribit *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarũ, num. 43. de conſtit.* ſemper eſt inſpicienda

3 origo, & initium cuiuſcunquè rei, tanquàm radix futuri, *cap. 1. §. ex eadem, de lege Corradi, l. qui id, quod, in princ.*

4 *ff. de donat.* cum ſimil. & facit, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, *l. 1. C. de imponenda lucrat.*

5 *deſcript. lib. 12.* & quòd qualitas, quæ ſemel cœpit, ſemper durat, *l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. 3.* neq; vi-

6 detur alterari quod in originali cauſa retinetur in habitu, *l. fin. ff. ſi ex noxal. cauſa agatur,* cum ſimilibus.

7 Et ità iudicatum refert *Gamma* in Regno Portugalliæ, vt ex eius *deciſ. 9.* vt nimirùm inſpici debeat linea, à qua bona procedunt, & non perſona, à qua vltimo loco venit in nepotes.

8 Ego puto veriorem, quam docuit ſententiam *Paulus Caſtr. in l. quod ſcitis, §. fin autem, verſ. in tex. ibi,* vbi docet, attendẽdam eſſe perſonam, à qua immediatè bona obueniunt, non verò initium acquiſitionis ipſorum.

Moueor, quia Conſuetudo vocat proximiores ex illa parte, vndè bona obueniunt, quo caſu vocari proximiores perſonæ immediatæ probatur.

9 Primò, quia Cõſuetudo non exprimit, quæ perſona conſiderari debeat, ſed cùm ſimpliciter tractat materiam

ſuc-

ſucceſſionis, videtur controuerſiam ſubijcere diſpoſitioni iuris communis Romanorum, ſed ſecundùm hoc in ſucceſſionibus cauſa immediata, & proxima attendi debet, proximitas ſiquidèm conſideratur, non habito reſpectu ad primũ ſtipitem, nec ad eum, à quo bona proueniunt, ſed ad eum, qui tenebat bona, & vltimò deceſſit, vt eſt *tex. in l. cùm ità, §. in fideicommiſſo, de leg. 2.* notat *Soc. Berous, Barboſa, Giurba, Peregr.* & alij apud *Cancer. lib. 1. var. cap. 1. de ſubſtit. num.* 45. ergo nõ patris, aut aui, vndè bona primam originem habent, attendi perſona debet, ſed eius, qui poſtremo loco deceſſit.

10 Secundò, quia ſi Cõſuetudo diſtinguit patrimonia, & bona, ſi ſcilicèt queſita ſint ex parte patris, aut ex parte matris, diſtinctio debet operari ad finem ſciendi ſolùm, qui, & cuius generis eſſe debeant qui ſuccedant, non quòad alios effectus, ſed effectu iuris ſola perſona, quæ bona detinet conſi-

11 deratur, cùm agitur de alicui ſuccedendo, ea ratione, quia ex quo ad aliũ peruenit, non dicitur ampliùs eſſe de bonis primi acquiſitoris, vt *Iaſ.* obſeruat *in l. eius, §. quòd ſi ſtipulatus, nu. 8. ff. ſi cert. pet. & in l. 1. §. veteres putauerunt, nu. 20. ff. de acq. poſſ.* vbi latè pro-

12 bat, quòd hæreditas cùm eſt adita per hæredem, non dicitur ampliùs hereditas, ſed patrimoniũ heredis, quod & obſeruat *Peregr. deciſ.* 77. ergo cùm agitur de ſuccedendo alicui ex iure noſtro municipali, is obtinere debet in decretis præambuli, aut ſententijs, qui proximior erit tempore mortis vltimo decedenti, & non qui eſſet proximior, ſi perſona inſpiceretur eius, qui bona primò quæſiuit.

13 Tertiò, quia in hanc ſententiam inclinauit *Vinc. de Franch.* vir, vt ait *Anna in cap. 1. num. 362. de vaſallo decrepitę ætat.* & Conſiliarius ornatiſſimus, vt eſt videre in citata eius *deciſ. 696.*

Item quia ſecundùm hanc, quamtuemur ſententiam deciſum reperio (licèt nõ omninò benè in caſu principali illius deciſionis, vt videbimus loco ſuo) per Sacrũ Conſiliũ apud *Affl. deciſ.* 127. vbi dicit, fuiſſe iudicatum in S. C. nemine diſcrepante, quòd non ſit attendenda perſona, vndè bona obuenerunt, quia ſit cauſa remota, ſed eius, qui bona tenet tanquàm cauſa proxima, & non remota inſpicitur.

14 Vndè cùm articulus fuerit deciſus per totum S. C. quia totum iudicabat ſimul tempore *Afflicti*, quòd in materia noſtræ Conſuetudinis attendi debeat perſona vltimò decedentis, omninò ſequenda erit ad Conſuetudinẽ interpretatio, quam viri prudentes in Regno admiſerunt prioribus illis intemporibus, ne mutari contingat quæ

15 certam habuerunt interpretationem, *l. minimè, ff. de legibus*, præſertim cùm iuri cõſona ſunt, ex dictis, & alijs, quæ ponunt *Additiones ad dictam Affl. dec.* & aliam *Præſidis noſtri de Franchis.*

16 Nec obſtant adducta in contrariũ, nàm ad primum reſpondetur, quòd dùm Doctores conſiderant, à qua linea bona obuenerũt, intelligendi ſunt prout iura intelligunt, ſcilicèt immediatè, ac proindè ſi ad nepotem immediatè peruenerunt aliqua bona materna, vel ex linea materna, hæc bona

17 ad lineam maternam tãquàm materna pertinebunt, vel è cõtrà, immediata enim cauſa ſemper inſpici ſolet, *l. ſocium, qui, §. 1. ff. pro ſoc. gloſ. in cap. de cætero, de homicid.* & docuit in ſpecie *Affl. d. deciſ.* 127.

18 Nec obſtat ſecunda ratio de initio conſiderari ſolito, quia, vt pro parte dicebamus *in ſecundo argumento* pro noſtra ſententia, licèt initium ſoleat conſiderari quòad multos iuris effectus, tamen quòad conſtituendum, à quo bona prouenerunt, ſemper debet inſpici perſona vltima, à qua immediatè prouenerunt, & nõ origo acquiſitionis, vt eſt *tex. in l. ſi auia, C. de donat. l. qui Titij, ff. de his, quibus vt indignis*, quod Nos explicabimus infra, quomodò ſit intelligendum ſecundũ

Con-

Conſuetudines noſtras.

19 Ex his infertur, quòd ſtante ſtatuto, legeuè municipali, quòd propinquus admittatur ad recuperandam rem venditam, vt eſt in Regno noſtro ius prælationis cõpetens agnatis, non debet cõſiderari proximitas reſpectu illius, qui eam acquiſiuit, vel anteà tenuit rem poſteà venditã, ſed illius, qui eam vendidit, ità *Celſus Ugo. conſ. 39. num. 6.*

20 Deducitur itẽ ex his ſecũdò veritas traditorum à *Bart.* communiter recepto in *l. poſt dotem, n. 32. ff. ſol. matrim.* quòd nepos non tenetur conferre dotem datam ab auo matri, quæ ratione pacti, vel alio modo ad eam pertinuit, quia non immediatè habuerunt illam ab auo, ſed potiùs à matre, cui irreuocabilitèr fuerat quæſita, quod an, & quãdo procedat, præſertim contracto matrimonio ſecundùm nouum vſum, & nouam cõſuetudinem, examinabimus alibi cum articulo, interim videatur *Io. Thomas Minadous*, qui refert, articulum fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium *in repet, Conſtit. In aliquibus, ſub num. 6. verſ. Et cùm accidiſſet.*

S V M M A R I V M.

1 *Proximior quo tempore eſſe debet, vt quis ſuccedat ſecundùm Conſuetudines Neap. ab inteſtato, & nu. 2. vbi quid ſenſerit* Napod. *& n. 3. & 5.*

3 *Conſuetudo Neapol. an in hoc corrigat ius commune Romanorum, vel potius tractã ſit ab eo, n. 7.*

4 *Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem.*

6 *Conſuetudines recipiunt interpretationem à iure communi Romanorum, in eo, quo illud non corrigunt, & ab eo ſupplentur.*

8 *Quæſtionis quæ ſit vtilitas, aut neceſſitas, refertur.*

A R G V M E N T V M.

Quo tempore quis proximior eſſe debeat, vt ſuccedat ex Cõſuetudine, an ſcilicet tempore, quo quis moritur, vel quo defertur hæreditas.

OBSERVATIO III.

1 DIſputat quæſtionem hãc *Napodanus hic num. 165.* adhibita diſtinctione etiam quòad tempus teſtamenti ſecũdùm *gloſ.* quam allegat, quòd inſpiciatur tempus, nõ mortis, ſed teſtamenti, ego obſeruo, quid iuris eſſe debeat quòad mortem tantummodò, & delationem hæreditatis cũ eodẽ *Napodan. loco* cit. quia Conſuetudo iſta diſponit de ſucceſſione decedentis ab inteſtato, & ſic in caſu, quo non intrat diſputatio de tempore teſtamenti.

Napodanus ergo duas hìc recitat
2 opiniones *gloſſæ*, & ſecundùm vnam, dicit, inſpici proximitatem tempore, quo defertur hæreditas, inquiens, hoc tenere *gloſ. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. in princ.* & non eſt in *princ.* ſed in *verba proximos, lit. G.* ſubdit poſteà, videri, quòd attendi debeat tempus mortis, cùm quis decedit inteſtatus, per *tex.* quos allegat *in verſ. ſi verò deceſſit*, ſed concludit, attendendum tempus, quo defertur hæreditas, ibi, *ſed prima verior eſt*, & allegat *tex. in l. 1. §. proximũ, ff. vnde cognati*, cũ concordantibus *ibi* citatis.

3 Ego puto, attendẽdum tempus, quo quis moritur, & in hoc conformem eſſe Cõſuetudinem cum legibus Romanorum.

Ducor ex verbis *Conſuetudinis* huius, ibi, *Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit, filys, ſeu liberis legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris ſuccedunt, &c.* dictio enim, *tunc*,
4 denotat temporis extremitatem, *l. 4. §. fin.*

*ſin.*vbi *gloſ.& Bart.ff. de condit.& demonſtr.& l.1.in princ.*vbi *glo.ff.de liber. et poſth.*& alij quamplures adducti per *Barboſ. in tract. de diction. dict.* 409.& quidèm temporis,quo quis moritur ab inteſtato, per illa verba, *Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit,&c.tunc,&c.*

5 Secundò, quia Conſuetudo iſta loquitur de ſucceſſione ab inteſtato, vt dicebamus initio,& hoc in caſu habemus *textus* expreſſos in iuribus Romanorum, decidentes, quod tempus debeat inſpici,ad finem vidēdi,quis proximus ſit,aut proximior, & certum eſt,
6 Cōſuetudines noſtras recipere interpretationem à legibus Romanorum in eo; quod illas expreſsè non corrigunt,vt *alibi* dicimus,ergo ex illis ſupplenda erit Conſuetudo in hoc,dùm expreſsè diſpoſitum non reperitur, & miror, quòd *Napodanus gloſſas* allegauerit, & *textus* aliud agentes, quàm proprios ad Conſuetudinem,dùm expreſſos habere poterat,& ſunt *in* §. *ſūt autem agnati,Iuſtit.de legit.agnat. ſucceſſ.in verſ.non tamen,*ibi, *non tamen omnibus ſimul agnatis dat lex hereditatem, ſed ijs,qui tunc proximiore gradu ſunt,cùm certum eſſe cœperit, aliquem*
7 *inteſtatum deceſſiſſe,* quibus ex verbis exijſse Conſuetudinem iſtam, multa ſunt,quæ ſuadent,ſi rectè conſiderentur.

Apertiùs verò rem decidit *tex.in* §. *proximus,cod. tit.* ibi, *proximus autem, (ſiquidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit) per hoc tempus requiritur,quo mortuus eſt is, cuius de hereditate queritur.*

8 Et hinc puto,radicitùs in poſterùm euellendam dubietatem iſtam, quæ alioquin celebris eſſe deberet propter multa,quæ accidere poſſunt, & conſiderari inter tempus mortis,& delationis hæreditatis, ea etenim vt diuerſa conſiderari oportet,prout ſunt, vt locus ſit quæſtioni,quā *Napodanus* proponit poſt Antiquiores, poteſt namq; vno tempore quis eſſe habilis, & altero inhabilis, & incapax, & propter alios iuris effectus, quorū hìc meminiſſe non oportet,cùm ſufficiat articuli veritatem aperuiſſe,ex quo cætera carpi poſſunt, vti corollaria, multis conſultiſſimè omiſſis, vt ſolitæ ſtudeam breuitati.

SVMMARIVM.

1 *Affinis an veniat appellatione proximioris* in Cōſuet.Si quis,vel ſi qua, *& n.7.& 12.*

2 *Succeſſio an,& quando deferatur affinibus,& n.4.& 6.*

Præſertim ex iure Conſuetud. Neapol. num.11. Et cùm ſunt tranſuerſales, num.22.

3 *Socer,& gener an ſibi ſuccedant inuicem,excluſo Fiſco,& n.24.*

5 *Affinitatis nulli ſunt gradus.*

8 *Cognationes duæ diuerſa ſunt, & quæ ſint,explicantur.*

9 *Affines qua ratione dicantur maritus, & vxor.*

10 *Vxoris de cognatione qui ſunt,non ſuccedunt illis,qui ſunt de cognatione viri,& è conuerſo,& quarè.*

11 *Succeſſio ex Conſuetud. Neap. non defertur,niſi agnatis,& cognatis.*

13 *Conſanguinei vxoris licèt ſint affines mariti,non tamen ſunt illius conſanguinei.*

14 *Vxor non eſt conſanguinea proxima, aut propinqua viri.*

15 *Iura loquentia de coniunctis non habēt locum in affinibus.*

16 *Affines non admittuntur ad agendum pro affine abſquè mandato, & quarè.*

17 *Affinium inter deſcendentes ſunt gradus conſanguinitatis, & parentelæ.*

18 *Affinium de ſucceſſione cùm agitur, nō eſt inſpiciendum,quòd futurum fuiſſet, ſi liberi eorum ſucceſſiſſent.*

19 *Retractus non competit affinibus venditoris,quòd cōſanguinei ſint vxoris, aut liberorum.*

20 *Statutum,quod loquitur de conſanguineis venditoris,non de conſanguineis vxoris,aut liberorum,ad illos non eſt trahendum.*

21 *Capacitas perſonæ futura conſideranda non eſt, ſed quæ adeſt tempore actus.*

23 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *loquitur in tranſuerſalibus.*

25 *Intelligi debet in gradu conſanguinitatis, & non affinitatis.*

ARGVMENTVM.

Verbum, Proximiores, in Conſuetudine an comprehendat affines.

OBSERVATIO IV.

1 Sed cùm loquitur Cõſuetudo de proximioribus, videamus hoc loco, an ſub verbo, *proximioris, hic* veniant affines, ità q; de ijs ſenſiſſe quoquè videatur Cõſuetudo, vel ſecus.

2 Et videtur, quòd & affines quoquè veniant, nam tractat Conſuetudo materiam ſucceſſionis, quæ quandoq; defertur etiam affinibus, quòd.n. conſanguinei vxoris ſuccedant marito deficientibus conſanguineis eiuſdem excluſo Fiſco, & è conuerſo, tradit *gloſſa*, vt omnes eam intelligunt *in* §. *mariti, in verbo poſteà, in fin. Inſtit. de nupt.* & ſequuntur *Nicolaus de Neapoli, & Ioannes de Platea ibi*, qui *gloſſam* illam dicunt ſingularem, *& Guido Papa ſing.* 78. incip. *Conſanguineus*, camq; verâm

3 eſſe in ſocero, & genero, vt ſibi inuicẽ ſuccedant, excluſo Fiſco, dicit *Bald. in l. prima, verſ. item quæro, ſi non extat, C. vndè vir, & vxor.*

His tamen haùd refragantibus verius eſt, affines non venire in Conſuetudine noſtra, idq; primò eodem medio, quòd Conſuetudo materiam

4 agat ſucceſsionis, ſucceſsio etenim, vt dicit *Napod. hic num.* 149. nulla eſt inter affines, hoc eſt inter maritum ſororis, & cõſanguineos meos ex vna par-

5 te, vt inquit *Napod. ibid.* & fratrem, & conſanguineos ipſius ſororis vxoris meæ, quia affinitatis nulli ſunt gradus, *l. non facilè*, §. *affines, ff. de gradibus, & in* §. *affinitatis, Inſtit. de nupt.* quinim-

6 mò affinitatis iure nullam ſucceſſionẽ permitti, ſcribitur *in l. affinitatis, C. comm. de ſucceſſ.*

7 Secundò probat concluſionem *tex. Conſuetudinis hic*, dùm vocat proximiores ex parte patris, aut matris, & homines lineæ, ex qua bona prodierunt, quod verificari in affinibus non poſſe pluſquã certum eſt, quia, vt ſubdit *Napod. in verſ. item ſunt*, duæ ſunt

8 cognationes diuerſæ inter affines, videlicèt cognatio viri, & cognatio vxo-

9 ris, & dicũtur affines, quia vna cognatio accedit ad finem alterius, vt *in d.* §.

10 *affinitatis*, & hinc, qui ſunt de cognatione vxoris, non ſuccedent illis, qui ſunt de cognatione viri, & è conuerſo,

11 præſertim attento iure Conſuetudinũ noſtrarum, per quod ſucceſſio locum nõ habet, niſi inter agnatos, & cognatos, vt probat *tex. in verſ. quod autem, infra hoc tit.* ibi, *intelligendum eſt de alijs in vlterioribus gradibus, exiſtentibus agnatis, vel cognatis*, quibus ex

12 verbis videtur impertinens tractatio affinium, quam ponit *Napod. hic loc.* cit. quia non poteſt in ijs conſiderari coniunctio perſonarum, ex aliquo latere coniunctarum, & per conſequens non intrat diſputatio, quantum attinet ad diſtinctionem bonorum.

13 Item quia cõſanguinei vxoris licèt ſint affines mariti, tamen non ſunt eius

14 conſanguinei, cùm nec vxor quidèm ipſius ſit conſanguinea, aut proxima, ſiuè propinqua, *l.* 1. *& ibi DD.* præſertim *Caſtr. & Alex. C. vndè vir, & vxor*, & notat. *in l. cùm rem alienam*, vbi *Bar. Bal. Alex. &* alij, *C. de legat.* dicemus infrà *obſeruat.* 8. *num.* 8. & poſt multos alios *Tiraq. de retr. lignag.* §. 14. *gl.* 2. *ſub num.* 16. vbi obſeruat, quòd iura

15 loquentia de coniunctis, non habent locum in affinibus, quamobrem & affi-

16 nes non admitti ad agendũ ſine mandato pro affine, eſt ſententia *Innoc. & Panormit. in cap. nonnulli*, §. *ſunt & alij, extrà de reſcript.*

Nec obſtat quod aduertit *Napod. hic in verſ. item aduerte*, quòd.ſ. licèt inter affines nulli ſint gradus conſan-
17 guinitatis,nullaq; parētela, & ſic nulla ſucceſſio,tamen inter deſcendentes ex eis ſunt gradus conſanguinitatis, & parentelæ.

Nam de deſcendentibus ex affinibus non eſt quæſtio, quam tractamus, & inter illos quæſtio abſoluta eſt, non enim poteſt de alijs Cōſuetudo loqui, aut intelligi, cùm patris, & matris lineam explicat, & ex parte ipſorum agnationem,aut cognationē, ſed verſamur circà articulum quoad affines,
18 de quibus cùm agimus non eſt inſpiciendum id,quod futurum fuiſſet, ſi liberi ſucceſſiſſent, vt conſtat ex not. à *gloſ.& Bart.in l. ſi idem*, §. *vlt. ff. de iuriſd. omn. iudic.* vnde dixit *Tiraq.loco* cit.*num.*17.retractum non competere
19 affinibus venditoris,quòd conſanguinei ſint vxoris,aut liberorum,quinim-
20 mò ineptiſſimum appellat Iudicem, *num.*16.qui pro affinibus iudicauerat, retrahere volentibus hoc medio, nam ſtatutum,quod loquitur de cōſanguineis venditoris,non de conſanguineis vxoris,aut liberorum, ad hos non eſt trahendum,ex *l.ſi verò*,§.*de viro, ff. ſol.*
21 *matrim.* futura enim perſonæ capacitas conſideranda non eſt, ſed tantùm ea,quæ adeſt tempore actus,vt eſt *tex. in l. ſi cognatis*,cum ibi not. *ff. de rebus dubijs.*
22 Nec me mouet à dictis *gloſſa in d.*§. *mariti*,quem multi legunt cum §. *affinitatis,cod.tit. de nupt.* eam etenim reprobant *Io.Faber,& Ang. Aret. in d.* §. *mariti*,idem *Faber in auth. præterea,in fin.*C.*vndè vir,& vxor*,idq;nullo iure poſſe probari,quod *gloſ.* tradit, inquit *Io. Faber in d.*§. *mariti*, & quòd *gloſſæ*
23 doctrina non procedat in tranſuerſalibus, de quibus ſermo eſt in Conſuetudine noſtra,dicit idem *Bald. in* cit. *l.*1.*C.vndè vir,& vxor*,vt nunc miſſum
24 faciam *Baldi* dictum de ſocero, & genero, ipſumnet *Bald.* improbaſſe *in l. vlt.verſ.item quæritur,an ſit inuenire*, *C.vndè legit.*quamuis de eo cogitandū cenſuerit *in d. l. affinitatis*, *verſ. extra quæro*, *C. comm. de ſucceſſ.* cùm enixè probent contrarium *Fulgoſ. Caſtr.* & alij *in d.l.*1. *C. vndè vir, & vxor, Bertrandus conſil.*59. *in* 6. *dubio, lib.* 2. *Gugl.de Bened.in c.Raynutius, ver. vxorem nomine Adelaſiam,nu.*779.& 781. *de teſtam.*

25 Et in puncto,quòd Conſuetudo *hic* intelligi debeat in gradu cōſanguinitatis,& non affinitatis, obſeruat *Marinus Frecc. in add.*incip. *vide Soc. conſ.* 150. ibi *& in fin.tex. proximiores, &c. intellige in gradu conſanguinitatis, non affinitatis.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum*,ex parte patris,*quid ſignificet* in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, & *num.*5.

2 *Coniunctus quis ſit ex parte patris, vel matris,quomodò cognoſcatur.*

3 *Linea quomodò accipi debeat effectiuè, contentiuè,vel ſubiectiuè.*

*In ea quomodò comprehendi debeant qui ſunt coniuncti patri, aut matri pupilli per tranſuerſum,num.*4.

ARGVMENTVM.

Verbum,*ex parte patris,in Conſuetudine Si quis, vel ſi qua* quid ſignificet, & quomodò accipi debeat verbum, *linea*, aut cognoſcatur,an quis coniunctus ſit ex parte patris,vel matris.

OBSERVATIO V.

1 VErbum hoc in Conſuetudine iſta nemo obſeruat,niſi *Marinus Freccia hic in addit.ad Napod.* ſæpiùs citata *ad nu.*123.*in Apoſtilla*,incip.*vide Soc.* Sed nihil ponit ad eius explicationem, ſubiun-

iungam Ego quæ habui ex *Iacobo Cãcer.lib.1.var.cap.1.de ſubſtit.à num.*48. vbi explicaturus verbum hoc in *Conſt.*
2 *Cathalonia*, de quo *ibi* quærit, quomodò cognoſcatur, an coniunctus quis ſit ex parte patris, vel matris, & tradita regula, quomodò id cognoſcatur ex *Bart.conſ.*10. incip. *viſo ſtatuto, lib.* 1.
3 explicat, quomodò linea accipi debeat effectiuè, contentiuè, vel ſubiectiuè, &
4 quomodò comprehendi debeant qui ſunt coniuncti patri, aut matri pupilli per tranſuerſum, ponit *nu.*50. quid ſignificet verbum, *ex parte patris*, & *ex*
5 *parte matris*, & non repeto, contentus indicaſſe locum, dùm præuenit *Cancerius* æditionem iſtam, in qua eadem ego conſideraui ſſem quæ *Cancerius* ponit, quia cõſideraueram, antequàm locum illum vidiſſem, & nunc cedo beneficio temporis.

SVMMARIVM.

1 Obuenire *verbum in iure quotupliciter reperiatur.*
2 *Quomodò accipiatur in* Conſuet. Si quis, vel ſi qua, *num.*2. *&* 4.
3 *Indiſtinctè ſumptum, non hæreditates ſolùm, & legata comprehendit, ſed quicquid alijs capiendi figuris accedit, num.*3.
5 *Proximiores ex parte matris de iure Conſuet.Neap. ſuccedunt defuncto in quæſitis titulo lucratiuo, non verò titulo non lucratiuo.*
6 *An ſuccedant in donatione defuncto facta ob merita, & meritorum intuitu, num.*6.
7 Horatius Montanus *laudatur.*
8 *Proximiores ex parte matris an ſuccedant viro, qui dotem habuit ab vxore, vel alio pro ea, & illam lucratus eſt ex pacto, aut lege.*
*Et an mulieri, quæ dotem habuit à matre, vel alio ex parte matris, ſi inteſtata decedat, & n.*12.
9 Napodanus *redarguitur, & eius litera emendatur.*
11 *Dos vxoris reſpectu cẽſetur vt lucrum, reſpectu verò viri vt onus.*
13 Tex.in l.1.§.vlt.C. de impon. lucrat. deſcript.lib.10.*explicatur, & n.*16.
14 *Dotis, & antè nuptias donationis titulus dicitur lucratiuus, & liberalitas, etiam ſi fiat à patre.*
*Ab ea an, & quando exigi debeat ius, quod exigitur in S.C. pro ſententijs, num.*15.
17 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *vt locum habeat, an ſufficiat, bona fuiſſe delata tantummodò.*

ARGVMENTVM.

Verbum, *obuenire*, in *Conſuetudine Si quis, vel ſi qua* quomodò accipiendum.

OBSERVATIO VI.

1 Obuenire verbũ in iure multipliciter reperiri obſeruat *Napodan. hic in ver. obuenerunt,* vbi quinque modos recenſet *num.*227. ego pro eo, quod attinet ad Conſuetudinem iſtam (extranea etenim omitto conſultiſſimè) cenſeo, accipiendum ex *Briſſon, lib.*13. *de verbor. ſign.in ver.obuenire* pro eodem, quod
2 ſit deferre, aut acquirere, ità vt ſit ſenſus Conſuetudinis, quòd proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis paternis, & proprijs, præterquàm in bonis, quæ delata fuerunt, aut acquiſita ex linea materna, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris.
3 Quoniam autem verbo hoc generalitèr vtitur Cõſuetudo, & ità indiſtinctè ſumptum, non hæreditates modò, & legata comprehendit, ſed quicquid alijs capiendi figuris accedit, vt eſt *tex.in l.*9.*ff.pro ſocio*, & obſeruat *Briſſon.loco* cit.
4 Obſeruandum erit verbum, *obuenire*, hìc non omnes comprehendere figuras capiendi, ſed tantùm, quæ verificentur ex cauſa mortis, ac titulo lucratiuo, ſecus verò ſi titulo nõ lucratiuo aliquid obueniret.

5 Vndè ſi defunctus habuerit aliquid
à matre, vel alio ex linea materna ex
cauſa emptionis, venditionis, locatio-
nis, vel permutationis, non ſuccedent
proximiores ex parte matris in eo, ꝙ
talitèr habuit defunctus, quia ſic con-
trahendo, dicitur ex opera ſua defun-
ctum acquiſiuiſſe, & propterea regula-
tur ſecundùm eam Cõſuetudinis par-
tem, quæ vocat proximiores ex parte
patris in bonis defuncti proprijs. At in
primo caſu, ſi ſcilicèt titulus eſt lucra-
tiuus, putà hereditas, legatum, fideicõ-
miſſum, mortis cauſa donatio, vel cu-
6 iuslibet poſtremæ voluntatis arbitriũ,
vel inter viuos ſimplex donatio, tunc
etiam quòd ob merita, atq; meritorum
intuitu facta ſit donatio, dicitur adhùc
titulus lucratiuus, ac ſuccedunt proxi-
miores ex parte matris, ità etenim di-
ſtinguendum eſſe docuit formalibus
verbis *Napodanus loco* ſuprà cit. ibi,
ſed certè diſtinguendum eſt, & notant
*Molfeſ. ad Conſuet. noſtras, par. 2. de bo-
nis, quæſt. 13. à num. 1.* & nouiſſimè *Ho-
7 ratius Montanus* vir ſanè doctus, & de
iure noſtro Cõſuetudinario, ac feuda-
li optimè meritus *controuerſ. 1. n. 32.*
8 Hinc tranſit *Napodanus ibid. n. 228.*
ad caſum, putà vir recepit dotem ab
vxore, vel alio pro ea, & eam lucratus
eſt ex pacto, vel ex lege, an eo mortuo
inteſtato ſuccedant ſibi proximiores
ex parte matris, & quamuis reſoluat
negatiuè, prout iuris erat, ibi *reſpon-
deo non*, vbi legendum eſt, quod ſub-
dit, cũ fuerit titulus lucratiuus, addita
negatiua, *non titulus lucratiuus*, nè ſibi
aduerſetur *Napod.* cum ijs, quæ ſubij-
cit, & hoc obſeruato, non video,
quomodò dubium illud pertineat ad
Conſuetudinem, præſertim reſpectu
proximiorũ ex parte matris, nam iſtis
Conſuetudo non parat, aut tribuit iùs,
niſi reſpectu bonorum, quæ alicui ob-
uenerunt ex linea matris, non verò cu-
iuſcunq; mulieris, & ex eius parte, pro-
ut neceſſarium erat ad quæſtionem.
10 Exindè etiam indubia eſt quæſtio,
quam ſubdit in muliere, quæ habuit
dotem à matre, vel alio ex linea ma-
terna, res enim deciſa eſt in Conſue-
tudine, quòd ſi decedat inteſtata ali-
qua mulier, bona obueñta ex linea ma-
tris ſpectant ad proximiores ex parte
matris, niſi dicas, *Napod.* propoſuiſſe
11 dubium, ad finem explicandi, an dos
detur vt lucrum mulieri, vel vt onus,
ſed id certum eſt, data diſtinctione in-
ter virum, & vxorem, viri enim reſpe-
ctu cenſetur vt onus, *l. ex promiſſione, ff.
de act. & oblig.* ſed quòad mulierẽ, quæ
dotatur, cenſeri debet vt lucrum, *l. ſi
pater dotem, C. de dot. promiſſ.* & ex hoc
patet, quòd proximiores ex parte ma-
12 tris ſuccedent in dotibus, aut dona-
tionibus propter nuptias, quę mulieri
datę ſunt, aut factę à matre, vel aliquo
ex linea materna.
Nec obſtat *tex. in l. 1. §. vlt. C. de im-
13 pon. lucrat. deſcrip. lib. 10.* in quo etiam
quòad mulierem, quę dotatur, titulus
dotis non admittitur inter cauſas lu-
cratiuas, etiam ſi ipſas ex aliqua cauſa
lucretur, quia ibi non adnumeratur in-
ter cauſas lucratiuas quòad onus qua-
tuor ſiliquarum, quæ debentur in eo
tex. Curię ex re tranſlata à Curiali in
aliquem titulo lucratiuo, & hoc, ne
dos grauetur propterea apud virum,
vt *ibidem* obſeruat *Napod.* qui ſubdit
14 aliàs generalitèr titulum dotis, & an-
te nuptias donationis lucratiuum eſſe,
cùm dicatur liberalitas, etiam ſi à pa-
tre fiat, per *d. l. ſi pater dotem.*
15 Et hinc aduertendum erit pro iure,
quod exigimus in S. C. pro ſententijs
ad rationem vnius ducati cum dimi-
dio pro centenario quantitatum, quæ
iudicantur, nam non ſemper dos erit
immunis à ſolutionibus, ſed tunc de-
mùm cùm dos grauaretur in viro, ſe-
16 cùs ſi quæreretur vxori, aut eius hæ-
redibus, ità vt mariti onus non poſſet
aliqua de cauſa cõſiderari, quia ſolùm
reſpectu viri procedit *tex. in d. §. vlt.* ex
ratione citata.
17 Verùm nè ſcrupulus maneat ex ver-
bo, *obuenire*, in Conſuetudine, dùm di-
ximus, idem importare, quod deferri,
no-

notandũ eſt,quòd quamuis aliqui putauerint,nõ ſufficere,quòd bona deferantur, vt locum habeat Conſuetudo, cõtrariũ tamen eſt verius, vt obſeruat ex *Napodano Steph. de Caieta hic in addit. ad num.* 123.*in Apoſt.* quæ incip. *Nota etiam, in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinquè coniunctus an excludat conſanguineum, aut vterinum, & ſic coniunctum ex vno latere tantùm, attento iure Conſuetudin. Neap. & n.3.& 4.*

Et quid in ſtatuto vocante proximiorẽ ex linea paterna, n.2.

An in hoc Conſuetudo *corrigat iura cõmunia Romanorum, n.5.*

3 *Doctor* Donatus Antonius de Marinis *laudatur.*

ARGVMENTVM.

Qui vtroq; latere coniunctus eſt, an excludat æqualem in gradu coniunctum ex vno tantùm latere, attento iure Conſuetud. Neap.

OBSERVATIO VII.

1 SEd ſi cum proximioritate cõcurrat maius vinculum, aliàs quæſitum eſt in iure noſtro Conſuetudinario, an maioritas vinculi operetur ad excluſionem fratris conſanguinei tantùm,ſi concurrat in ſucceſſione fratris cũ altero fratre vtrinquè coniuncto, explicata enim litera *tex.* locum facimus quæſtionibus.

Et quidam putauerunt, vtrinq; coniunctum excludere conſanguineum tantùm,ità *Bucinus hic in add. ad Napod. ſub num.* 123. *in addit.* incip. *ſi defunctus, verſ. an autem coniunctus*, motus ex *tex. in* §. *ſi igitur defunctus, in auth. de hæred. ab inteſt.* & authoritate *Affl. loco ibi* cit. quaſi quòd iure noſtro Cõſuetudinario deeſſet prouiſio, data duplicitate vinculi in vno ex prętendentibus,ius in ſucceſſione, idquè expreſſiùs tenuit nouiſſimè Doctor *Donat. Antonius de Marinis lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 70. *num.* 11. *verſ. ſed quicquid ſit, & n.* 13. vbi latè.

Mihi verò tantùm abeſt, vt hæc arrideant, quod putem id falſum omninò,& propterea ſequendum,quod cõmuniſſimum ſemper eſſe audiui, vidi iudicatum, & iudicaui multotiès in S.C. nimirùm non potiora iura prętare duplicitatem vinculi,ſed æqualitèr ſuccedere in bonis paternis,aut quęſitis per defunctum cum vtrinquè coniuncto conſanguineum tantùm,& vterinum in bonis obuentis ex parte matris,ità etenim expreſsè ſentijt *Napod. hic num.* 241. ad *verſ. ſed ſi morienti*, & ibi *Ant. de Alex. in addit.* incip. *de iure iſtarum Conſuetudinum, Anton. Capyc. in addit.* incip. *aducrte, nam Napod. & Io. Aug. Piſauell. in addit.* incip. *in libro D. Antonij*, qui idem viſus eſt tenuiſſe anteà ad hanc eandem *Conſuet. ſub num.* 127. *in add.* incip. *nota in hoc verſ.* dùm citato *Caccialupo in repet. l. omnes populi* diſputantem quæſtionem

2 iſtam in ſtatuto çauente,quòd coniuncti proximiores ex linea paterna ſuccedant, ſubdir, *vide tu gloſ. in verbo obuenerunt infrà nu.* 227. *verſ. ſed quid in dote.*

3 Nec verum eſt quod tradit *de Marinis* vir alioquin perſpicacis ingenij,& doctus *loco* cit. hoc ſcilicèt caſu nõ eſſe diſtinctionem bonorum , & quòd propterea locus ſit iuri communi, non Conſuetudinario, nam expreſſim Cõſuetudo determinat contrarium, cùm admittit diſtinctionẽ, data diſtinctione conſanguineorum, & ſic agnatorũ, aut cognatorum, at certũ eſt,ità agnatum eſſe,& proximum ex parte vtrinq; coniuncto, qui ſupereſt vtrinquè coniunctus, ſicut & conſanguineus tantũ, vt benè vidit *Napodan. loco* cit. *verſ. ad bona verò paterna*, ibi, *quia certum eſt,*

eos

Digitized by Google

eos eſſe proximiores defuncto ex parte patris, & quantum ad agnationem, & proximitatem agnationis, ſeù ex parte patris, æqualitèr ſunt coniuncti defuncto fratri, ergo æqualitèr ſuccedent.

4 Vndè dubitandum ampliùs nō erit de re iſta, tantis authoritatibus, & rebus iudicatis definita, ſed ſemper cenſendum, vtrinquè coniunctum, & coniunctum ſolùm ex illo latere, vndè bona obueniunt, æqualitèr ſuccedere, &
5 in hoc correctum eſſe ius commune Romanorum per Conſuetudines noſtras, vt notaſſe mihi videtur ſatis clarè *Napod. hic, num.* 128. *verſ. ſimilitèr enim.*

Quid verò iuris eſſe debeat, ſi cum iſtis intraret in ſucceſſione mater, quęrit *Ant. de Alex. in d. addit.* incip. *de iure iſtarum Conſuetudinum, verſ. ſed nunquid in caſu.*

Sed omitto hìc, quia tracto infrà cū quæſtione, an patre, vel matre exiſtente in medio habeat locum Conſuetudo, vbi videbimus, falſum eſſe quod ad illam tradit *Ant. de Alex. loco* cit.

SVMMARIVM.

1 *Filij diuerſorum coniugiorum an ſuccedant ex Conſuetud. Neap. patri, vel matri cum diſtinctione bonorum, an verò æqualitèr, & num.* 3. *&* 6. *vel ſaltem ex diſpoſitione* tex. in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. *num.* 13.

2 Napodani *authoritas in Conſuetud. Neapolit. quæ ſit, & n.* 7.

4 *Bona iuxtà Conſuet. Neap. ſequuntur lineam, ex qua primùm prodierunt.*

5 *Parentes de bonis lucratis ex pacto, aut donatione altrinſecùs an teneantur relinquere medietatem filijs ex matrimonio, vndè bona obuenerunt.*

7 Napodani *à verbis durum eſt recedere in Ciuitate Neapolis.*

8 *Maritus, & vxor inter ſe agnati non ſunt, aut cognati, ſed nec affines.*

9 *Conſuetudines Neapolit. ſtricti iuris ſunt, & non aptandæ pro deciſionibus cauſarum, de quibus expreſsè non loquuntur, ſi aduerſentur termini iuris communis Romanorum.*

10 *Mulier quomodò diſponat* ex *Conſuet. Neapol. de paratis ad eius vſum, ſibiquè donatis à viro ſuperſtite, ac de quarta lucrata ex matrimonio, ex quo liberos non habet, et quomodò illi ſuccedant filij alterius matrimonij.*

11 *Vir, & vxor ſunt correlatiua, & leges de vno loquentes, diſponunt in alio.*

12 Napodanus *exploditur.*

13 Tex. in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. *an fuerit correctus per* Cōſuet. Neap.

ARGVMENTVM.

Diſtinctio bonorum paternorum, ſcilicèt & quæſitorum à maternis, an vindicet ſibi locum ex Conſuetudine ſuccedentibus patri, aut matri filijs diuerſorum coniugiorum in bonis obuentis ex pacto, aut donatione.

OBSERVATIO VIII.

1 Mouet quæſtionem hanc *Napodanus hìc ſub num.* 127. poſito exēplo in viro, & in vxore decedente cum filijs diuerſorum matrimoniorum, relictiſq; bonis quæſitis ab vxoribus, vel earum altera, & ſic etiam à viris ex pacto, aut ex donationibus morte confirmatis, & quærens, quomodò patri, aut matri ſuccedent filij matrum diuerſarum, concludit, quòd ſucceſſio regulari debeat, data diſtinctione bonorum, de qua *textus Conſuetudinis hìc*, noſtrum
2 nunc erit videre, an procedat quod *Napodanus* aſſeuerat, irrepſit etenim authoritas eius in Conſuetudinibus, ità vt non aliàs *textus*, quàm *Napodani* traditiones oporteat examinare.

3 Videtur verò, quòd in caſu à *Napodano* propoſito admitti debeat diſtinctio

ctio bonorum, & ſic quòd filij ex eo matrimonio ſuccedant tantummodò, ex quo bona obuenerunt ex pacto, aut
4 donatione, & quidem attenta diſpoſitione Conſuetudinis, per quam bona ſequuntur lineam, ex qua primùm prodierunt, cùm etenim certum eſt, bona obueniſſe à matre certorum filiorum, ij ſolum ſuccedent, qui lineam poſsũt repræſentare, nulla habita ratione, quòd filij patri ſuccedant, quia, vt dicit *Napod. ibid. in verſ. Reſpondeo*, licèt ſit vna, ſeù ſimilis proximitas paterna, & paritèr filij omnes ſuccedant in paternis, tamen eſt diſpar, ſeù diuerſa, ſeù alia proximitas materna, & proptereà eſt diſpar, ſeù diuerſa ſucceſſio in maternis bonis obuentis patri, cùm alia ſit ſucceſſio priorum filiorum, & alia ſecundorũ, & ſic primi non poſsũt dici proximiores ſecũdis ratione gradus, vel lineæ, ità *Napodanus*.
5 Cuius dicta ſi procedunt, neceſſariò probãt, quòd ſi talis pater, aut mater vellet teſtari, relinquere teneretur filijs matrimonij, vndè bona obuenerunt medietatem bonorum obuentorum, eſſetq; pro ea parte inteſtabilis, vt dicit in puncto *Napod. infrà in Conſuet. Si aliquis moriens, in ver. reſeruato, num.* 10. illis in verbis, *ità liberi debent habere medietatem paternorum, & maternorum, diſtinguendo coniunctionem, quia qui ſunt ex eadem matre, medietatem maternorum, & qui ſunt ex eodem patre, medietatem paternorũ, &c.*
6 Ego tamen, quicquid ſit de veritate illationis, de qua videbimus *in d. Conſuetudine Si aliquis moriens*, nõ video, vt fatear ingenuè, quo pacto ſaluari poſſit *Napodani* theorica *hic*, & quamuis in Ciuitate durum ſit recedere à
7 verbis *Napodani*, vt dixit *Vincen. de Franch.* & alij quidam multis in *locis*, omninò cenſeo, filios in caſibus propoſitis à *Napodan.* æqualitèr patri ſuccedere in bonis lucratis ex pacto, aut donatis, nulla data diſtinctione bonorum ex Conſuetudine iſta.
Moueor, quia tàm iſta, quàm aliæ Conſuetudines in hoc volumine conſiderant reſpectu bonorum obuenientium agnatis, & cognatis, vt. ſ. proximiores ſuccedant in bonis omnibus, vel eorum medietate, quę alicui obue-
8 niunt ab agnatis, vel cognatis, cùmq; maritus, & vxor agnati, aut cognati nõ ſint inter ſe, quinimmò nec affines, ſecundùm ea, quæ præ cæteris obſeruat *Staibanus conſ.* 85. *num.* 17. *& Napodanus hic, num.* 150. parum rectè videtur
9 aptaſſe *Napodanus* Conſuetudines, quæ ſtricti iuris sũt ad deciſiones cauſarum, de quibus expreſsè non loquũtur, cùm aduerſantur termini iuris communis Romanorum.
10 Secundò, quia etiam in dubio conuincitur *Napodani* traditio ex diſpoſitione *tex. in Conſuetudine Si qua moriens, infrà de muliere habẽte filios*, dùm in ea ſtatuitur, quòd in parato ad vsũ mulieris, & in donato vxori à viro pręſente, & ſic ſuperſtite tempore contracti matrimonij, & de quarta lucrata à marito, à quo liberos non habet vxor, de ijs diſponere valeat pro ſuo arbitrio voluntatis, ſaluo liberis vtriuſquè matrimonij debito bonorum ſubſidio, nam ſi poteſt diſponere pro ſuo arbitrio voluntatis vxor in donato à viro, non poterunt prætendere filii illius matrimonii, vndè bona prodierunt, quòd ſoli ſuccedant, & augetur difficultas, quia ſi in caſu, quo poteſt diſponere pro arbitrio voluntatis parẽs, ſaluatur tãtùm liberis vtriuſq; matrimonii ſolum debitum bonorum ſubſidiũ, non poteſt dici, quòd ſuccedant ſolùm filij matrimonii præſentis, nec illis præponentur, qui ex altera nati ſunt vxore, vt dicit *Napodan.* ſed omnes filii etiã alterius matrimonii ſuc-
11 cedent, & tamen vxor, & maritus correlatiua sũt, & leges de vno loquẽtes, diſponunt in alio reſpectu ſucceſsionis quòad patrem, & poſtmodùm *Napodanus* in ſecundo caſu loquitur de matre habente filios ex pluribus matrimoniis, prout eſt *in Conſuetudine Si*
12 *qua moriens*, contrà quam expreſsè loquutus

quutus mihi videtur *Napodanus*, dùm diſtinctionẽ bonorum admiſit reſpectu filiorum matrum, aut patrum diuerſorum.

13 Quod ſi dubitetur, an ſaltem ex diſpoſitione *tex. in l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* filii illius matrimonii, vndè bona prodierunt coniugi binubo, alterius matrimonii filios excludat, vel ſecùs, alia erit inſpectio *in Conſuetudine Si qua mulier*, vbi obſeruabimus, an *textus* ille fuerit correctus per noſtras has Conſuetudines, vel in robore manſerit, ex nouiſſimis quoq; deciſionibus ſuper articulo editis à noſtro S. C. ſi dederit Dominus.

SVMMARIVM.

1 *Pater, & mater quomodò ſuccedant filio inteſtato decedenti ſecundùm Conſuet. Neapolit. ſi ſoli ſuperſint, & an inter eos fiat diſcretio, & diſtinctio bonorum, etiam attento iure communi Romanorum, n. 2. & n. 3.*

3 Tex. in l. quod ſcitis, C. de bonis, quæ liber. *non eſt correctus per Conſuet. Neapol. & explicatur, & n. 5.*

6 *Diſtinctio bonorum habet locum in obuentis à matre.*

ARGVMENTVM.

Diſtinctio bonorum, de qua in *Conſuet. Si quis, vel ſi qua* an locum habeat, cùm quis decedit relictis patre, & matre, ſi ambo concurrant in filij hæreditate.

OBSERVATIO IX.

1 Relegata quæſtione de patre exiſtente in medio, aut matre, an locum habeat Conſuetudo, ſuo in loco, perſcrutemur hoc *loco* circà propoſitam quæſtionem, *Napodan.* enim *hic n.* 132. ponit caſum, ſi quis decedat patre, & matre ſuperſtitibus, quomodò ſuccedant pater, & mater, reſpondet, *de iure, communi ſuccedent pariter, cùm de iure communi ſit diſcretio inter parentes paternos, & maternos*, ſed litera eſt corrupta, vt obſeruaui in Codicibus antiquis, vult dicere, *cùm de iure communi non ſit diſcretio*, de iure autem iſto dicit *Napodan. videtur, quòd pater excludat matrem in bonis paternis, & mater excludat patrem in ijs, quæ obuenerunt defuncto à matre, vel linea materna. Sed primum putat verius; quia hac Conſuetudo loquitur patre, vel matre non exiſtente in medio, ergo ijs exiſtetibus habet locum ius commune.* Hęc *Napod.*

2 Sed in eo, quod dicit *Napod.* quòd de iure communi in patre, & matre nõ ſit diſtinctio bonorum, non eſt verum, nam *Bart. in auth. itàq; & in auth. poſt fratres, C. de legit. hæred.* tenet contrarium, quam opinionem vti æquiorem, & receptiorem dicit, & ſecũdùm eam iudicatũ *Theſaur. in dec.* 27. cum certa modificatione, & Nos latiùs obſeruauimus ſuprà ad iſtam Conſuetudinem *Obſeruat.* 1. *ſub num.* 6.

Ex his commodè quæſtio deciſa videri poteſt, quoniam verò in locis citatis frequẽs mentio eſt, vt & Nos egimus ſup. *d. Obſeruat.* 1. de *tex. in l. quod ſcitis, C. de bonis, quæ liberis*. Opportunum hìc erit inſerere, quæ habeo manuſcripta *in deciſione Vinc. de Franch.* 59. & ſunt,

Ad intellectum *l. quod ſcitis* reperi poſt multa *Bald. Nouell.* hìc non allegatum *in tract. de dote, par.* 12. *cart.* 77. vbi tractat per duas columnas, & videtur adhærere opinioni contrà *Bart.*

3 Aduerte, quòd licèt *tex. in l. quod ſcitis* non ſit correctus, tamen ille non facit diſtinctionem bonorũ inter aſcẽdentes, & loquitur, quando ſupereſt pater, & auus paternus, ſecundùm veram lecturam, quã ponit *ibi Caſtrenſ. in princ.* & licèt *Theſaur. in deciſ.* 27. tenuerit opinionem *Bart.* tñ contrariũ

cx-

preſsè tenet *Napod.in Conſuet.Si quis, vel ſi qua, circa principium,num.*132.
4 quamuis dicat, quòd de iure conſuetudinario fiat bonorum diſtinctio, vndè non eſt tuta opinio *Bart.* maximè quia *tex.in d.l.quod ſcitis* hoc non videtur probare, & in iure eſſet verior opinio *Bald.in auth.defuncto, nu.*4.qui
5 dixit, quòd *l.quod ſcitis* eſt correcta per *auth.defuncto*,& tamen S.C.tenuit opinionem, quòd *l.quod ſcitis* non eſt correcta, *Additio ad Bal.ibi* dixit,quod in obuentis à matre habet locum bonorum diſtinctio,vide etiam *Bald.in conſ.*470.*vol.*4.vbi videtur tenere opinionem,quam tenuit *in l.quod ſcitis.*

SVMMARIVM.

1 *Legitimati an, & quando comprehendantur ſub verbo*,legitimis, in Conſuetudine Si quis,vel ſi qua, *& n.* 5. 6.7.*& 9.*

2 *Legitimatus verè,& propriè dicitur legitimus, ſed quòad filiationem,& patrem volentem,non verò quòad agnatos,& alios non conſentientes,n.*10.

*Nihil differt à legitimo,n.*3.

*Secundum ius commune, & Conſuetudinarium ſuccedit in duabus vncijs. num.*4.

6 *Legitimatus ſuccedit parentibus ab inteſtato ſicut legitimus, & naturalis de iure communi,non extantibus legitimis.*

8 *Legitimatus non eſt verè legitimus, ſed fictè,nec eſt agnatus,n.*9.

11 *Agnati qui verè dicantur.*

12 *Verbum*,legitimis,in Cõſuet.Si quis, vel ſi qua *quomodò accipiendum, & num.*15.

13 *Legitimatus eſt habilis quòad ea, quæ ſunt iuris ciuilis.*

14 *Verba Conſuetudin. ſunt vſualia, & debent accipi ſecundum communem vſum loquendi in ciuibus.*

16 *Legitimatus non ſuccedit in bonis antiquis, ſed in ijs excluditur ab agnatis,& cognatis.*

17 *Legitimatio in Regia Cancellaria Neap. fit quòad bona acquiſita per patrem legitimantem tantummodò,et ita legitimati immittuntur per S.C. num.*18.

19 Tex.in l.1.§.veteres putauerunt,ff.de acquir.hæred.*explicatur. Corrigitur per Conſuetud. Neapolis. n.*21.

20 *Diſpoſitio bonorum acquiſitorum per mortẽtem qua forma fiat ex Conſuet. Neap. & qua diſpoſitio bonorum paternorum,& maternorum.*

ARGVMENTVM.

Verbum,*legitimis,in Conſuet. Si quis,vel ſi qua* quomodò accipiendum, & an,quando, & quorum bonorum reſpectu legitimati comprehendantur in ea.

OBSERVATIO X.

1 SEd circa diſtinctionem bonorũ, & literæ explicationẽ vtilis eſt, & frequens quæſtio iſta,quam non ſemel habuimus in S. C. & nunc pendet in cauſa illorum de Gagliardo, & quæ non ità facilis eſt, vt vno,vt aiunt ictu, ſolui poſſit, atq; recidi,ſi eà examinentur, quæ poſuit ad rem hanc *Capyc. deciſ.* 194. *& in Conſuetudine Et ſi teſtator,infrà, de ſucceſſ. morientium ſine filijs ex teſtam. in Apoſtill.*incip.*quarò circà iſtam Conſuetud.* ibi *vide,& cogita,*

2 Videtur verò, quòd debeant comprehendi ex *tex. huius Conſuet.*ibi,*Si quis,vel ſi qua ab inteſtato deceſſeris,filys. ſeu liberis legitimis non extantibus,* legitimatus enim dicitur verè, & propriè legitimus *in auth. quibus mod. natur. effic. ſui*, ibi, *legitimi fierent*,& rurſus ibi,*ex naturalibus ad legitimos eleuare,& in* §.*reliqui*,ibi,*ſemel enim eos efficientes legitimos, et in* §.*ſi quis ergo filios*,ibi,*ad legitimũ ius filios educere*

cere naturales,& ibi,*qui vult naturales ſuos filios reſtituere natura, & antiquæ ingenuitati, & iuri legitimo*, immò legitimatos nihil differre à legitimis,
3 eſt *tex.in* §.*ſit igitur licentia*,ibi,*nihil à legitimis differentes,quib.mod.nat.effic. legitim.& in* §. *& quoniam variè,quib. mod.nat.effic.ſui*,ibi *nihil diſſimiles legitimis,&c*.cùm igitur legitimatus ità verè,& propriè videatur legitimus, vt nihil à legitimo differat, quod & *Gallus* notauit *conſ*.95.*num*.5. *Fabius de Anna conſ*.106.*num*.12.*Præſes Vrſin.de ſucceſſ.feud.par*.1.*q*.3.*art*.1. *num*. 1. rectè videri poteſt, legitimatum cõprehenſum eſſe in Conſuetudine iſta, vt impediat, quin proximiores ſuccedere poſſint,qui non vocantur,niſi legitimis non extantibus, filijs namq; exiſtentibus, & cùm ſucceſſioni collateralium non eſt locus,Conſuetudo iſta non loquitur,neq; diſponit.

4 Et facit, quia ſi naturales ſuccedũt parẽtibus quòad duas vncias, & quòad eas excludunt proximiores ex parte patris, & quòad iſtas duas vncias cenſentur eſſe legitimi, vt eſt ex iure communi Romanorum, per quod ità notat in terminis Conſuetudinum noſtrarum *Napod.hic in ver.legitimis, nu.* 161. *in fin. & in ver. in bonis omnibus, num*. 177. *Vinc. de Franch. deciſ*.640. *à num*.6.*Molfeſ.par*.4.*quæſt*. 43. *nu*. 12.
5 ex eodem iure legitimati excludent proximiores à bonis omnibus,cùm de iure communi legitimatos ſuccedere parentibus ſuis ab inteſtato, ſicut & legitimos, & naturales, docuit poſt multa, quæ allegat *Cancer. lib*. 1.*var. cap*.5.*de ſucceſſ.ab inteſt.num*.42.

His tamen non obſtantibus putant vulgò Noſtri, legitimatos nõ comprehendi in Conſuetudine, ſed verbum, *legitimis*, debere intelligi de legitimis, & naturalibus, ità etenim dicunt docuiſſe *Napod.hic in ver.legitimis*, & dixit clariùs *in ver.ex parte patris,n*.170. *verſ. ſed quid ſi ſunt legitimati*.

6 Ego tamen puto,diſtinguendos eſſe legitimatos per reſcriptum Principis à legitimatis per ſubſequẽs matrimonium, & poſtremos comprehendi in Conſuetudine, primos verò nequaquàm,ſi tamen bona non adſint, quæ quæſierit parẽs,cuius ex precibus fuerit filius legitimatus, aut Princeps nominatim expreſſerit in priuilegio legitimationis, vt cenſeatur, & habeatur proximior ex parte patris ex certa ſcientia, ità enim de legitimatis per reſcriptum docuit *Napod.d. num*. 170. *et Io. Ang. Piſanellus in addit. ibi, in Apoſtilla*, incip. *nota quòd legitimatus*, & alij *Additionatores*.

Et de legitimatis per ſubſequens matrimonium probat concluſionem *tex.in cap.tanta eſt vis matrimonij, extrà qui filij ſint legit.* cum alijs apud *Molfeſ.loco* cit.*à num*.6. à quo ſimilia petenda ſunt, quæ rem confirmant,ex diſpoſitis in iure communi Romanorum,& Pontificum,& à *D.Præſide Vrſino in tract. de ſucceſſ.feud.par*. 1. *q*. 4. *art*.2.

7 Quòd ſi bona genitoris propria nõ adſint, nec clauſula in legitimationis priuilegio,*vt cenſeatur, & habeatur proximior ex parte, &c*. inconcuſſa opinio eſt, quòd legitimati per reſcriptũ
8 non ſuccedant,quia legitimatus non eſt legitimus verè, ſed fictè, vt notat *Ant.Capyc*.poſt *Napod. ibi in Apoſtilla, nota ergo, quòd legitimatus*, nec eſt
9 agnatus verè, vt inquit *Napod. loc*. cit. & per conſequens non poteſt comprehendi in Cõſuetudinibus noſtris, quæ conſiderant agnationem,& cognationem,vt *in verſ. quod autẽ, infrà hoc tit. & in Conſuet. Et ſi teſtator,infrà de ſucceſſ. ex teſtam*. obſeruat *Napodan. hic num*. 169.& Nos diximus ad hanc Cõſuetudinem *Obſeruat*.4.*num*. 11. quicquid in contrarium dixerit *Fabius de Anna d.conſ*.106.

10 Nec obſtant contraria *ex authent. quibus mod. natur. &c*. nam ea procedunt quòad filiationem tantùm,vt ſcilicèt ſint filij legitimi quòad parentes, qui ità voluerunt,non verò, vt efficiãtur legitimi,vt proximiores ex parte

patris

patris in præiudicium aliorũ propinquorũ,ipſis ignorãtibus, ſeù non conſentientibus, quia naturales per legitimationem non fiunt verè agnati, vt in terminis noſtris explicat *Napod. loco* cit.*num.* 170.& ex eo *D.Vrſin. loco*
11 item relato,vbi ſubdit, q verè agnati dicuntur legitimi, & ex legitimo matrimonio nati.
12 Et probantur prædicta, quia cùm verbũ,*legitimis*,in Conſuetudine poſſit ad legitimos ex natura referri, non intelligitur de legitimis per accidens, vt aliud agens docuit *Salycet. in l. vlt. C. de his, qui ven. ætat. impetr. num.* 1. & rationẽ tradit *Paul. de Caſtro ibid. nu.* 5.
13 vbi ait,quòd licèt legitimatus ſit verè, non fictè legitimus,quia eſt habilis ad ea,quæ sũt iuris ciuilis,quod eſt,quod probat *Conſil. de Anna d. conſ.* 106. tamen attenta mente diſponẽtis, & Cõſuetudinum noſtrarum ſub verbo,*legitimis liberis non extantibus*, non poteſt
14 comprehendi legitimatus,quia verba in Conſuetudine ſunt vſualia, vt inquit *de Franch. d. deciſ.* 640. *num.* 12. & propterea debent accipi ſecundùm communẽ vſum loquendi in ciuibus, *l. liberorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat.* 3. *l. Labeo, ff. de ſupellect. legata*, at ſecundùm communem vſum loquen-
15 di ille dicitur legitimus, qui & legitimus ſimul eſt,& naturalis,& ſic qui ex viro, & vxore ſuſceptus eſt ex matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ, & iuxtà ritus,quibus viuimus, legitimatus enim moribus noſtris, & ſecundùm communem vſum loquendi in noſtris ſemper remanet cũ ſuo nomine,eumq; ſolemus appellare naturalẽ, quamuis legitimatum,argum.*tex. in d. l. vlt. C. de his, qui ven. ætat. impetrau.* ibi,*non qua ab Imperiali beneficio ſuppletur*, & notat poſt alios in ſpecie *de Franch. loco* cit. *ſub num.* 12.
16 Et hoc indè vel ſuaderi poteſt, vel eſt omninò tenendum,quòd mos iſte interpretatus eſt, & habitus ſemper à Prudentibus Regni noſtri, eſtquè ità ſemper obſeruatum,filios enim legitimatos non ſuccedere ad excluſionem agnatorum in bonis antiquis,eſt ſollẽnis deciſio S.C.relata *ab Vrſillo ad Afflict. deciſ.* 195. *ſub num.* 5. refert alias deciſiones *Molf. tit.* 2. *de perſonis, q.* 10. *num.* 1. & cùm allegaſſet in cõtrarium *Conſil. de Anna d. conſ.* 106. ſuccubuit, vt *ipſe* refert *in fin. conſilij*,quamuis dicat,ortam ſententiam, quia legitima-
17 tio erat facta,prout re vera fieri ſolet in Regia Cancellaria quòad bona paterna tantùm,vt expertus probat *Dom. Vrſinus d. par.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 6. *ſub n.* 17. nã & Nos in his terminis diſputamus, & non ſemel articulum definiuimus,
18 habita matura diſcuſſione in S.C. in multis legitimatis,quibus cõcedimus immiſſionẽ quòad bona quæſita p patrẽ legitimãtẽ tantũmodò,& nũc prætereo nomina litigantiũ cauſa honoris.
19 Eritq; aduertendum,nunquàm fuiſſe habitam rationem prætenſionis,horum legitimatorum, qui dicebant,bona parentum eorum debere conſiderari etiam ab aliis obuenta,per *tex. in l.* 1. *§. veteres putauerunt, ff. de acq. hæredit.* nam confuſio illa bonorum, de qua *in d. §. veteres*,non admittitur in
20 noſtris Cõſuetudinibus,vt *in Conſuet. Si aliquis moriens*,per quam diſtinguitur forma diſpoſitionis bonorũ acquiſitorũ à moriẽte,& bonorũ paternorũ, ac obuẽtorũ ab aliis agnatis,& cognatis,de quibus in noſtra *Cõſuet. Si quis, vel ſi qua*,& loquens de bonis acquiſitis per morientem diſponit Conſuetudo illis in verbis,*poteſt de bonis ſuis acquiſitis per eum diſponere pro ſuo arbitrio voluntatis*, loquens verò de bonis obuentis à patre,vel alio ex linea paterna,aut materna, ſubdit, *de bonis autẽ paternis,& maternis ipſius defuncti,& alijs bonis ſibi à conſanguineis ex quocunquè latere obuenientibus vſquè ad medietatem tenetur liberis relinquere*,probans ex dictis, diſpoſitionẽ *tex.*
21 *in d. §. veteres*,per quem dicuntur bona hæredis, etiam quæ obuenerunt à teſtatore,non habere locum ex diſpoſitione noſtrarum Conſuetudinum,

quamuis per actum aditionis acquiſita fuerint in beneficium eius, cui obueniũt,vt vidit in parte *Molfeſ.par.2. de bonis,quaſt.21.in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Fratri,qui fratri ſucceſſit in bonis, & dotibus obuentis à matre, vel altero ex parte illius an ſuccedãt proximiores ex parte patris,vel matris.*

Et an inſpiciatur mediata,vel immediata,& proxima obuentio à fratre, vel à matre,n.2.& n.8.

3 *Doctor referens plures opiniones, quam opinionem tenuiſſe videri debeat.*

4 Vinc.de Franchis deciſ.*696.exploditur,& n.9.& 12.*

5 *Linea an,& quando cõtinuetur,vel ſecus respectu plurium filiorum , qui ſucceſſerunt patri,vel matri, & inter ſe,& n.6.& 10.*

Et quid cùm fuit facta mutatio de linea aſcendente in deſcendentem, & lineam collateralem,n.11.

7 *Linea,vnica mutatione obliquatur, cũ bona vadunt ad matrem,vel alium aſcendentem maternum,& quarè.*

13 *Obuentio immediata attenditur ex linea vltimi decedentis,vbi adeſt mutatio lineæ,& perſonæ.*

14 *Linea an conſideretur ex parte fratris.*

ARGVMENTVM.

Obuentio mediata , vel immediata,& proxima an,& quando inſpici debeat decedente filio , qui fratri ſucceſſerat in dotibus,& alijs bonis obuentis à matre,multis adiectis de continuatione,vel mutatione lineæ ſuccedẽtibus fratribus inter ſe in bonis paternis, aut maternis per vnicam , vel binam mutationem,& cũ bona vadunt ad aſcendentem diuerſæ familiæ, aut cùm de linea aſcendente in deſcendẽtem fuit facta mutatio in lineam collateralem , exploſa *deciſ.Vinc.de Franch.696.*

OBSERVATIO XI.

1 SEd & hoc loco examinari cõuenit etiam ad explicationem traditorũ ad hanc Conſuet. *obſerũ.* 2.theoricam *Napodani hic in verbo materna,num.240.in verſ.ſed pone Caius*,vbi ponit caſum,quòd Caius habuit duos filios ex prima vxore,vnũ ex ſecunda,mortuo patre, & matre, moritur vnus ex primis vtrinq; coniunctis, ſuccedente ſibi alio in bonis etiam maternis ipſorum , moritur exindè alius ſuperſtite ſibi fratre conſãguineo tantùm, qui fuit ex ſecunda vxore,veniunt proximiores ex parte matris defuncti,& petunt dotes ipſius matris,quia obuenerunt ſibi à matre etiã pro parte fratris ſui, inſpecto initio,& in hac portione obuenta fratri à fratre,quæ ei obuenerat à matre cadit quæſtio diſputata per *Napodanum à dicto verſ. ſed pone Caius*,vſquè ad *verſiculum,ſed pone quidam habens fratrẽ vterinũ*,& adducit rationes , & authoritates hinc indè . Primò, quòd etiam in illa portione ſuccedũt proximiores ex parte matris,& vbi vellet talis filius teſtari, teneretur relinquere medietatem proximioribus ex parte matris, iuxtà *Conſuetudinem Et ſi teſtator*,è cõtrà verò refert aliam ſententiam,quòd imò in tali portione ſuccedant proximiores ex parte patris , adeò quòd hinc(æquiuocè tamen, vt *infrà* demõſtrabitur)dicat *Horatius Mõtanus* feudiſta optimus,& vir eruditiſſimus *in ſua controuerſia prima*, quòd *Napodanus* inclinet in opinionem,quòd inſpiciatur prima origo,& obuẽtio,& quòd ſuccedãt proximiores ex parte matris,

2 Quic-

2 Quicquid tamen inferant quæ conſiderat *Montan.loco* cit. puto Ego contrarium verius eſſe,moueor, quia revera *Napodanus* in contraria opinione reſidet,quòd inſpiciatur immediata obuentio à fratre , & non à matre , & quòd ſuccedant in ea proximiores ex parte patris.

Moueor ſecundò ex dictis per *gloſſatores ibid.*ſiquidèm iuxtà ſenſum hûc noſtrum intelligit *Napod.Stephanus de Caieta in apoſtill.*incip. *ſi ergo Titius,et Martinus,fol.*143. & ſequens *apoſtilla* ſic tradit fuiſſe deciſum,& repetit *Caieta in hac eadem Conſuetudine ſuprà, fol.*111.*lit.D.in apoſtill.*incip. *quæro ad intellectum huius Conſuetudinis*, vbi idem dicit.

Tertiò,quia id habetur expreſsè ex verbis *Napodani*, ibi , *ſed certè aliquibus videtur primum verius,vt admittātur proximiores ex parte matris*, obſeruo etenim verba illa, *aliquibus videtur primum verius*,quòd *Napodanus* non ità ſentiebat,qui propterea paulò poſt ſubdit *in verſiculo ſed fortitèr obſtat*
3 *eis,&c.*vt ,indè apertè ſatis videatur reſidere in vltima opinione,ſecundùm ea, quæ concludunt *Doctores* quando referūt plures opiniones, vt in his terminis reaſſumit *Preſ. de Franchis dec.* 696.*ſub num.*2.*verſ. arguit primò*.

Quartò, hoc idem mihi ſuadere videtur efficax ratio, quam ſubdit *Napodanus* , quia hæc Conſuetudo loquitur per verba,*obuenerunt*, ſimplicitèr,vndè licèt certū ſit,obueniſſe iſtas dotes à matre ipſis fratribus vtrinquè coniunctis,tamen huic defuncto non obuenit à matre portio fratris, ſed à fratre.

4 Et quamuìs *de Franchis* in præcitata *deciſ.*696. ſatis inuolutè loquatur, nihilominùs vt magis hæc noſtra firmetur ſententia , & intelligentia hæc dictorum per *Napodanum* verior reddatur,operæpretium videtur diſtinctis caſibus aperire , quatènus inter fratres continuetur linea patris, vel matris , adhibitis caſibus generalibus.

5 Primò , aut agitur de bonis patris, & tunc ſi eſſent decem filij , & mortuis poſteà vno poſt alium,remanente vltimo, & bona per decem mutationes in eum deuenirent,nunquàm mutatur linea, quia omnes filij ſunt de linea patris,& non vniuſcuiuſq; fratris morientis,& ſic continuatur linea penès vltimum.

6 Secundò,aut deceſſit mater,& agitur de bonis maternis inter filios, qui ſunt diuerſæ familię à matre,& rursùs venit ſubdiſtinguēdum,quòd vel agitur reſpectu vnius,vel plurium filiorū, qui immediatè ſucceſſerunt matri, & non mutatur linea,quia remanent bona materna, nam verum eſt, vnum,vel omnes ſucceſſiſſe matri , ſed ſi poſteà portio vnius ex filijs perueniret ad alium fratrem,tunc per binam manus mutationem;prima,de matre in filios, ſecunda inter ipſos diuerſæ familię à matre mutatur linea,& hoc eſt quod dicit *Napodanus in verſ. ſed pone Caius,in ſecundo caſu.*

7 His alius ſubnectitur caſus, & eſt, quando bona vadunt ad matrem , ſiue ad alium aſcendentem maternum,qui eſſet diuerſæ familiæ, quia ex vnica mutatione, & ſucceſſione obliquaretur linea,& hoc eſt quod in effectu dicere voluit *Piſanellus infrà in additione*,quæ incipit,*Nota*. Et ex his erit ob-
8 ſeruandum, quòd in obuentione bonorum inſpicitur obuētio proxima, & immediata,non remota , prout in hoc caſu conſuluit *D. Comes de Peruſio hic in addit.* quæ incip. *ad vnum aduerte*, quia non inſpicitur obuentio remota, quòd ſcilicèt talia bona à matre primo loco obuenerūt , quarè cauendum erit à traditis per *D.de Franch.* in præcitata *deciſ.*696.vbi videtur dubitare
9 contrà prædicta pro opinione *Piſanelli* aduersùs *Stephanum de Caieta* , & alios,quia(pace tanti viri) verum non
10 eſt, quòd in caſu, vbi bona perueniunt à matre ad filios , & poſteà de vno ad alterum in portione obuenta à fratre fratri, non ſit, niſi mutatio perſonæ,

11 ſonæ,& non lineæ. Siquidèm contrarium conſtat verius eſſe,cùm de linea aſcendente in deſcendentem fuit facta mutatio in lineam collateralem,& proptereà malè dicit *Dom. de Franch.*
12 in cit. *decif.696.* Enimuerò præſuppoſita opinione *Piſanelli*,& aliorum *Addentium*,quos ipſe pro hac parte allegat, certum eſt,*Piſanellum* tenere,
13 quòd vbi eſt mutatio perſonæ, & lineæ attendatur immediata obuentio ex linea vltimi decedentis,& idem *Piſanellus in eius Additione, in verſ. cogita*, allegando *Napodanum, num.* 237.
14 dicit,ex parte fratris cõſiderari lineã.

SVMMARIVM.

1 *Filij plures cùm ſuccedant matri in bonis maternis linea continuatur, & in perſona filiorum bona ſunt materna,& quarè,n.2.& n.10.*
Et tunc ſi filij teſtari vellent, tenentur relinquere medietatẽ proximioribus agnatis,& cognatis,n.3.
Quid cũ vnus ex duobus filijs,qui ſucceſſerũt matri moritur relicto fratre, qui ſucceſſit etiam in portione, quæ fuit materna,n.4.& n.6.
5 Napodanus *explicatur,& num.7.Vindicatur à nota contrarietatis, n.11.*
8 *Mater ſi cum filio ſuccedat alteri filio defuncto in bonis paternis, an linea incuruetur,& obliquetur.*
Præſertim ſi poſteà mater moriatur, & redeat portio,quam mater habuit ad fratrem ſuperſtitem,n.9.

ARGVMENTVM.

Linea an, & quando mutetur, ſeù obliquetur, ſi filij plures matri ſuccedant,vel è contrà mater filio cum altero ſuperſtite ſuccedat, & quid cùm portio reuertitur ad ſuperſtitem matre decedente.

OBSERVATIO XII.

VT verò omninò conſtet quod tradidimus de filiis ſuccedentibus matri *Obſeru. prac. n. 6.* repetendum erit quod ponit *Napodan. hic ſub n.*240. *verſ. ſed pone Caius*,& alterius quæſtionis, quã reponit *in verſ. ſed pone mater,nu.*242.
1 Cõſiderat ergò *Napodanus* duos caſus *in d. verſ. ſed pone Caius.* Primus eſt, quando vnus,vel plures filii ſuccedunt matri in bonis maternis, & tunc dicit,continuari lineam,& in perſona filiorum eſſe bona materna, *& in verſ. & reſpondeo ad contraria*,vocat primã,
2 ſeù propriam acquiſitionem, in qua fuit origo,& principium mors matris,
3 ità quòd vbi filius ſit defunctus ſuperſtitibus agnatis, & cognatis, ſuccedẽt illi de linea matris, imò & ſi filius ille teſtari vellet, adhùc teneretur relinquere medietatem proximioribus ex parte matris,iuxtà *tex.in Conſuetudine Et ſi teſtator.*
4 Secundus caſus eſt,quando vnus ex duobus filiis, qui ſucceſſerunt matri, moritur relicto fratre hærede,qui ſucceſſit etiam in portione, quæ fuit materna, & in iſta portione mutatur linea, & de materna efficitur de linea fraterna, & hanc vocat *Napodanus* ſecundam acquiſitionem, quæ habuit principium, ſeù originem ex morte fratris,& ex fratre obuenit fratri, qui frater ſuperſtes cùm eſſet agnatus, & cognatus,videtur ſuccedere vt agnatus in hac mixtura,vt ait *Napod. ibid.* antè *n.*241.*in ver.ſed fortitèr obſtat eis.*
5 Vt verò non dubitetur, *Napodanũ* reſidere in iſta ſententia,notandũ erit, quòd & hanc *Napodani* theoricam ità intelligendo ſequuntur *Stephanus de Caieta,Antonius de Ianuario, Antonius Capycius,Marinus Freccia,& Comes de Peruſio in addit.ibid.*dùm tradunt in
6 cauſa illorũ de Puderico ſic indicatũ in S.C.prout dicitur in ſecundo caſu, & ſubdũt,quòd ſi frater ſuperſtes vellet teſtari de portione ſibi obuenta à fratre

fratre, deberet relinquere ſuis agnatis medietatem, nõ autem proximioribus matris, à cuius linea bona exierunt.

7 Et nè videri poſſit, quòd deciſio hęc *Napodani ſub num.* 240. aduerſetur deciſioni eiuſdem *Napodani in nu.* 242. erit aduertendum, quòd *Napodanus d. num.* 242. ponit caſum contrarium,
8 quando mater habens duos filios habentes bona paterna, ſuccedit vni ex eis primo decedenti ſimùl cum alio, & tunc reſpondet *Napodanus*, ex prima ſucceſſione facta per matrem incuruari, ſeu obliquari lineam, & portionem bonorum paternorum filij pręmortui trãſire in ipſam matrem, & fit de linea materna.

9 Idquè extendit *Napodanus* etiam ſi poſteà mater moriatur, & redeat iſta rata portionis, quæ fuit olim paterna ad fratrem, eiuſq; filium ſuperſtitem, quia nõ mutatur linea matris, & proptereà remanent materna, nam principium acquiſitionis fuit mors matris, vt ſupra in primo capite, & iuxtà hunc sẽſum, ſcilicèt quòd ex vnica ſola immediata ſucceſſione, quæ fit in matrem aſcendentem obliquetur, ſeù mutetur linea, tradit deciſum *Colutius Coppula*, vt refert *ibidem Piſanellus*, & nouiſſimè *de Franchis deciſ.* 25. qui reſpondet cum *Napodano in verſ. ſed pone Caius, num.* 240. & ſic ad primum
10 caſum, quòd procedat è conuerſo, quando filius deſcendens immediatè ſuccedit matri, tunc enim ex vna ſucceſſione non mutatur linea, quia deſcendit, & continuatur ſecundùm naturam; ſecùs quando turbato ordine obliquatur, & aſcendit, quia tunc loquitur, & procedunt dicta *Napodani ſub nu.* 242. ac deciſio *Colutij Coppulæ, Gaſparis de Leo, & Piſanelli*.

11 Et ex his cõſtat, ꝙ deciſiones relatæ ex *Napod.* nõ sũt cõtrariæ, ſed vnaquęque procedit in caſu ſuo, vt apparet ex *apoſtilla Piſanelli* ſæpiùs cit. quę incip. *nota quòd ſi mater*, vbi dicit, quod ibi fuit continuata linea materna in filiũ, non ergò dicit, quòd ſit continuata, quando vnus ex filijs moritur, & frater ſuperſtes ſuccedit ei, vt hìnc erui poſſe videatur ratio diuerſitatis inter vnũ, atquè alterum caſum.

S V M M A R I V M.

1 *Soror vterina an ſuccedat ſorori, et fratri vterino in antephato matri dato in vſufructu, & proprietate ex tranſactione inita cum filijs, vel in eo ſuccedant proximiores defuncto ex parte patris, & n.* 3.

2 *Cauſa proxima ſucceſſionis attendi debet.*

4 Deciſ. Affl. 127. *examinatur, impugnatur, n.* 5. *defenditur à n.* 8.

6 *Succeſſio inteſtati regulatur ex legibus loci, vbi bona ſita ſunt.*

7 *Filij ſuccedunt in antephato vti patris heredes ex Conſuet. Neap.*

9 Conſuet. Neap. Si quis, vel ſi qua *non procedit, viro, aut vxore lucrantibus dotem, aut antephatum ex pacto.*

10 *Vir, & vxor non debent ad imparia iudicari.*

11 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, debet omnia æqualitèr determinare.*

12 Conſ. Si quis, vel ſi qua *non habet locũ acquiſitis bonis non titulo lucratiuo, ſed emptionis, aut permutationis.*

13 *Bona paterna ſi filius citrà fraudem, & ex cauſa crediti antephati transferat in matrem, non dicũtur ampliùs paterna, ſed materna, & in ijs ſuccedunt proximiores ex parte matris.*

14 *Soror vterina in bonis maternis ſuccedit vterino, excluſis alijs proximioribus.*

ARGVMENTVM.

Filij diuerſi matrimonij ſi matri ſuccedãt in antephato, quod mater habuit ex tranſactione in re ſtabili, quomodò poſteà ſuccedãt inter ſe, ſi vnus mori cõtigerit, altero ſuperſtite.

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO XIII.

CAſus,de quo agimus hic deciſus eſt per S. C. prout refert *Afflict.deciſ.*127.cuius præter alios meminit *Vinc.de Frāch. deciſ.*25.*&* 696.Nos deciſionem examinabimus, vt impleantur quæ diximus ad hanc *Conſuet. Obſeruat.* 2. *ſub num.*13.

1 Dicit igitur *Afflict.*fuiſſe deciſum, quòd ſoror vterina ſuccedat in antephato fratri vterino, aut ſorori,excluſis proximioribus ex parte patris eius, qui deceſſit, data ratione, quia ſcili-
2 cèt cauſa proxima ſucceſſionis attendi debet,& ſic matris,quæ habuit antephatum, & vndè bona peruenerunt in defunctum,de cuius agitur hæreditate,& quòd ità concordi animo cenſuerunt Domini de Sacro Cōſilio, nemine diſcrepante.

3 Ego,quamuis agnoſcam,veram eſſe rationem, & medium,quo *Affl.* vtitur ad deciſionem articuli, tamen,vt dixi *d. obſeru.* 2. ſcrupulum habeo in deciſione dubij principalis,*Affl.* enim in *deciſ.*vtitur authoritate *Napod. in Conſuet.iſta ſuper verbo obuenerunt, & ſuper verbo materna*, & neuter ex locis allegatis dicit id,ad quod allegatur,& miror,quòd *Affl.* alleget *Napodan. in ver.materna*,cū ipſe dicat, quæſtionē, pro qua allegat *Napodan.* non habere gloſſas antiquas *in addit.ad Napodan. num.*242.*in apoſt.* incip. *Iſtam quæſtionem nō habēt aliæ gloſſæ antiquæ*, quod & notauit *Io.Ang.Piſanellus in apoſtill.* quæ ſequitur,incip.*nota, quòd ſi mater*, & cùm detur,queſtionem adeſſe,prout voluit *Colutius Coppula, & Gaſpar de Leo*,qui ità retulerunt, fuiſſe deciſum ex teſtimonio *Io.Ang. Piſanelli loco* cit. creſcit admiratio, dùm *Affl.* citat pro deciſione articuli *Napod.* qui loquitur in diuerſis terminis, & quando eſſent in iiſdem terminis, allegata probant contrarium,vt eſt videre ex locis allegatis per ipſum.

Sed cùm dicit *Afflict.in apoſtill.*cit. deciſionē habere rationē, & aſſerit *in deciſ.* quòd determinatio illa debet menti teneri, quia prodeſt ad multa, operepretium eſſe duxi ſcribere quæ occurrunt circà deciſionem illam.

4 Videtur autem, quòd deciſio illa procedat ex mediis *ibi* allegatis, & ex aliis, quæ poſui *obſeruat.proxima*, *& præced.*

5 Verùm omninò falſa cenſenda eſt, attentis Conſuetudinibus noſtris, ſecūdùm quas debuit caſus decidi, ſuppono id etenim,tùm quia *Affl.* pro deciſione vtitur deciſione *Napod. in Conſuetud.* tùm quia caſus proponitur in ſucceſſione inteſtatæ,& ſucceſſio inteſtati iudicari debet ſecundùm leges,& ſtatuta,vbi bona ſita ſūt, vt notāt *Scribentes in l.* 1.*C.de ſumma trin. & Cancer.cap.*1.*de ſubſtit. num.* 38. vbi docet poſt multos,quos allegat,legem municipalem quando quis decedit ab inteſtato non habere locum quòad bona illius alibi exiſtētia, ſed debere attendi legem municipalem loci,vbi res ſita eſt,quod & probant *Conſuet.* noſtræ *in proœmio*,§.*per quod*, ibi, *in dicta Ciuitate Neapolis, eiuſquè diſtrictu*, & ibi *Napodan.num.* 335. & in aliis locis apud *Vinc.de Franch.deciſ.* 472. *nu.* 7. & nouiſſimè *Io. Baptiſta de Thoro* in elaboratiſſimo, & vtiliſſimo *compend. deciſ.Regni,tom.*1.*ver.Conſuetudo Neapolitana,fol.*172.*col.*2.Hoc ità ſuppoſito falſam eſſe deciſionem *Afflicti* probatur.

6 Primò, quia res,in qua ſucceſſerant filii,erat paterna,occaſione enim donationis propter nuptias,& antephati mulier rē poſſidebat,de qua iudicium erat, quinimmò & filii in ea ſuccedere
7 non poterant, niſi vt patris hæredes, ità enim filii ſuccedunt quòad antephatum,vt dicemus *infra in tit. de iure quartæ*,quapropter in filiis, qui matri ſucceſſerant res fuit paterna, & proptereà filiæ,quæ deceſſerat,igitur iure merito ſuccedere prætendebant proximiores ex parte patris, de qbus *ibi*, iuxtà diſpoſitionem huius *Conſuetudinis*

dinis Si quis , vel ſi qua .

Nec obſtat *Apoſtilla Piſanelli*, nàm procedit in diuerſo caſu , vt explicauimus *obſeruat.precedẽtibus* 11. & 12. & ſic cùm mater ſucceſſerat filio, de cuius hæreditate agebatur, non cùm mater filios reliquerat,quorum vnus deceſſiſſet,vt eſt in caſu *Afflict.*

Et deciſio relata per *Franch. deciſ.* 25. decidit ſolùm rationem,quã ponit *Afflict.*& cætera *Vinc. de Franchis* ſibi mutuauit à *Piſanello*, & alijs à *Piſanello* relatis, vt proindè intelligi debeat,prout loquitur *Piſanellus*,qui,vt modò diximus,loquitur in caſu à noſtro diuerſo , & ex his dubitaui ego ſemper de deciſione relata per *Affli.*

8 Nunc quia deciſio illa eſt Sacri Conſilij , & hac de cauſa defendi debet , puto ego ſaluari poſſe deciſionẽ, ſed alijs ex terminis,& quidèm tribus ex medijs .

Primò,quia antephatum illud,ſi originem acquiſitionis ſpectamus, vxor, & mater habuerat,non iure ſucceſſionis, ſed ex contractu,& ex pacto inito inter ipſam, & virum de lucrando antephatum caſu,quo vir præmorere-
9 tur , & hoc in caſu ſicut viro lucrante dotem nõ ſuccedunt proximiores ex parte matris , vndè dos exijt,ex traditione *Napod.*quã recepimus *obſeru.6. num.* 8. *ad hanc Conſuet.* ità in lucro
10 facto per vxorem vigore pacti reijci debuerunt proximiores ex patte
11 patris in caſu deciſionis *Afflicti* , nè ad imparia iudicentur vir,& vxor, & vna res plura reſpiciens determinabilia diuerſo iure contingat cenſeri, ad iura vulgata.

Secundò, quia quamuis antephatũ vxor habere debuiſſet in vſufructu tantummodò, tranſegit nihilominùs, ex relatis per *Afflict.* vt in locum antephati in vſufructu per filios ſibi daretur res ſtabilis In vſufructu, & proprietate , qua de re videtur mater
12 emiſſe à filijs, aut permutaſſe rem ſtabilem,dato in pretium, aut locum illius vſufructu , & Conſuetudo locuin non habet , cùm quis quærit titulo nõ lucratiuo, ſed intrat diſpoſitio Conſuetudinis huius,vt dicebamus *obſer.* cit.*n.*5.& not.*Montan.contr.*8.*n.*8.cùm quis titulo lucratiuo,non oneroſo acquirit ab aliquo ex linea patris, aut matris,ergò iuſtè Sacrum Conſilium admiſit ſororem vterinã,excluſis proximioribus ex parte patris,vndè bona cenſeri non poterant,dùm bona in cãbium recepta aſſumunt pretii, vel rei permutatæ naturam,vt obſeruat *Praſ. Amat.conſ.*47.*n.*16.

13 Tertiò, quia ex dictis filius rem ſtabilem non habuerat à patre , aut eius parte , ſed ex parte matris , dùm alienata re citrà fraudem in matre ex cauſa debiti paterni , & antephati vxor ità rem quæſierat, vt nõ ampliùs paterna dici potuiſſet, quæ in matrẽ, & ſic in lineam alienam tranſierat, ad notata *obſeruat.preced.* & alia ab hac *ſecunda*,& propterea non poterant in illa re ius prætendere proximiores ex parte patris , qui mortuo filió,non patris,ſed matris bona reperiebant obnoxia exindè ſorori vterinę,quę vte-
14 rinæ ſuccedere debuit , excluſis aliis proximioribus,ex cumulatis per *Praſid.de Franch. d.deciſ.*25.

Hæc ſunt, quæ habui,vt examinarẽ *Afflict. dec.* 127. tuum nunc erit (Lector)iudicium,an rectiùs impugnetur, aut ſaluetur quod in ea decidiſſe S.C. retulit *Afflict.*

SVMMARIVM.

1 *Proximiores vt obtineant ex Conſuet. an requiratur, quòd ſint ciues, & habitatores Ciuitatis Neap. & eius diſtrictus,& num.*11.& 15.
*Et an debeãt eſſe ciues ſimul,& habitatores,vel ſufficiat,quòd habitent , num.*17.

2 *Conſuetudines ſunt pacta ciuium , & leges locales,nec protrahunt iuriſdictionem extrà diſtrictum,et quarè.*

3 *Statutum non ligat forenſes.*

4 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *an diſponat circà perſonas, vel circà bo-*

na,& num.13.& 16.

5 *Conſuetudo diſponens circà perſonas, non porrigitur ad forenſes.*

6 *Conſuetudo quibus verbis dignoſcatur, quòd diſponat circà perſonas.*

7 *Prodeſſe regulariter non debet quod non nocet.*

8 *Statutum ſicut non nocet forenſibus, ità illos non ligat, nec comprehendit in fauorem,& num.10.*

9 *Statutum,& Conſuetudo reſpectu aduenarum æquiparantur.*

12 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *in eo, quod vocat proximiores,nihil variat à iure communi Romanorum.*

13 *Conſuetudo,quę diſponit de bonis,comprehendit tàm ciues, quàm exteros.*

14 *Statuta loci, in quo res ſita eſt,ſeruari debent,quotiès quæritur de iure proficiſcente ex re aliqua,ſiue de libertate,aut ſeruitute rei, & de facultate competente circà rem.*

18 *Incolæ ligantur* Conſuetudinibus, *& Statutis loci, in quo habitant.*

19 *Fruuntur priuilegijs,& commodis competentibus ciuibus.*

ARGVMENTVM.

Proximiores ex parte patris, aut matris,an oporteat,quòd ſint Ciues, vel habitatores in Ciuitate Neapolis, vt locũ habeat *Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, vel ſufficiat, quòd ſint proximiores, quanquàm exteri.

OBSERVATIO XIV.

1 MOuet quęſtionem iſtam *Ant. de Alex. hic in apoſt.* incip. *vidi dubitari, fol. mihi* 121. ſed eam relinquit indeciſam,prout conſueuit,quotiès aurigam non habuit *Napod.* Ego rem explicabo, quæſtio nămq; vtilis eſt,& nunc pendet de facto.

Videtur verò, quòd proximiores admitti nequeant ad ſucceſſionem vigore iſtius Conſuetudinis, niſi ciues ſint,& habitatores huius Ciuit.Neap. & eius diſtrictus.

2 Primò, quia Conſuetudines ſunt
pacta ciuium,ac leges locales, & hæc
iuriſdictionem non protrahunt extrà
diſtrictum, vt *alibi* dicimus, & probat *text.in l.fin. ff.de iuriſd.omn.iudic:*
& in ſpecie *Napod. infrà in Conſuet.*
Vbi domus, nu.70. & in Conſ.Pupillus,
verſ.habitatoribus, num.10. Vinc. de
Franch.deciſ.546. à num. 24. ſemper
3 enim certum eſt,quòd ſtatutum non
ligat forenſem,vt eſt *text.in l.1.in fin.*
ff.de tut. & cur.dat. ab his.

4 Secundò,quia Conſuetudo iſta diſponere videtur in perſonam,ibi,*proximiores ex parte, &c. ſuccedunt in bonis omnibus defuncto*, & Conſuetudo
5 diſponens circà perſonam,non porrigitur ad forenſes, vt docet *Bart. in l.*
cunctos populos, *C.de Summa Trinit.*
& Fide Cathol.in 2. quaeſt. in fin. & ſub
num.42.verſ.aut verba ſtatuti,ſeù Con-
6 *ſuetũdinis,* vbi explicat, diſponere
Cõſuetudinem circà perſonam, ſi diſpònat per hæc verba, *primogenitus ſuccedat*,ergò nullatènus poterit petere forẽſis,vt admittatur vigore huius Conſuetudinis.

Tertiò, id videtur probari debere ratione ſeruandæ æqualitatis, ſi .n. ciuis,aut habitator Neapolis non poteſt prætendere ex beneficio harum Cõſuetudinum ſucceſſionem eorum, qui non habitant hìc, & ſunt alterius diſtrictus,quam Neapolis,nec exterus gaudere debet quòad bona moriẽtis intrà diſtrictum, regularitèr enim
7 quod non nocet,prodeſſe non debet,
arg. *l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.l.vnica,C.de caduc.toll.in* §.2. per quæ iura
docuit *Guido de Suzaria in quodlibeto*
relato per *Alexand.conſ.100.lib.3.n.2.*
8 quòd ſtatutum ſicut non nocet forenſibus,& eos non ligat, ità non intelligitur eos comprehẽdere in fauorem,
& certum eſt, reſpectu aduenarum
9 æquiparari Statutum, & Conſuetudinem,vt inquit *Cephal.conſ.26. nu.16.*

&

& in ſpecie quòd ſicut non nocet, ità non proſit forenſibus,norat *Rom. conſ. 491. Anchar.conſ. 169.* & alij, de quibus *D.Reg.Capyc.Latr.* poſt hæc ſcripta viſus *conſuls. 156.n.44.*

10 Hæc ſunt,quæ in quæſtione ſtatutaria conſiderauit *Rota in decíſ. 295. nu. 3. par. 1. in nouiſſim.* cum cæteris apud *Theſ. lib. 2. quaſt. forenſ. 4. à num. 7.* præſertim *Paul.Caſtr. conſ. 224.* quem refert *Capyc. in proœmio Caroli, fol. mihi 45. in apoſt.* incip. *ad quaſtionem tactam ſuprà per D.Ant.de Alex.* qui proptereà allegatur contrà forẽſes à *Molfeſ. par. 2. de perſ. q. 1. ſub n. 9.*

11 Ego tamen, quicquid hæc inferãt, puto verius eſſe,quòd admittantur ad ſucceſſionem vigore iſtarum Conſuetudinum proximiores,quamuis forenſes,& aduenæ, quinimmò quamuis & in Vrbe proximos decedens reliquiſſet, qui tamen pręcederentur ab exteris in gradu,ità enim reperio fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa illorum de Lembo,referente *Vinc. de Franch.* tunc Regio Conſiliario,deuolutaquè cauſa per appellationẽ à Magna Curia in anno 1571. vt eſt videre apud *Iacob. Ancllum de Bottis in addit. ad Napod. in d.Conſuet. Pupillus, in glo. bona, ſub num. 8. in apoſt.* incip. *in cauſa Lemborum, fol. mihi 391.* & refert idẽ *Vinc.de Franch. in calce Conſuet. in 2. addit.* incip. *in codẽ proœmio*, vbi cotas allegat,& rationes, obſeruant *Molfeſ. loc.* ſup. cit. *et Lalius Caputus in pralud. §. 5. de perſon. qua in loco, num. 20.*

12 Et probatur aſſertio ſimul & deciſio, quia Conſuetudo iſta non diſtinguit exteros à ciuibus, ſed tãtùm dat formam ſucceſſionibus,caſu,quo quis ab inteſtato moriatur, & ſi vocat proximiores,in nihilo reſpectu diſpoſitionis in hac parte immutat ius commune Romanorum,quod quia commune eſt omnibus, tàm Ciuibus Neapolitanis,quàm aliarum Vrbium, in quibus viget, optimo iure comprehendet & ciues, & aduenas generalitèr, prout loquitur.

13 Item quia Conſuetudo diſponit de bonis,ibi, *in bonis omnibus, &c.* & Conſuetudo, quæ diſponit de rebus,tàm exteros comprehendit, quàm ciues, & incolas,ex doctrina *Bart. loc.* cit. *nu. 42.* eſtq; veluti regula, quòd cùm quęrimus de iure quopiam proficiſcente

14 ex re aliqua,ſiue de libertate,aut ſeruitute rei,ſiue de facultate competente circà rem,debent ſeruari ſtatuta loci,in quo res ſita eſt, *l. ſi ſint harede, §. Lucius, ff. de adm. tut. l. an in totum, C. de adific. priuat. l. venditor, §. ſi conſtat, ff. cõm. prad. l. forma, ff. de cenſib.* not. poſt *Cyn.* & alios, quos citat copioſiſſimus *Andr. Tiraqu. de retr. lign. §. 1. glo. 1. nu. 2.* & in propria materia ſucceſſionis

15 vigore ſtatuti,& Conſuetudinis probat *Frãciſcus de Ramponibus conſ. 34.* inter *conſ. Calder. de teſtam.* & latiſſimè relatis ferè innumeris *Theſ. d. q. 4.* vbi contrarijs latiſſimè, ac ſigillatim reſpondet *num. 10. & 11.*

16 Vndè non obſtat primum,& ſecundum obiectum ex defectu iuriſdictionis in Cõditoribus ſtatutorũ, & quòd Conſuetudo loquatur in perſonam, nàm verius eſt,Conſuetudinem loqui de bonis,poſt *Molfeſ.* not. *Caput. loc.* cit. qui dicit,id expreſsè tenere *Napodan. hic in ver. bonis omnibus, num. 174.* ſed fallitur,niſi dicas, *Napod.* id ſupponere in illis verbis, *reſpondeo non, nam quotiès hoc ius ſtatuit ſuper rebus, &c.* nàm hoc nõ eſt expreſsè dicere, prout putat *Caputus.*

Verùm Conſuetudinem cõprehendere etiam non ſubditum, quòd conſiderauerit Conſuetudo ſolùm effectũ acquiſitionis,qui effectus oritur intrà territorium ſtatuẽtis,& de illo effectu potuit ſtatuens diſponere, conſiderat *Frãciſcus de Ramponibus loco* cit. antè *num. 2.* & alijs additis rationibus latiſſimè *Salas de legibus, tract. 14. diſp. 10. ſect. 16. & diſp. 14. ſect. 4.* præſertim *nu. 45. §. alia opinio, Petrus Peck. lib. 4. de ſucceſſ. c. 11. à n. 3.* & antè hos *Alex. conſ. 111. lib. 7.* quod fuiſſe allegatum ad deciſionẽ huius articuli ꝓbat *Ad-*

dit.Vinc.de Franch.loco cit. & iuxtà illud *Alex. conſilium* fuiſſe iudicatum, refert idem *Alex. conſ.* 41. *eod. vol.* vbi *Moderni* addunt, eſſe id indubitatum, & quando non poſſet comprehẽdere, quod negatur ex prædictis, ſufficit, quòd exterus vocetur per ius commune Romanorum, & non excludatur à Conſuetudine, vt ſuprà eſt dictum, & conſiderat *Theſ. loco* cit. *ſub n.* 10.

Nec circà id ſcrupulus eſſe poteſt in materia Conſuetudinis huius, quæ, vt patet ex litera, vtrũq; reſpicit, & bona ſcilicet, & perſonas, idq; indefinitè, quo caſu Conſuetudinem comprehẽdere forenſes, probant relati per *Molfeſ. loco* cit. *ſub nu.* 7. quamuis alleget *Gabriel.* ad hoc *de Statut. concl.* 8. *n.* 13. vbi non dicit, ſed *in concl.* 9. *n. vlt.*

Etiam quia Conſuetudines noſtræ habent pro ratione finali, vt bona cõſeruentur in familia, ex qua exierunt, vt dicimus *alibi*, & hoc in caſu, quòd Conſuetudo ſemper includat forẽſes pro bonis ſitis in diſtrictu, ſiuè loquatur in rem, ſiuè in perſonã, docuit *Salas loco* cit. & *Surdus* poſt alios, quos congerit *lib.* 3. *conſ.* 343. *n.* 9.

Hiſq; ità reſolutis nec obſtat tertiũ de æqualitate ſeruanda, nàm & cùm exterus habebit bona in Ciuitate Neapolis, non impedietur ciuis ſuccedere, & hinc ceſſet inæqualitas, cos etenim ligari Conſuetudine actiuè, & paſſiuè, probat *Molfeſ. loco* cit. *num.* 5. *et* 9. *& Caputus ſub d. num.* 20. ex quibus, & aliis ſuprà diſcuſſis mirum eſt, quòd *Capycdio* oſcitantèr pertranſierit in hac re, citato ſolùm *Paulo Caſtr.* cum quo videtur idem ſenſiſſe, quamuis Conſuetudo loqueretur in rem, & non in perſonam; cùm potiùs debuiſſet contrarium aſſerere, nulla habita ratione de diſtinctione *Bart.* circà ſtatutum, & Conſuetudinẽ, q. loquatur in rem, & de bonis, aut in perſona; quam etſi referat ex *Vinc. de Franch. deciſ.* 546. *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit.* 9. *de ſucceſſ. mulier. num.* 7. eam eſſe reprobatam dicit *Theſ. loco* cit. *ſub num.* 11. poſt alios, quos citat.

17 Erit tamen aduertendum, quòd ſi quandoquè contrarium quis voluerit amplexari, non oportebit, quòd proximior ciuis eſſe debeat, & habitator, ſed ſufficiet, quòd vel ciuis ſit, vel habitator, iuxtà not. per *Napod. in Conſ. Vbi domus, infra de iure cõgni, in verſ. contrà ciuem, num.* 71. vbi docet, non eſſe legendam literam *tex.* illius coniunctim, quòd ſcilicèt requiratur, aliquem eſſe ciuem, & habitatorem, ſed ſeparatim, & alternatiuè, quòd aliquis ciuis ſit, aut habitator, & incola in Ciuitate Neapolis, vt videbimus *ibi*, &

18 benè, quoniàm enim incolæ legibus, & ſtatutis, atquè Conſuetudinibus loci adſtricti ſunt, in quo habitant, vt dixit *Andr. Gayl lib.* 2. *obſer.* 35. *num.* 5. *&* *ibi* doctiſſimus *Bernar. Graeci, Menoch. conſ.* 672. *à num.* 2. *Andr. Knich. de ſubl. & reg. terr. iur. cap.* 3. *nu.* 158. conuenit,

19 vt frui debeant commodis, priuilegiiſq; ciuibus competentibus, vt probat *Sund. conſ.* 59.

S V M M A R I V M.

1 *Onera contracta per defunctum quomodo ſolui debeant à ſucceſſoribus ex* Conſuet. Si quis, vel ſi quà, *data diſtinctione bonorũ, & nu.* 4. 7. *&* 10. *& quid ſi debita sũt ex chirographo, n.* 6. *Quid cùm non confecerint inuentarium, num.* 13.

2 *Hæres eſt defuncto qui in eius bonis ſuccedit, & an ſit qui ſuccedit proximior ex parte patris, uel ex parte matris, & an vterq; & n.* 10.

3 *Proximiores ex parte patris ſuccedũt ex Cõſuetudine in bonis defuncti propriis.*

5 *Onera contracta à milite quomodò diuidenda inter ſucceſſores, & n.* 8.

8 *Paganus nõ poteſt habere, niſi vnicum patrimonium, licèt res habeat in diuerſis locis.*

9 *Patrimonium cùm ſcinditur, ex forma Conſuetudinis, aut ſtatuti, non debet alterari conditio creditorum.*

11 *Proximiores ex* Conſuet. Si quis, vel

ſi quà

ſi qua an res habeant titulo hæreditario, vel prælegati ex Conſuetudine.

12 *Hæredes debent conueniri pro ære contracto, non qui habentur loco legatariorum.*

14 *Onera quomodo diuidenda inter hæredes in feudalibus, & burgenſaticis.*

ARGVMENTVM.

Proximior ſuccedens vigore huius Conſuet. an teneatur ad æs cõtractum à defuncto, quomodoquè id diuidi debeat, data diſtinctione bonorũ, & quis defuncti hæres dici debeat, proximior ex parte patris, an verò qui eſt ex parte matris.

OBSERVATIO XV.

1 QVoniam verò data ſucceſſione eſt veluti ſuccedaneum onus, quod ordinario iure commoda ſequitur, congruit, vt locũ hic faciamus quæſtioni, quã agimus, quę nõ ità facilis eſt, vt prima facie videri aliquibus poſſit, noſtri enim data quæſtione in ſtatutis ſimilibus, in varias iuerunt ſententias.

Videtur verò quibuſdam, quòd ſolui debita integrè debeãt à proximioribus ex parte patris, ſi à defũcto proponantur contracta, iſti namquè hæredes eſſe defuncti videntur, eſt enim
2 defuncto hæres, qui in defuncti bonis proprijs; aut aliter obuentis ſuccedit, vt probat *Mieres in Conſtit. Cathal. Los impubers; nu.* 28. & tamen certum om-
3 ninò eſt, ex Cõſuet. iſta in bonis defuncti proprijs proximiores iſtos ſuccedere, ex verbis illis, *in bonis omnibus*, & aliis *pręterquàm in bonis maternis*, vt *ſuprà* non ſemel. obſeruauimus.
4 Alii diſtinguendum putant ex doctrina *tex. in l. hi ac quæritur, §. poteſt, ff. de pecul.* quòd aut agitur de onere cõtracto ex cauſa cõcernente bona materna, & teneãtur proximiores ex parte matris; quòd ſi ſecus, proximiores ex parte patris teneantur, qui in bonis omnibus ſuccedunt, ad quòd facit *tex. in l. ſi certarum, §. 1. ff. de milit. teſtam.* qui diſtinctionem hanc enixè
5 probat reſpectu onerum contractorũ à milite.
6 Et data hac diſtinctione nullus eſſet ſcrupulus reſpectu debitorum chyrographariorum, quòd omnia ſolui deberent per proximiores ex parte patris; dùm in iis non ſolet ſcribi cauſa, ex qua debitum deſcendit, ſed ſcribi ſoleãt pro totidem acceptis in numerato, vt liquidò creditum probetur, & exigi valeat.
7 At quoniam diſtinctionem iſtam reprobant omnes, qui eam referunt. ſ. *Guilselmus de Cuneo*, qui fuit author quæſtionis huius *in d. §. poteſt*, & à quo mutuauerũt ferè verba eadem *Alber. de Roſ. ibid. nu. 5. verſ. vlt. inducit Guielmus hunc §. Paul. Caſtr. ſub num.* 3. *Alex. conſ. 3 1. lib. 1. ſub num. 9.* & benè; quia *tex. in d. §. poteſt, & in d. l. ſi certarum, §. 1.* loquitur; quando tempore celebrati contractus defunctus habebat diuerſa patrimonia, erantq; diuerſa pecalia in caſibus illorum iurium; ſed in caſu noſtro viuente defuncto, cui aliquis credidit, non erat, niſi vnũ patrimonium, quamuis conflatum ex rebus paternis, maternis, & propriis, vel ſtabilibus, & mobilibus; vt eſt in caſu ſtatuti, in quo diſputant ſuprà citati *Doctores*, quia iura dicunt
8 Romanorum, quòd paganus non poteſt habere, niſi vnum patrimonium, licèt res habeat in diuerſis locis, quia omnes faciunt vnum patrimonium; *l. iuriſperitos, §. cùm oriundus, ff. de excuſ.*
9 *tut.* & quando per mortem tale patrimonium ſcinditur ex forma Conſuetudinis, & ſtatuti, non debet alterari, & deterior effici conditio creditorum, *l. 2. §. his, ff. de verb. oblig.* & not. latè,

aliud

aliud tamen agens *Io. de Imola in l. ex facto la* 2.quæ eſt 35.*nu.*23.*ff.de hared. inſtit.*

10 Putat *Paul.Caſtr.loco* cit. æqualitèr
teneri ad onera qui ſuccedunt proxi-
miores ex parte patris, aut matris, li-
cèt non habeant æqualitèr bona, arg.
*d.l.ex facto,ff.de hared.inſtit.*ſi tamen
ſint qui ſuccedunt æquales in gradu,
eo etenim in caſu,dicit *Paul. de Caſtro*
videri proximiores hæredes æquali-
11 tèr quantum ad ius hæreditarium, &
alias res videri habere iure prælegati,
ex diſpoſitione ſtatuti,quod non diſ-
ponit ſuper iure, ſed ſuper rebus cor-
poralibus,& ſic tenebuntur æqualitèr,
licèt non habeãt æqualitèr bona,quia
certum ſit,hæredes debere conueniri,
12 non qui habentur loco legatariorum,
l.quoties,ff.de hared.inſtit.

13 Ego tamen ſequor *Gulielm.de Cuneo*,
Alberic.& Alex. ſentẽtiã *loc.* cit.teneri ſcilicet qui ſuccedũt vigore harum Conſuetudinum pro portionibus hæreditariis,ſi tamen confeeerint inuentarium, ità vt quiſquè teneri debeat pro rata bonorum,in qua ſuccedit, & ſecũdùm eam diuidi æs, quod defunctus contraxit, æſtimatis bonĩs,& ille, qui plus habet,plus ſoluat, ità enim relata *Cunei*, & aliorum ſententia tenet in terminis huius Cõſuetudinis *Camer.in c.*1.*an agnatus*,*ſub nu.* 158. poſt *Ant.de Alex.*qui monet hęc mentinenda *in apoſt.* incip. *ad intellectum huius Conſuet.ſub num.*121. vbi dicit, *Paulum Caſtr.* in eo, quod retulimus malè fuiſſe loquutum contrà *Gulielm. de* Cuneo.

Et in terminis Conſt.Cathaloniæ ſimilis huic noſtrę Conſuetudini, quòd æs alienum veniat ſoluendũ inter eos, qui ex ſtatuto ſuccedunt pro rata bonorũ,quæ poſſidet,tradidit *Roias* poſt multos,quos citat *in epith.ſucceſſ.c.*30. *num.*25.*in fin.& Cancer.var.reſol. c.* 1. *de ſubſtit.ſub n.*39.

Nec obſtat quod dictum eſt de cõditione creditoris,quòd alterari non debeat,nàm ſibi nullum paratur præiudicium, dùm ſibi ſoluitur quod debetur.Item & ſecundò,quia nunc non agimus de electione creditori tollenda, ne conueniat quem velit, ſed potiùs differentias componimus inter eos,qui ſuccedunt, ſeruandumq; cùm eſſe cenſemus, quòd iura conſtituunt inſtitutis pluribus ab vno, eodemquè debitore,fruſtrà cõquæritur creditor.

14 Præſertim eùm in Regno pro lege ſit habenda diſtinctio bonorũ quòad onera ſoluenda, quando Regis Ferdinandi I. tèmporibus fuerit per eius Conſilium decifum in cauſa Fratrum de Barrili circà diuiſionem bonorum ſtabilium burgenſaticorum, & feudalium, quòd pro rata bonorum onera diuiderentur,vt refert *Ant. de Alex.loco* cit. vbi multas alias conſimiles coaceruauit deciſiones, quas & recenſuit *Molfeſ.par.*2.*de bonis*, *q.* 12. *num.*24.*& ibi in addit.tom.* 2.*n.*9. poſt *Vinc.de Franch.dec.*159.& alios,quos refert vterq; & poſt *Capyc. & Marin. Frec.Camill.de Curt. in diuerſ. feudali,fol.*24.*num.*17.

Et ex his facilè dignoſci poteſt, quàm inſulè inſudauerit *Camillus de Laratha* in fideicommiſſo illo legali, quod prętendit eruere ex hac noſtra Conſuetudine in ſuo *conſ.*115.præſertim *num.*27.per *gloſ.in l.in teſtamento, verſ.ſucceſſerit*, C. *de impub. & alijs ſubſtit.*& tradita per *Peregr. de fideic. art.*19.

Nam ſi tenetur ſueceſſor ad onera, non video,ad quid deſeruiat inductio hæc fideicommiſſi legalis.

Tantò magis, quòd Conſuetudo hæc non fecit aliud,quàm deſignare ordinem ſuccedendi, & non qualitatem, ac modum, ità vt alio titulo capiat,quàm hæreditario, & ſic malè applicatur terminus fideicommiſſi, quod ſolet conſiderari, vt quis rem ſaluam habeat, ac nullo æri obnoxiã, quod ſit cauſatum ab vltimo moriẽte

SVMMARIVM.

1 *Annui introitus ſi vẽdãtur à defuncto ſuper bonis paternis, aut maternis, an ſoluantur à ſucceſſoribus pro rata, vel ab eo, qui ſuccedit in bonis, ſuper quorum fructibus eſt facta venditio, & num. 3. & 5.*

2 *Annui introitus quibus ex Conſtitutionibus, & quarè emantur, aut vendãtur ſuper fructibus rei ſtabilis.*

4 *Annui redditus ſi vendantur ſuper re feudali, an ſolui debeant ab hærede in feudalibus ſolùm, & an pro rata ab hærede in burgenſaticis.*

6 *Obligatio perſonalis, & hypothecaria non differũt quòad debitorẽ, ſed diſſidentibus creditoribus præfertur hypothecarius.*

7 *Succeſſores vigore* Cõſuet. Si quis, vel ſi qua *ſuccedunt defuncto cum qualitate hæreditaria.*

8 Præſ. de Franch. deciſ. 159. *defenditur contrà* Reg. Camilli de Curte *impugnationem.*

9 *Succeſſor in feudalibus contribuit in debitis pro rata cum hærede in allodijs, quamuis non fuerit à defuncto inſtitutus in feudis.*

10 D. Reg. Camillus de Curte *laudatur.*
Fuit perpetuus contradictor deciſionũ, quas compilauit Præſ. de Franch. *ibid.*

11 *Venditio annuorũ introituũ ſuper fructibus feudi an ſit vera alienatio, & diſmembratio à patrimonio, & n. 17.*
In ijs an, & quando ſuccedat primogenitus emptoris, emptorq; ſoluat releuium, & adhoam, ibid. & n. 14. & 19. & num. 23.

12 D. Fabius Marcheſius *Papinianus Regni Neapolis, & Princeps Aduocatorum, & Conſultorum ſui temporis.*

13 D. Andreas Marcheſius Prç̃ſ. S.R.C. *laudatur.*
Feudorum interpres in Regno, ac Doctor inſignis, num. 15.

16 D. D. Gaſpar de Soto Regius Conſiliarius *laudatur.*

18 *Prorex prohibetur aſſentiri vbi inducitur feudi diuiſio, & diſmembratio dominij.*

20 *Annui introitus cùm venduntur ſuper fructibus feudi, obligatio eſt perſonalis, et quomodò tunc feudum accedat.*

21 *Eorum venditio an valeat abſque voluntate, & domini aſſenſu.*

22 *In ijs ſuccedi̇tur ſecũdũ* Conſuet. *Neapolitanam tanquàm in allodialibus.*

ARGVMENTVM.

Proximiores, qui ſuccedunt ex hac Conſuet. an contribuant in debitis à defuncto contractis pro rata bonorũ, in quibus ſuccedunt, quamuis venditio facta ſit ſuper bonis paternis, & proprijs, non autèm maternis, & è contrà, & an ſuccedant cum qualitate hæreditaria.

OBSERVATIO XVI.

1 QVòd ſi vẽditio facta eſſet annuorum introituum ab eo, qui decedit ſuper bonis paternis, aut maternis, an procedant quæ diximus *Obſeruat. præced.* opportunum hìc erit inueſtigare, frequens enim eſt modus
2 in annuis introitibus emere, aut vendere ſuper fructibus certæ rei ſtabilis ad validitatem contractus, ex Bullis Summorum Pontificum *Nicolai V.* cuius Bulla eſt inſerta *in prag. 1. de cenſ. & Pij V.* quam inſeruit *Nauar. in ſuo manuali, cap. 17. ſub num. 235.* explicatis ad id Conſtitutionibus *Martini, & Caliſti,* de quibus *in ėxtrauag. de empt. & vend.*

3 Et videtur, quòd tunc ſolui debitũ oporteat ab eo, qui ſuccedit in bonis, ſuper quibus eſt facta venditio, videtur enim, quòd facta vẽditione introituum ſuper certo fundo abſceſſerit do-

dominium pro quantitate vendita, &
per conſequens quando proximior in
bonis illis ſuccedit,ſoluere debeat ꝑ
totidèm,quos accipit ex re,quã poſſi-
det, vel non ſucceſſiſſe in re, quæ pro
quantitate debiti reperta non eſt in
patrimonio defuncti,ſed abſceſſit in
vita,& tempore permiſſo.

4 Ad ſimilitudinem eius,quod dicũt
de annuis introitibus venditis ſuper
re,& corpore feudali,quòd nimirùm
ſolui debeant ab hærede,qui ſuccedit
in feudalibus obligatis, & non ab hæ-
rede,qui ſuccedit in burgẽſaticis,& in
allodiis, iuxtà ſententiã *Reg. Camilli
de Curte in diuerſ. feudali, fol.24.à nu.*
18.vbi id latè probauit,examinata, &
explosa deciſione S. C. quam refert
Vinc.de Franch.in eius dec. 159. quod
& tenuit *Molfeſ.par.2. de bonis, queſt.
12.num.8.& Io.Garſia de expenſ.& me-
liorat.cap.4. à n.*40.

5 His tamen non obſtantibus teneo
ego,idem iuris eſſe in caſu præſenti,
ac in caſu cõſiderato *Obſeruat.praced.*
& ſic debere pro rata debitum ſolui à
ſucceſſoribus in bonis paternis, ma-
ternis, & proprijs, ſiuè in perſonam
concepta obligatio proponatur, ſiuè
facta venditio annuorum introituum
ſuper fructibus certi corporis,aut prę-
dii, quamuis illud ex bonis propriis
ſit,maternis,aut paternis, dummodò
tamen adſit pactum de retrouendẽdo,
& promiſſio ſolutionis annuorum in-
troituum de propria pecunia.

6 Moueor,quia dato ſimplici contra-
ctu vẽditionis annuorum introituum,
in nihilo differt quòad debitorem, &
eius hæredes à ſimplici obligatione
perſonali,hypotheca enim in obliga-
tionibus priuilegium habet diſſiden-
tibus creditoribus in actione reali, &
hypothecaria,aut perſonali,& propte-
13 Octauò, quia ità fuit deciſum per vtrunq; Conſilium, Sanctæ Claræ nimirùm,& Collaterale diſputato effectu ſolutionis deſtinatæ in Ciuitate Neapolis,etiam in caſu reemptionis, & de propria pecunia per *Dom.Conſil. Minad.in conſ.*12. facta etenim cum hoc pacto venditione annuorum introituum ſuper gabella Molæ fuit dictum per S.C.introitus prædictos eſſe extrà diſtrictū, & in iis nō habere locum Conſuetud. Neapolit. inter Ant. Mariam, & fratres de Geſualdo, & Comitem Muri, ſiuè Duciſſam Grauinæ, & Iſabellam Ferrellam eius filias, vt refert *D. Reg. Rouitus loco* cit. qui ſubdit, quòd cùm ab hac ſententia S. C. reclamaſſent hæredes Comitis Muri,fuit ſententia cōfirmata in Collaterali Conſilio,& ſimilē deciſionem ego reperi fuiſſe factā per S.C.in cauſa D.Marij, & aliorum fratrum de Beltrano referēte quond. Conſiliario Palatio die 4. Martij 1614.in proceſſu dicti D. Marij, & fratrum ſuper petitione bonorum antiquorum in banca nunc Solatij, fuit enim dictum,partitam duc.mille venditorum per Comitem Miſanei ſuper gabella ſerici qu. Principis Biſiniani nō ſubiacere Conſuetudini,quàmuis ſolutio annuorum introituum fuiſſet promiſſa de propria Comitis pecunia, & in Ciuitate Neapolis, vt ex inſtrumento præſentato in *d. proceſſu fol.* 177. *in fine,& à ter. in princ.* & decreto exindè lato *fol.* 206. *à ter.*

14 His tamen non obſtantibus puto ego, annuos introitus, ac reditus à Ciue Neapolitano emptos, quàmuis ſuper rebus immobilibus ſitis extrà diſtrictum cenſendos eſſe, vti res ſitas in Ciuitate, & propterea ligari Conſuetudinibus,dato pacto ſolutionis in Ciuitate,& eius diſtrictu de propria vendentis pecunia, etiam in caſu reemptionis.

15 Moueor primò ex deciſ.*tex.in l.quæro,an curatoribus* 100.*ff.de ſolut.*vbi dicitur, datis pluribus curatoribus in Italia,ſ. & in Prouincia rē ſpectare ad eos, qui adminiſtrant in loco, vbi eſt deſtinata ſolutio, per quem *tex.* dicit

16 *Alex.conſ.*16.*ſub n.*2.*circa fin.*ꝙ nomina,quorum ſolutio eſt deſtinata in aliquo loco ſpectant ad eum, qui ſuccedit in loco, quamuis ſit alibi contractum,& extra locum.

17 Secundò, ex allegatis per *Lapum alleg.*91.*ſub nu.* 8. vbi concord. affert

Man-

Mandoſ.in addit.lit.S.& T. vbi docuit,
quòd debitum contractum in Italia,
& ſoluendum in Italia annumeratur
bonis Italicis, contractum verò, & ſol-
uendum in Anglia annumeratur bo-
nis Anglicis, & *Lapum* ſequũtur om-
nes, ergò debitum cõtractum Neapo-
li,& eius diſtrictu,cuius ſolutio eſt de-
ſtinata in Ciuitate,& diſtrictu Neapo-
lis,debet annumerari in bonis Neapo-
litanis, & per conſequens cenſeri ſe-
cundùm Conſuetudines Neapolita-
nas, quod & probat apertiſſimè *tex.in
l.ex facto 35.ff. de hæred. inſtit. in §.re-
rum autem,in fin.*

18 Tertiò, quia ſecundùm hanc opi-
nionem ſępiùs eſt iudicatum,atteſtan-
tibus viris grauiſſimis,qui ità iudica-
runt, quorum primus in Ciuitate eſt
Ant. de Alex. vir in iure Romanorum,
& noſtro municipali diù, ac ſummo
cum nomine verſatus, qui quampluri-
ma ſcripta edidit, & Supremos Magi-
ſtratus adeptus fuit,vt in parte memi-
nit *D.Reg. Rouitus loc,*cit. *ſub nu.* 76.is
enim cum *Domino Marcello Gazella*
viro item clariſſimo hoc in puncto de-
cidit in cauſa mota inter filios quond.
Cęſaris Pignatelli ſuper teſtamẽto Si-
giſmũdi Pignatelli,vt ipſe refert *in Cõ-
ſuet. Si aliquis moriens,infrà de ſucceſſ.
ex teſtam.in apoſt.* incip. *Nota, quòd po-
teſt accidere, in verſ. quid autem in no-
minibus debitorum, fol.*162.quem locũ
forſan non vidit *Caputus loco* infra cit.
cùm dixit *ſub num.3.fol.43. D. Ant.de*
19 *Alex.* hoc cenſuiſſe in cauſa Marcelli
Gazellæ.

Et idem tèr fuiſſe iudicatũ per S.C.
temporibus *D.Præſid. de Franch.* ipſe-
met refert *deciſ.93.159.& 280.* & re-
tulit *hìc D.Conſil.de Bottis in addit.* in-
cipien. *Secundùm hãc opinionem, d.fol.*
162. quod & verum cenſuit Sacrum
Conſ. in annuis reditibus venditis ſu-
per Dohana menepecũdũ Apulię in
dicta cauſa fratrum de Beltrano, vt ex
decreto *d.fol.206.à ter,*

Vndè ſtãtibus deciſionibus in pro-
priis terminis totiès editis, & à viris
grauiſſimis cenſeo ego,ità inductum
20 eſſe ſtilum iudicandi in hac Ciuitate,
& Regno,vt ab eo non poſſit abſq; no-
ta temeritatis recedi, debereq; ità in
futurum decidi,vt probat mihi *tex. in
l.nàm Imperator, ff. de legib. in l.an in
totũ,C.de ædific.priuat.et in §.1.auth.de
reſtit.& ea,quæ parit in 11. mẽſe,* obſer-
uant *Theſ.deciſ.33.verſ.quòd ſi tèr, vel
quatèr, et D.Præſ.de Franch.dec.238.
num.3.*& latiùs *in deciſ.470.per tot.*

21 Nec obſtant contraria, & primò
quod finximus in primo argumẽto ex
Montano, nam minor,in qua conſiſtit
vis argumenti nullo jure probatur,
quinimmò reprobatur ex allegatis p
Lapum d.alleg.91.& per *tex. in dict. l.
quaro.*

22 Secundò,non obſtat ſecundum, &
ſextum argumentum ductum, ex quo
annui reditus ſint pars rei, ſuper qua
venduntur,nam id verũ nõ eſſe proba-
uimus *Obſeruat. præced.* vbi diximus,
argumentum prædictum damnatum
fuiſſe per Sac.Conſ.in cit. *deciſ. Dom.
Præſid.de Frãch.93.159.& 280.* & no-
tat *Caputus loco* infrà citãdo *ſub n.*11.

23 Tertiò,non obſtat tertium, nam ſi
annuus reditus cùm conſtituitur,quæ-
ritur ius percipiendi illam annuã pen-
ſionem in doctrina eorum,qui tenent,
quòd Conſuetudines in eis locum nõ
habeant, ius hoc non poteſt conſide-
rari in loco extrà diſtrictum,quia iura
loco non circumſcribuntur, quod ta-
men videbimus *Obſeruat.* 19.

24 Quartò,non obſtat quartũ, & quin-
tum argumẽtum,nàm laborat eodem
morbo, quo primũ in probatione mi-
noris,ſuper qua innititur argumẽtum,
& falſum omninò eſt quod dicitur,pa-
ctum circà deſtinationem ſolutionis
eſſe ad faciliorem exactionem, nàm
potiùs exindè arguitur mens ementis
annuos introitus, quòd voluerit eos
deberi Neapoli, aut in eius diſtrictu,
vt cenſerentur de diſtrictu, & quòd in
diſtrictu eſſent,argum. *l.quotiès,ff.de
reb.dub.& l.miles, qui deſtinauerat,ff.
de teſtam.milit.*& quòd ſecundùm cõ-
ſide-

ſiderationem exactionis deſtinatæ de neceſſitate ſit iudicandum, & contrahentes ità ſentiiſſe docuit *Soc.d conſ.* 101.*num.* . . . *in verſ.vndè cùm in caſu noſtro.*

25 Quintò, non obſtat ſextum argumentum, quòd pactum ſolutionis deſtinatæ in loco non conſideratur ad finem quærendi ius vni potiùs, quàm alteri, nàm deſtruitur ex dictis *num.praced.* qui enim deſcribit locum Neapolis, & diſtrictus ex deſtinatione ſolutionis, creditur id feciſſe, vt Conſuetudines Neapolis locum haberent, & ſecundũ eas agnatis, aut cognatis emptio quæreretur, etiam nè dici poſſit, homines in Ciuitate ità agere, vt velint, quòd leges municipales locum in bonis eorum non habeant, contrà iura aperta.

26 Sextò, nõ obſtat, quòd citati in ſeptimo argumento *num.*12. teneant cõtrà iſtam, quam ſubſtinemus ſententiam, nàm & nos pro noſtra ſententia plures numero Doctores habemus, nimirũ *D.Ant.de Alex.D.Marcellũ GaZellam, D.Præſid.de Franchis, D.Conſiliarium de Bottis locis* ſuprà cit. *Conſiliarium Minad.conſ.*12.*num.* . . . *Molfeſ. d.q.*12.*num.*11.*Caput.d.§.6.de his, qua in loco, num.*11. qua de re non videtur fieri debere multa vis in Doctoribus, qui allegantur pro cõtraria ſententia, præſertim cùm *Dom. Regens Rouitus* non iudicando, ſed conſulẽdo ſcripſerit pro prima ſentẽtia, vt Clièti in cauſa morem gereret, quam defendebat, & poſtmodum ſcripſit obitèr, & aliud agens reſpectu functionum fiſcalium, & *Dom. Conſiliarius de Anna* ſcripſit, ac defendit contrarium eius, quod dixerat *loco* ſup. cit. in alio eius *conſ* 92. *num.*50. & quod magis eſt, ſententiam, quam habuit *in conſ.* 45. expreſsè reuocauit in alio conſilio, quod edidit apud *Præſid.Amatum conſ.*78.*ſub num.* 1. dicens, tunc non cõſideraſſe totpacta, & difficultates, & huius ſententiæ pro deſtinatione ſolutionis in Ciuitate videtur ſatis expreſsè ſentiiſſe *Præſident. Amatum conſil.* 77.*ſub nu.* 30. *verſ. ſi itàq; tàm ex Conſuetudine, &c.*

27 Septimò, & demùm nõ obſtant deciſiones allatæ in contrarium, nàm in cauſa gabellę Molæ dicit *Caputus loco cit.in fin.num.* 11. non fuiſſe factã promiſſionem de propria pecunia, quapropter erat facta venditio ratæ fructuum gabellæ, quo caſu non poteſt eſſe ſcrupulus, quòd procedunt cõtraria, quia tunc emptor eſt dominus rei extrà diſtrictum.

Et in reditibus venditis ad beneficium illorum de Beltrano aduerto, introitus illos fuiſſe datos inſolutum in ſatisfactionẽ legati facti *fol.*139.*à ter.* per Alphõſum Beltranum rerum exiſtentium in Terra Miſanei, quarum in locum ſubrogati fuerunt annui reditus ſuper gabella ſerici Principis Biſiniani, & hac ratione fuit deciſum, non ſubiacere Conſuetudini, nàm ſi conſiderantur vt ſubrogati, ſapiunt naturã rei extrà diſtrictum, iuxtà tradita *Obſeruat.*13.*ad hanc Conſuet.num.* 12. & cùm excluditur ſubrogatio, introitus ceſſi, & dati inſolutum cenſeri debebant ad inſtar emptorum per defunctum, in quibus non intrabat petitio bonorum antiquorum, de qua in illo proceſſu, ex rationibus, de quibus in cit.*Obſeruat.*13.*à num.*8.

Vltrà quòd in anfractu deciſionum ſtandum eſt deciſionibus relatis per Dominos, quos citauimus pro noſtra ſententia, & non contrariis, quibus nõ interfuerunt qui eas referunt, & proptereà iis credendum non eſt, qui non viderunt, quid, & quomodò fuit deciſum.

Et ex his indubia prorsùs redditur concluſio, quam fundauimus, & ſecũdùm eam iudicauit Sacrum Conſiliũ, quotiès caſus accidit, tàm in aulis, in quibus ego reſedi, quàm in aliis omnibus, &, vt vidi, & audiui, omnibus dominis euntibus in eandem ſententiam.

28 Præſertim ſi contractus cũ deſtinatione

tione ſolutionis celebratus proponebatur in Ciuitate, & diſtrictu Neapolis,& ibi reperiebatur vẽditor annuorum introituum,ità vt potuiſſet exigi in diſtrictu Neapolis de iure, vel de facto,iuxtà *tex.in l.Titium,& Meuium 48.§.tutores.ff.de admin.tuto.*fuit enim tunc habita concluſio pro abſoluta, ità vt neminem habere debuiſſet contradictorem,ex deductis per *Rubeum conſ.136.à num.2.Lapum,Alex.& Soc. locis* cit. per *D. Conſiliarium Fabium de Anna d.conſ.78.* inter *conſ. Amati ſub num.*7.& per *Bertrandum conſ.74. vol.2.par.1.per tot.*

29 Obſeruandum tamen erit,quòd dato contractu ſolùm in Ciuitate,aut diſtrictu Neapolis,& deſtinata ſolutione extrà diſtrictũ aliud eſſet dicendũ, nàm cõtractus celebratus intelligitur nõ in eo loco,in quo negotium geſtũ eſt,& factum,ſed in quo ſoluenda eſt pecunia,ità ſunt *textus* ad literam in *l.3.ff.de bon.author.Iudic.poſſid.& in l. contraxiſſe,ff.de act.& oblig.* & tradit *Vdalricus Zaſius in d. l.contraxiſſe*, quòd ſi in vno loco celebratur cõtractus,& in alio eſt deſtinata ſolutio,nõ locus contractus, ſed deſtinatæ ſolutionis attendi debet.

30 Vndè ſatis difficile mihi videtur quod pro indubitato cenſet *Caputus loco* cit. *ſub num.3.fol.43.* dùm putat, quòd quando Neapolitanus ex priuilegio poteſt trahere exteros debitores ad Regia Tribunalia Neapolim, quòd nomina, & effectus cenſeri debeant extrà diſtrictum,quàmuis nullibi ſit deſtinata ſolutio,ex quo petitio, & perſecutio fieri poteſt hic Neapoli, nàm ſi id eſſet verum, de vento ſeruiret quæſtio,quam tot, tantoſq; habuit viros inter ſe diſſidentes, ẽt deſtinata ſolutione in Ciuitate, & diſtrictu Neapolis,quæſtio enim cadit in Ciuibus Neapolitanis,qui omnes,& ſemper priuilegio gaudent, quo trahant, & non trahantur ad alia Tribunalia, quãm exiſtẽtia in Ciuitate Neapolis. Niſi dicas,*Caputum* loqui in ſimplici nomine debitorum, quod qualitèr, & quando cenſendum ſit in Ciuitate, & diſtrictu,videbimus *Obſeruat.19.*

SVMMARIVM.

1 *Functiones fiſcales aſſignata à Regia Curia ſuper Vniuerſitatibus Regni, an cenſeantur intrà,vel extrà diſtrictum Neapolis,& n.9.14. & 18.vbi deciſio,& num.21.& 56.*

2 *Functiones fiſcales quarum in locum debeantur,à quibus,& quo in loco debeantur,& n.19.*

3 *Conſuetudines Neapolitanæ non habẽt locum,niſi in rebus aliquo modo, vel cauſa exiſtentibus intrà diſtrictum Neapolis.*

Quarè locum non habeant extrà diſtrictum,num.4.

5 *Functiones fiſcales ſucceſſerunt in locum collectarum.*

Eas quis,& quo tempore impoſuerit, et continuò fuerint exacta,num.6.

7 *Collecta eſt onus mixtum,& quarè.*

8 *Annua præſtatio vbi non eſt perſonalis, ſed realis,aut mixta, iudicatur vt de cæteris immobilibus.*

11 *Regi,qui debet an,& quando teneatur deferre pecuniam ad eius domum, & n.13.34.& 40.*

12 *Pecunia cùm promittitur,aut legatur alicui Magno Militi,aut Prælato habitanti in Comitatu, deferri debet in eius domum.Item ſi Doctori, & Nobili,debitor autem eſſet ruſticus, & inferioris conditionis,n.35.*

15 *Tributa Ciuitates deferre non debent ad extranea loca.*

16 Tex.in l.mediterraneæ, C. de ann.& trib.lib.10.*an procedat in Regno.*

17 *Regnum qua ratione dicatur vna Prouincia,& quando debeat conſiderari vt plures Prouinciæ.*

19 D.Ferdinandus Regens Brãcia Dux Beluederii *laudatur.*

20 *Functiones fiſcales in Prouincia Comitatus Moliſij, & Terra Laboris an cenſeri debeant extra, vel intrà diſtrictum Neapolis.*

22 *Con-*

22 *Conceſſionarij Regia Curia dicuntur illius procuratores. quoad quantitates illis conceſſas.*

23 *Functionum fiſcalium origo refertur, cui fuerint promiſſæ,per quos, quo in loco,quarū in locum,& qua de cauſa.*

24 *Parlamenta generalia,fiunt in Ciuitate Neapolis vocatis Vniuerſitatibus Regni, quæ cōſtituūt eorum Sindicos.*

25 *Functiones fiſcales dicuntur iura ordinaria,quibus in temporibus ſolui promiſſæ fuerint,& pro quo tēpore, n.26.*

Per quem fuerunt impoſita, quo iuris vocabulo appellari debeant,n.27.

28 *Perceptores quomodo dicti in iure,an dicantur interpellare ſingulis vicibus,vel facere nouam impoſitionem, n.30.& 31.*

29 *Verba executiua impoſitionem nō mutant.*

32 *Debitor non conſtituitur in mora, niſi per interpellationem,quando in obligatione non adeſt dies tacita,neque expreſſa.*

33 *Debitor interpellari debet per creditorem in eius domum,ſi alibi non reperiatur.*

Quid ſi creditor ſit Rex,n.34.

36 *Debitor,ſine eiuſdem, ſiue diuerſi fori tenetur ire ad domum creditoris, cui obſequium debet,vel reuerentiam.*

37 *Debitor,& creditor ſi ſunt eiuſdem fori,ſolutio fieri debet in domo creditoris,niſi repugnet natura rei, vel conſuetudo.*

38 *Ruſticus ſi degat in Ciuitate,et Nobilis in rure,ruſticus ire debet ad nobilem, & non è conuerſo.*

39 *Debitor paruæ conditionis ſi habitet in Ciuitate,& creditor magnus Nobilis, vel Miles,aut Doctor, vel multò maioris conditionis,quàm ſit debitor,habitet in rure,debitor debet ire ad creditorem.*

41 *Functiones fiſcales an,& quomodo circumſcribantur loco.*

Per effectum ſolutionis ſunt in loco,ubi ſolutio eſt facienda num.42.

43 *Conſuetudines Neapolitanæ licet loquantur de bonis in ſucceſſione ab inteſtato, & ex teſtamento,comprehendunt tamen iura,& actiones,& n.45.*

44 *Bonorum appellatione ſimpliciter prolatorum veniunt iura,& actiones.*

46 *Functionum fiſcalium venditio per Regiam Curiam in conceſſionarios non transfert dominium, ſed ſolùm deſignat terram, & locum,vel introitus certos,& an tunc attendatur obligatio perſonalis,vel hypotheca.*

Haberi debet pro quadam pignoratione,et contractus reſoluitur in pignus, num.47.

48 *Nomina debitoris,& iura dicuntur in Ciuitate Neapolis, vbi facienda eſt ſolutio,& exactio de iure.*

49 *Perceptores in Prouincijs an arguant deſtinationem ſolutionis functionum fiſcalium in Prouincijs.*

50 *Contractus annuorum introituum cū pacto de retrouendendo, & vſurarij dicuntur liciti qui in Regione obſeruantur,& n.55.*

51 *Contractus vſitati non ſtatim indicandi ſunt vſurarij, & n.53.*

52 *Solitum facit ceſſare ſuſpitionem.*

53 *Contractus cùm frequentantur in Regione,& fiunt ab hominibus timoratæ conſcientiæ,præſumuntur in dubio,vt non excedant legitimum modum vſurarum.*

54 *Conſuetudo excuſat à peccato, & facit licitum quod aliàs eſſet illicitum.*

ARGVMENTVM.

Functiones fiſcales, quas exigunt Ciues Neapolitani vt aſſignatarij Regiæ Curiæ ſuper Vniuerſitatibus Regni, an,& quando ſubiaceant Cōſuetudinibus Neapolitanis.

OBSERVATIO XVIII.

1 EX ijs, quæ deduximus *Obſeruat. præced.* liquet omninò quid iuris ſit in quæſtione propoſita, eam

cam tamen placuit tractare, vt votum meum aperiam in re, quæ noſtris temporibus ſummis viribus pro vtraquè parte fuit altercata in cauſa D. Bernardini de Cardenas cum D. Pōpeo de Cardenas, negatiuā acerrimè tuētibus *Dom. Regente Rouito*, tunc Aduocati munus exercente, & *Dom. Anello Amato* poſtmodùm Fiſci patrono, ac Preſidēte Reg. Cameræ Sūmariæ, quorum ſcripta extant poſterioris in volumine ſuorum conſiliorū *in conſ.* 77. & prioris inter *comment. ad pragm.* 1. *de iur. & exact. fiſcal. à num.* 65. & pro affirmatiua, quòd ſcilicèt in functionibus fiſcalibus aſſignatis à Regia Curia ſuper Vniuerſitatibus Regni locum ſibi vindicent noſtræ hę Conſuetudines, luculentas ediderunt allegationes *Dom. Conſiliarius Fabius de Anna* de licentia Domini Ptoregis, quas inſeruit *D. Præſ. Amatus pro conſ.* 78. & *Io. Vinc. Caualerius* Aduocatus, nec ſine nomine, cuius allegationes ego habeo ad pēnam, & imprimi mādabo in calce *huius Obſeruationis*, vt omnia innoteſcant, quę ſcripta fuerūt pro articuli deciſione.

2 Verùm cùm duo certa ſint in articulo, functiones nimirùm fiſcales deberi à perſonis ratione rerum in Regno, eaſquè ſolui in Prouinciis, & ſic extrà diſtrictum, vt probant *D. Reg. Rouit. & Præſ. Amat. locis* citatis, hic à *num.* 18. ille à *num.* 65. cenſeo ego, ſumma cum ratione dixiſſe *D. Reg. Rouitum loc.* ſup. cit. antè *num.* 65. *initio allegationum*, coloratam rationem dubitandi quæſtionem non habere, eſſeq; preſertim hodiè extrà omnem dubietatem, vt ſcribit *D. Præſ. Amatus d. conſ.* 77. ſimi-

3 litèr *in princ.* Conſuetudines enim nō habent locum, niſi de rebus aliquo modo, aut cauſa exiſtentibus intrà diſtrictum, vt diximus multotiès, & docuit *Napod. in proœm. Conſuet. verb. diſtrictum, num.* 335. *in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, ver. in bonis omnibus, n.* 174. *in Conſuet. Si moriatur, verbo facultatem, nu.* 83. *verſ. ſed de quibus*, vbi *Addentes, idem Napod. in Conſuet. Pupillus, num.* 8. *Capyc. deciſ.* 159. *in princ. Reg. Reuerter. in diſcurſu impreſſo in fine Conſuetud.* quod ex defectu iuriſ-

4 dictionis in ſtatuentibus cauſari dixit *Bald. in l. neceſſarium, ff. de orig. iur.* & probat *tex. in l. extrà territorium, ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Quòd autem certum ſit, functiones iſtas deberi à perſonis ratione rerum in Regno, & eas ſolui in Prouincijs.

5 Probatur primum, quia functiones fiſcales ſuccedunt in locum collectæ, vt obſeruat *Capyc. in inueſt. verbo feudorum clauſula, fol. mihi* 118. *verſ. in*

6 *Regno autem*, vbi continuò exactas aſſerit à temporibus *Regis Alphonſi*, & notat poſt *D. Reg. Rouit. in d. prag.* 1. *nu.* 65. qui dicit, cōtinuò exactas ab anno 1442. eo tamen nō citato *Præſ. Amatus* vbi ſup. *nu.* 18. ſubdens, collectam

7 inſpecta diſpoſitione iuris communis dici onus mixtum, quia ſoluitur à perſona ratione rei, ex *Bart. in l. reſcripto, §. ſciendum, nu.* 4. *ff. de muner. & honor.*

8 at vbi annua præſtatio non eſt merè perſonalis, ſed realis, aut mixta, quòd ea debeat iudicari prout cætera immobilia, notat *Bald. in cap.* 1. *§. ſciendum, verſ. ego dico, & verſ.* 2. *et* 3. *de feudi cognit.* ſed cætera immobilia in Re-

9 gno non ſubiacent Conſuet. Neapol. ergo functiones fiſcales non ſubiacebunt cenſuris Conſuetudinum, ità *D. Amat. loco* cit. *num.* 18. & 26. & *D. Reg. Rouit. num.* 70. vbi alios allegat.

10 Secundum verò, quòd functiones fiſcales ſoluātur in Prouinciis, probat per illum *tex. Rebuffus in l. mediterranea, num.* 2. *C. de ann. & trib. lib.* 10. & ità diſpoſitum in Regno ex cōuentione habita cū eodē *Rege Alphonſo* conſtat ex *Capit. Ciuit. Neap. cum Alphonſo I. f.* 4. *à ter. c.* 4. *in fin.* illis in verbis. *lo quale pagamēto ſiano tenuti pagarlo in lo loco per la Maeſtà voſtra deputato, lo quale ſe deputa in quella Prouincia, doue ſia lo popolo*, qua de re in qualibet Prouincia fuiſſe deputatum Perceptorem, qui perciperet functiones iſtas

fiſcales notat *D.Reg.Ronit.ſub d. num.*
65.quinimmò fuiſſe conuentum,quòd
11 mitteretur Commiſſarius pro exigē-
dis functionibus iſtis, refert *Rex Fer-
dinandus in d.pragm.1.de iur. & exact.
fiſc.al.*poſt *princip.*ibi,*& che lo mazzie-
ro,che ſe mandaſſe per la eſattione delle
ſorti,&c.*

Vndè non obſtat quod ex priuile-
gio Regiæ Maieſtatis conſiderant *Ca-
ualer.initio allegat. & D. Conſiliarius
de Anna in d.conſ.*78.*num.*20.quòd ni-
mirùm qui debet Domino Regi, te-
12 neatur pecuniam deferre ad domum
ipſius,argumento eius, quod dicitur,
quòd quādo promittitur pecunia, vel
legatur Magno Militi,aut Prælato ha-
bitanti in Comitatu,veriſimilitèr actū
videtur, vt debitor accedat ad eum
pro facienda ſolutione,iuxtà doctrinā
*Bart.in l.item illa,num.*13.*ff.de conſtit.
pec.*per *tex.in l.ſi cùm dies* 26.§.*ſi arbi-
ter,verſ.quid ergo,ff.de arbitr.& l.cùm
res* 49.vbi *gloſ.in ver.veriſimile,ff. de
leg.*1.nam id procedit,cùm nihil ſtatu-
13 tum eſt circà deſtinationem loci pro
ſolutione facienda, tunc enim locus
eſt coniecturis,& veriſimilitudini, nō
quando circà id expreſsè reperitur
conuentum,vt eſt in caſu noſtro.

14 Et ex his cauendum erit à *Dom.Cō-
ſiliario de Anna*,cùm *loco* cit.*ſub n.* 21.
verſ. ex iſtis patet, ſcribit,functiones
de iure eſſe ſoluendas hic in Ciuita-
te,& hic poſſe fieri exactionē,& quòd
ſolum de facto exigantur in Prouin-
cia,nàm verius eſt, iàm attento iure
communi, quàm pacto cum Regibus
noſtris,fieri oportere exactiones fun-
ctionum fiſcalium in Prouincia, præ-
ſertim reſpectu conceſſionariorū Re-
giæ Curiæ, qui propterea ſolent con-
uenire cū Magnificis Perceptoribus;
& pro exactione facienda in Prouin-
ciis,& aſportatione pecuniæ ad hanc
Ciuitatem ſoluunt quinquageſimam
partem eius,quod exigunt ab Vniuer-
ſitatibus.

15 Et ad argumentum,quo reſpondet
ad *tex.in d.l.mediterraneæ*, per quem
diſponitur,quòd tributa Ciuitates de-
16 ferre non debent ad extranea loca,
quòd ſcilicèt ille *tex.*non procedat in
17 Regno,quod dicitur vna Prouincia,
quia vnum habet Regem, ex *Andr.in
Conſtit.Conſuetudinem*,vbi *Affl. nu.*5.
*Lucas de Penna in l.fin.num.*3.*C.de di-
ſcuſſor.lib.*10.facilis eſt reſponſio, vt
ſcilicèt id procedat fauore Regis, &
cùm Dominus Rex non facit in Re-
gno Prouincias,prout fecit, tūc enim
Prouincia non alitèr dici debet reſpe-
ctu Regni noſtri, quàm olim reſpectu
populi,ac Cęſarum Romanorum tota
Gallia Prouincia erat, & rationes
alię, quæ Prouinciarum iure Imperio
erant addictæ. Et hinc abſq; ſcrupulo
18 ſequenda erit deciſio facta ſuper ar-
ticulo,quòd functiones fiſcales cenſe-
ri debeant extrà diſtrictum, iuxtà de-
ciſionem,quam refert *D. Reg. Rouitus
in d.pragm.*1.*n.*110.*& D.Præſ.Amatus
d.conſ.*77.*ſub num.* 44. & *Caputus ad
Conſuet.Neapol.*§.6.*de bonis,quæ com-
prehenduntur,&c.ſub nu.* 12. quamuis
menda ſit in anno deciſionis relatæ,
per *D.Amatum*, cùm dixit,fuiſſe rem
deciſam in anno 1614.cùm debuerit
dicere in anno 1604. prout ſcribit *D.
Reg.Rouitus*,qui in anno 1614.nō Ad-
uocati,ſed Conſiliarii munia ſubibat.

19 Iuxtà quam deciſionem, & alias ſi-
miles,quæ fuerunt adductę in proceſ-
ſu dictorū de Cardenas iudicauit an-
nis retrò elapſis *D.Ferdinandus Bran-
cia* olim Aduocatus celeberrimus,
poſtmodùm Regius Conſiliarius, nūc
Regens Regiam Cācellariam, & Dux
Beluederii digniſſimus,moribus, do-
ctrina, pietate, atq; natalibus præcla-
riſſimus, delegata ſibi cauſa inter D.
Ramundam Pucees Marchioniſſam
Cirellæ cum D. Catharina Māriquez
Principiſſa Marani, declarādo, introi-
tus ſuper functionibus fiſcalibus re-
manſos in hæreditate quondam Mar-
chionis Cirellæ eſſe extrà diſtrictum,
apud Anaſtaſium à mādatis Scribam,
vt refert *Donatus Antonius de Marinis
reſolut.*70.*num.*33.

20 At

20 At quoniam *Dom. Regens Ronitus ſub d.num.65.* dicit,reſpectu fiſcalium Comitatus Moliſij, & Terræ Laboris fuiſſe deputatum exactioni locum Ciuitatẽ hanc Neapolis, iuſtè quæri poteſt,ſi ſaltem functiones fiſcales huius Prouinciæ Terræ Laboris,& Comitatus Moliſij dici poſſint de diſtrictu, vt in iis locum habeat Conſuetudo.

Et *Caputus loco* cit. putat ex ratione prædicta,ex qua dicit,pecuniã aſportari debere Neapolim per Vniuerſitates huius Prouinciæ, quòd functiones fiſcales aſſignatę in Terra Laboris cẽſeri debeant intrà diſtrictum, dicens in id deſcendiſſe *Reg. Ronitum* ex coniectura, quam capit ex ſuppoſitis in *verſ.facto igitur hoc fundamento, quòd locus deſtinatę ſolutionis, &c.* & videtur cum *Caputo* reſediſſe *Donat. Ant. de Marin. loco* cit. dùm relato *Caputo* tranſiſſe videtur cum eo, quem non diſpungit.

Ego tamen puto,functiones fiſcales Prouinciæ Terræ Laboris cenſeri debere extrà diſtrictum,prout alias omnes functiones fiſcales aliarũ Regni Prouinciarum.

21 Primò, quia nunquàm vſu receptũ eſt,quòd Vniuerſitates Prouinciæ prędictæ aſportent pecunias debitas pro functionibus fiſcalibus apud Perceptorem in Ciuitate, præſertim quoad Aſſignatarios, & Conceſſionarios, quorum reſpectu quæſtio, quam agimus verſari poteſt, quia ſi ſic eſſet,tenerentur quoquè pecuniam aſportare in domum cõceſſionatiorum, qui Regiam Curiam repræſentant, & cuius

22 ſunt procuratores pro quantitatibus aſſignatis,& tamen quotidiè fiũt procurationes,& mandata pro exigendis in partibus,aſſignata quinquageſima, vel quæ potuerit conueniri cum Magnifico Perceptore, vt dictum eſt ſuprà *num.* 14.

Secundò, quia conceſſiones redituum prædictorum à Regia Curia omnes fiunt vniformes, at ex inſtrumento relato per *D. Reg. Ronitum ſub d.num.65.* præſupponit *Dom. Regens,* quòd omnes exactiones aſſignentur faciendæ in loco,in quo debentur,ergò vti aliarum Prouinciarum functiones cenſentur extrà diſtrictum, ità cẽſeri debẽt quæ aſſignatæ ſunt in Comitatu Moliſii,& Terra Laboris.

Tertiò,quia in caſu deciſionis relatæ in cauſa illorum de Cardenas aderant functiones tàm in Terra Laboris, quàm in aliis Prouinciis, vt conſtat ex dubio propoſito in cauſa illa, per *Dom. Præſ. Amatum d. conſ. 77. ſub num.2.ibi,num annui reditus empti ſuper functionibus fiſcalibus Prouinciarũ Terra Laboris,ac Principatus Citrà indicentur bona infrà,vel extrà diſtrictũ,* & tamen nec ipſe,neq; aduerſarij, nequè decretum,ſeu deciſio vim fecerũt in diſtinctione Prouinciarum, vt hinc cenſeri debeat, fuiſſe deciſum in ſpecie,functiones fiſcales ſuper Vniuerſitatibus Prouinciæ Comitatus Moliſij, & Terræ Laboris non ſubiacere Conſuetudini Neapolitanæ,prout nõ ſubiacent functiones fiſcales aliarum Prouinciarum.

Allegationes Io. Vinc. Caualerij, de quibus ſub n. 1. & 11. ſunt tenoris ſequentis, v3.

An functiones fiſcales, ſiuè annui introitus debiti per Regiam Curiam cum pacto de retrouendendo debeant iudicari vt bona intus diſtrictum, ità quòd ſubiaceant Conſuetudini.

23 TRactabo de origine functionum Fiſcalium; ideò aduerto, quòd iſtæ functiones Fiſcales dicuntur promiſſæ Regi Alfonſo primo in Ciuitate Neapolis per Regnicolas in Monaſterio Sancti Laurentij, in Parlamento

generali facto de anno 1442. de mēſe Martij, vbi fuit concluſum, quòd pro iuribus fiſcalibus ceſſent collectæ, & ſoluatur ducatus vnus pro foculari
24 Regiæ Curiæ, & duo tareni pro tumulo vno ſalis, vt refert noſter *Affl. in Conſtit. Regni Cùm conceſſiones, in 3. not. n. 7.* in quibus Parlamentis vocantur Vniuerſitates, quæ conſtituunt eorum Sindicos, dicit *Affl.* quem fuit ſequutus *de Nigris in cap. Regni Porre-*
25 *cta, n. 113. in fin. verſ. et eſt aduertendū,* imò dicuntur iura ordinaria ſingulis annis, & in quibuſlibet quatuor menſibus Natiuitatis Domini, Paſchatis
26 Reſurrectionis Domini, & Auguſti impoſita, & licèt ſic impoſitæ per Regem Alfonſum primum, habēt tamen præexiſtentem cauſam generalis obligationis p Regnicolas factæ Sereniſſimo Regi Alfonſo primo de ſemper, & in perpetuum ſoluendi hoc ius ordinarium functionum fiſcaliū, & ideò illa origo inſpici debet, vt *in l. ſi procu-*
27 *ratorem, ff. mand.* maximè quia impoſitio, quæ hodiè fit in Regno in dictis tribus anni temporibus, rectiùs dici poteſt interpellatio, quam Prouincia-
28 les, Officiales, Exactoreſq; vulgo, *Perceptores* appellati, faciunt, quàm aliàs dici poſſet noua impoſitio, & cùm dicti Exactores præcedente iuſſu Regię Cameræ Summariæ in ſingulis tertijs anni temporibus executionem debitæ obligationis faciendo, imponere videantur, executionemq; faciant, executio ipſa poteſt mutare originalem
29 obligationem; verba enim exequutiua illam non mutant, *l. quidam teſtamento, in princ. ff. de leg. 1. l. Lucius, ff. de alimen. leg. l. Lucius, ff. de leg. 2. & l. Paulo Callimaco, §. fin. ff. de leg. 3.* p quę iura alias authoritates adducēdo, ſignantèr *Andr. in c. Imperialem, §. illud, in fin. de probib. feud. alien. per Feder. & in cap. 1. de not. fœd.* voluit in terminis *Loffred.* omninò videndus pro vera reſolutione articuli *in c. 1. §. et quidèm, de cōtrouer. inueſti. ibi, pro parte verò cōtra-*
30 *ria, verſ. decima adducitur*, & ſic illi Perceptores Prouinciarum dicuntur interpellare Regnicolas ex obligatione contracta cum Rege Alfonſo primo, & non facere nouā impoſitionem.

31 Confirmo ego, quòd ſit interpellatio illa, quam faciūt Perceptores Prouinciarum ex dictis per *Bart. in l. item illa, ff. de conſt. pecun. num. 8.* vbi dixit, quòd quando in obligatione non eſt
32 dies tacita, nec expreſſa, tunc reus debitor non conſtituitur in mora, niſi per interpellationem, *l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. oblig.* & iſta interpellatio de-
33 bet fieri per creditorem ipſi debitori ad domum eius, ſi alibi non reperitur, *l. ſi dictum, §. fin. ff. de euict. l. quarta, §. ſed domum, ff. de damn. inf. c. l. 1. §. 1. ff.*
34 *de lib. agnoſc.* licèt prædicta non procederent in Rege cum vaſallis, ſed eſt quædā interpellatio ex vrbanitate, & humanitate Regis, qui ēt ſtatuit diem expreſſam ſoluendi annis ſingulis tertiatim, & tenentur ire ad Ciuitatem Neap. vbi Rex, & Theſaurarius ſuus manet, & degit ad ſoluēdum debitum Regi: immò ſi tenetur debitor ire ad creditorem extrà Prouinciam, quando eſt Miles, Nobilis, ſeu Doctor, & debi-
35 tor eſſet Ruſticus, vel inferioris cōditionis, & in loco creditoris ſoluere extrà Prouinciā per *l. cùm hæres; vbi gl. in ver. veriſimile, ff. de leg. 1. & l. ſi cum dies, §. ſi arbiter, verſ. quid ergo, ff. de arbit.* per quæ iura ita firmauit *Bart. in d. l. item illa, nu. 13.* quantò magis in vaſallo ſuo Domino, cui obſequium de-
36 bet? Et nè deficiant in terminis authoritates, quicunq; ſiuè ſit debitor, ſiuè creditor, ſiuè eiuſdem, ſiuè diuerſi fori, debet adire domum eius, cui obſequium, vel reuerentiam debet, ità inquit *Bal. in l. fin. C. de cond. inſer.* vbi ad hoc expendit illum *tex. & l. ſi ſuſceperit, §. 1. ff. de iudic.* idem tenent *Angel. & Imol. in l. cùm filius, §. fin. ff. de*
37 *verb. oblig.* vbi dicunt, quòd ſi debitor, & creditor ſunt eiuſdem fori, ſolutio debet fieri in domo creditoris, niſi na-
38 tura rei, vel conſuetudo repugnent. Exemplum in Nobili exiſtēte in rure,

& Ru-

& Ruſtico in Ciuitate, cõſuetudo eſt, vt Ruſticus vadat ad Nobilem,& nõ è conuerſo,& cum hac cõſuetudine ſecundum eos ſatis concordat ius commune, allegant *d.l.ſi ſuſceperit*, §.1.*ff. de iudic.* idem tradit *Imol. in c. ſignificante,extrà de pignor.col. fin.uerſ. quid erit ſi debitor*,vbi voluit, quòd ſi debi-
39 tor paruæ cõditionis habitet in Ciuitate, & creditor magnus Nobilis, vel Miles,aut Doctor, vel multò maioris conditionis,quàm ſit debitor,habitet in rure, quòd debitor debet ire ad creditorem,per *l.ad egregias, ff.de iure iurau.*ſequitur *Natta* plenè *in cõſ.*512. *nu.*4.*vol.* 1.ad quem nè diutiùs hic im-
40 morer,me reijcio.Et ſic Regnicolę debent ſoluere has functiones in hac
41 Ciuitate Neap. Et quamuis iſtæ functiones fiſcales non circumſcribantur loco,*l.Caius*, *ff. de leg.* 2. cum ſimili. hoc procedit circumſcriptiuè, ſed per effectum exactionis ſunt in loco, vbi
42 exactio eſt facienda,ità firmat notabilitèr *Lapus allegat.* 91.incip.*caſus eſt*
43 *talis,n.*8.*in fin.* & licèt Cõſuetudines Neap.loquentes de ſucceſsione ab inteſtato,& ex teſtamento,loquantur de bonis, comprehendunt tamen iura,&
44 actiones,quæ ſub appellatione bonorum ſimplicitèr prolatorum veniunt, *l.nam quod ad ius*,§.*fin.cum l.ſequen.ff. ad Trebell.Bar.*per illum *tex.in l.quintus*, §.*argento,ff.de aur.& arg.leg.*& ità in materia ſucceſſionis bonorum delatæ primogenito tenet alijs pulchrè adductis *Io. de Liciter in tractat. de primogenit.* 4.*q.*2.*lib.*
45 Et in materia noſtrarum Cõſuetud. tenet *Anton.de Alex. in Apoſtilla in Cõſuet.Si aliquis moriens, tit. de ſucceſſio. ex teſtamen.*incip.*Nota quòd poteſt,in fin.fol,*162. qui dicit,ità iudicaſſe cum Domino Marcello Gazella, ſecùdùm quam.opinionem iunctis aulis iudicauit Sac. Conſ. vt refert *D. de Franch.* erudititiſſimus *in dec.*93.& in alijs cauſis,vt latè per eum per *totam deciſ.*qui meminit *de Lapo*, *& Anton. de Alex.de Lapo* quoq; illum inſequendo, vt dicantur iſta iura in loco,vbi ſit exactio, & ſolutio, ſiuè de iure, ſiuè de facto meminit *Alex. conſ.*16. *vol.*1.*nu.*4.vbi allegat *l. ex facto*,§. *rerum.ff. de hared. inſtit.l.quaro.ff.de ſolut. & l.Titium,& Meuium*,§.*tutores,ff.de adminiſt. tutor.* vbi eſt pulcher *tex.*& prędictà opinionem ſequitur *Bertran. conſ.* 105.*vol.*1.
46 Accedat prædictis, quòd venditio functionum cum pacto de retrouendendo cum annua perceptione, & in defectum,caſu,quo deficerent,vt legitur in inſtrumento fol. . . ſuper alijs bonis, & introitibus Regalibus huius Regni, tã ordinarijs,quã extraordinarijs,præſentibus, & futuris,ad Regem, & Regiam Curiam ſpectantibus, & ſic in defectum de propria pecunia Regis, non transfert dominium; quia non eſt intentionis Regis venditoris verè transferendi dominium rei, ſuper qua eſt facta venditio, ſed ſolummodò deſignandi terram, & locum, vel introitus certos, & illud ius principalis obligationis perſonalis attẽditur,& non hypotheca,quæ eſt acceſſoria,vt optimè declarauit *Author* damnatę memorię,§.1.*verſ. vlteriùs quaro, n.*12. & ità cũ hac opinione per rationes per eã adductas iudicauit S. C. vt
47 teſtatur *D.de Franch.in deciſ.*159.*n.*3. *& n.*8.dixit, has venditiones pro quibuſdam pignorationibus teneri, & ſic contractus reſoluitur in pignus,vt per *DD.in cap.ad noſtram, extrà de empt.& vendit. & in c. illo vos,extrà de pignor.* & ſic nomina debitorum, & iura di-
48 cuntur in Ciuitate Neap. vbi facienda eſt ſolutio, et exactio de iure,vt firmat etiam *Minad. conſ.* 12. *& ſeq.* vbi loquitur in gabella Molæ, quod ſit iudicandum, introitus eſſe in Ciuitate Neap.ſtante quòd ibi debet fieri reſti-
49 tutio pretij in caſu retrouenditionis, & quamuis ex vrbanitate Rex mittat Perceptores, & Interpellatores per Prouincias,tamen hæc vrbanitas non mutat naturam obligationis, et exactionis faciendæ in Ciuitate Neap. vbi Rex cum ſuo manet Theſaurario, vt

vt ſuprà concluſum eſt, immò idem
D. de Franch. ibidem nu. 9. dixit, deciſio-
nē prædictam habere locum etiam in
contractibus, in quibus non eſt pro-
miſſa ſolutio de propria pecunia, nec
in defectum, ſed erant celebrata in-
ſtrumenta venditionis, pacti de retro-
uendendo, & locationis eadem die
cum eiſdem Iudice, Notario, & teſti-
bus, & in inſtrumento locationis erat
promiſſa ſolutio penſionis de propria
pecunia, vt apud eum legi poterit.

50 Et contractus prędicti tolerantur
ex conſuetudine, nedùm Ciuitatis, &
Regni, ſed totius Mundi, vt in ſpecie
voluit *Oldrad. conſ. 207. Vniuerſis præ-
ſentes literas, in fin. nu. 7.* & dicuntur li-
citi; quia in Regione frequentantur,
arg. *l. ſi in emptione, ff. de contrah. empt.
& l. venditor, §. ſi constat, ff. commun.
prædior.* & adducuntur multa alia iura,
vt *in l. quid ergo, §. 1.* ibi, *cum vſuris trē-
titus, vel ijs, quæ in Regione obſeruātur,
ff. de contr. & vtil. action. tutel. l. 1. in fin.
ff. de vſur.* ibi, *vſurarius modus ex more
Regionis, l. idemq; §. 1. ff. mand. l. tutor,
qui repertorium, §. ſed & ſi negauit, ff.
de adminiſ. tutor.* ibi, *ſecundùm morem
Prouinciæ præſtabit vſuras*, cum ſimil.
congeſtis per *Tiraquel. de retract. con-
uention. ad finem tituli, num. 130. cum
ſeqq.* vbi etiam adduxit Theologos,
ità affirmaſſe in venditione horum in-
troituum cum pacto de retrouenden-
do, prout eſt *Gerſon in tract. de cōtract.
par. 2. propoſ. 9.* qui dixit, non ſtatim cō-
51 tractus vſitatos eſſe vſurarios iudi-
candos, cùm enim hæc vita habeat
contractibus opus, & magna illorum
varietate, ſi incidit reprehenſio vſita-
torum contractuum, conſcientias per-
turbat, & magnos tumultus excitat, &
id potiſſimùm, cùm hi contractus fie-
ri ſoleant à viris probis, & laudatiſſi-
mæ opinionis, & qui nullo pacto hæc
52 horrenda, deteſtandaquè labe vſura-
rum polluere ſe vellent, quæ res facit
magis ceſſare ſuſpitionem, vt etiam
tradit *Oldrad. d. conſ. 207. num. 7.* quem
fuit ſequutus *Tiraquell. ibidem nu. 132.*
cum aliis cumulatis, ad quem me reij-
cio. Et vltrà *ibidem* coaceruata addu-
co ego in terminis *Rolan. à Vall. conſ.
58. reuocatur in dubium, vol. 4. nu. 19.
& 22.* vbi etiam allegauit multa, quā-
53 do contractus in Regione frequentā-
tur, & quando fiunt ab hominibus ti-
moratæ conſcientiæ, vbi quoquè ità
dixit, eſſe in dubio præſumendum, vt
non dicatur excedere legitimum mo-
dum vſurarum, quod voluit *Bald. in l.
rogasti, §. ſi tibi, col. fin. verſ. extrà not. ff.
ſi cert. petat.* quem fuit aliis adductis
ſequutus *Anton. Gabriel. com. opin. lib.
7. tit. de malef. concl. 2. nu. 3. & Roland.*
pleniùs *d. conſ. 58. num. 3. cum ſeqq.* Et
54 conſuetudo excuſat à peccato, & fa-
cit licitum quod aliàs eſſet illicitum,
vt per *Tiber. Decian. conſ. 2. num. 155.
vol. 1.* & pleniùs à *nu. 61. vſq; ad num.*
117. vbi in ſpecie loquitur in contra-
55 ctibus venditionis annuæ pręſtatio-
nis in pecunia: Et ſic omni dubio ceſ-
56 ſante dicuntur in hac Ciuitate Neap.
et pindè ſubiecti Cōſuetudini illius
iudicandi ſunt a tàm doctiſſimis Cō-
ſiliariis duarum aularum.

Io. Vincentius Caualerius.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus perſonalis qui dicatur, & an
in eo propriè cadat petitorium, & poſ-
ſeſſorium ſecundùm regulas iuris ci-
uiles, num. 2.*

3 Conſuetud. Si quis, vel ſi qua *an, et
quando locum habeat in cenſu perſo-
nali, ſiuè à publico, ſiuè a priuatis de-
beatur, Collegijs, Eccleſijs, & Vni-
uerſitatibus, & n. 4.*

*An, & quando locum habeat in redditi-
bus aſsignatis per Regiam Curiā ſu-
per Arrendamentis, num. 6. Et in pe-
cunijs mutuatis Reipublicæ, aut
Vniuerſitati, num. 7.*

4 *Nomina, quæ debētur à publico, à Prin-
cipe, & perpetuò applicantur ſpeciei
immobilium.*

8 *Nomina debitorum, iura, & actiones
an*

an comprehendantur ſub cenſura Conſuet. Si quis, vel ſi qua, *& n.*20. 22.30.*&* 32.

*Quid ſi contractus ſit celebratus Neapoli, & ibi deſtinata ſolutio, num.*16. *& n.*36.

9 *Bonorum appellatione quorum indicio non veniant nomina debitorum, iura, & actiones, & quorū indicio veniāt, num.*34.

*Praſertim quoad Conſuetudines, n.*17.

*Et queſita in Ciuitate Neapolis, n.*19.

10 *Bona, & iura que, & quomodo ponantur vt ſeparata, & n.*35.

11 Conſuetud. Si quis, vel ſi qua *diſponit de bonis in diſtrictu Neapolis.*

12 *Bonorum appellatione non veniunt nomina debitorum, iura, & actiones, cū ſit mentio de bonis exiſtentibus in loco.*

13 *Nomina debitorum non veniunt, cùm quis donat omnia bona vbicunq; exiſtentia.*

14 *An, & quomodo circumſcribantur loco, & dicantur eſſe in loco cùm ſint incorporalia, & num.*36.

15 *Actiones perſonales an veniant, cùm quis dicit,* dono quicquid habeo Peruſij, *& n.*42.

18 *Nomina debitorum quaſita in Regno Sicilia non ſubiacent* Conſuetudini *Neapolit. & n.*41.

21 *Bona ciuiliter prolata quid ſignificet.*

23 *Bonorum appellatione continentur nō ſolùm res, quarum proprietas pertinet ad haredem, ſed & agri vectigales, et que pignori data ſunt, & que bona fide poſſidentur.*

24 *Bonorum appellatione in lege ſimpliciter loquente de bonis veniunt nomina debitorum, iura, & actiones.*

25 *Bonorum vſusfructus ſi legatur, & quod in nominibus eſt computabitur.*

26 *Bonorum in generali obligatione, aut conceſſione veniunt nomina debitorū.*

27 *Actionem de bonis diminuiſſe dicitur qui obtinere noluit cùm peteret.*

28 *Bona debitoris excutere qui tenetur, iura, & actiones eius excutere tenebitur.*

29 *Actiones omnes, & que ad dotem ſunt publicantur, publicatis ſimpliciter bonis.*

30 *Bonorum appellatio continet nomina debitorum, iura, & actiones in materia ſucceſſionis, & in vniuerſalibus.*

31 *Nomina debitorum conſtituunt tertiā ſpeciem diſtinctā à bonis mobilibus, & ſtabilibus.*

33 *Dictio,* omnis, *ſignum continet vniuerſale, omnium comprehenſiuum.*

35 Tex. in cap. 1. de ſchiſm. in 6. *explicatur contra* Dominic.

36 *Nomina debitorū per effectū ſolutionis ſunt in loco, vbi eſt facienda ſolutio, et de illo loco iudicantur.*

*Quid ſi denegata ſolutione pro ijs ſit mota lis Neapoli, vel cùm creditor, & debitor habentur pro Neapolitanis, et quando debitor conueniri poſſet, & cogi in Ciuitate, & diſtrictu Neapolis, num.*37.

*Aut cum non deſtinata ſolutione Neapoli debitum ſit contractum ad beneficium Ciuis Neap. n.*38. *&* 40.

39 *Actiones inharent oſſibus creditoris, & ab eius perſona euelli non poſſunt.*

41 Deciſ. D. Prçſid. de Franchis 93. & 1. D. Reg. Salernit. *declaratur.*

44 *Donationis in contractu facienda eſt largiſſima interpretatio.*

45 *Pecunia reperta in hareditate Ciuis Neapolis, an ſubiaceat Conſuet. Neapolit.*

46 *Mobilia relicta à Ciue Neapol. an, & quando ſubiaceant Conſuet. Neap.*

47 *Mobilia reſpiciunt perſonam, immobilia verò territorium.*

48 Molfeſ. *notatur.*

ARGVMENTVM.

Nomina debitorum, iura, & actiones an veniant appellatione bonorum, de quibus in Conſuet. *Si quis, vel ſi qua,* & an, & quando ſubiaceant cenſuræ illius Cōſuetudinis.

Quid-

Quidq; cēſeri debeat de alijs mobilibus,& pecunia reperta in hæreditate Ciuis cùm moritur.

OBSERVATIO XIX.

DE reditibus annuis actum eſt ſuprà, hoc loco alterum genus cenſuum examinamus, qui ſcilicèt impoſiti non ſunt ſuper re aliqua immobili, ſed qui debentur Ciui Neapolitano habenti actionem perſonalem contrà obligatum perſonalitèr tantū pecuniæ quantitatem aliquam ſoluere, ſiuè debita
1 pro vna vice ſit, ſiuè aliquot in annos, quem cenſum nonnulli dicunt perſonalem, quorū numero ſunt *Hieron.Gabriel.conſ.*141. *num.* 11. *lib.*2.*&* *Cencius de cenſ.quæſt.*4. & habetur ex *tex.in l.libertis*, §. *Lucius ff.de ann.legat.l.ſi quis argentum*,§.1.*de donat.c.*1. §.*ſciendum,de feudi cognit.*eſtquè no-
2 men debitoris, ità vt qui illum debet debitor, iſquè cui debetur creditor eſt,& in quo verè, & propriè non cadit nec petitorium, nec poſſeſſorium, ſecundùm regulas iuris ciuilis, vt notat *Bald.in d.cap.*1.§.*fin.col.vlt.de feudi cognit.Abb.in cap.peruenit,de cenſibus*, & notant *DD.*communitèr *in l.vlt. ff.*
3 *quorum bonorum*,in his ergò an locum habeat *Conſuetudo Si quis,vel ſi quã*, diſcutiendum nunc erit,ſiuè ex publico debeantur,iuxtà *l.*1.*C.de ann.publ. lib.*11.*l.iubemus* 2.*in princ.C.de Sacroſanct. Eccleſ.* §. *hac ergò,auth.de non alien.rebus Eccleſ.l.hac edictali*, §. *his illud*,*C.de ſecund.nupt.l.fin.*§.*prætereà*, *C.de iure dot.l.benè à Zenone*, *C. de quatr.præſcript.* ſiuè à priuatis pſonis, Collegijs, aut Vniuerſitatibus, vel etiam Eccleſiis,res enim hæc admodùm obſcura eſt,vt in qua non admodùm aſſeuerantèr loquuntur Doctores,vt obſeruat *Andr. Tiraq. de iure primogen.quæſt.*49. *num.*9. & in nominibus iſtis maiorem verſari ambiguitatem rectè vidit *Caput. in proœm. ad Conſuet.*§.6.*de bonis, quæ in loco, ſub num.*2.

4 At ſunt qui putant diſtinguenda nomina,quæ ex publico debentur,& à Principe,item perpetua,& quæ ſunt ad longum tempus debētur à temporariis,putantes, vti eos,qui rei cohærent,ità eos,qui perſonali ſolū actione debentur, ſi ex publico debeantur comprehēdi in Cōſuetudinibus iſtis, quas certum eſt comprehendere immobilia,iuxtà ſuppoſita, & probata
5 *Obſeruat.præced.* nam & illa applicari ſpeciei immobiliū deducunt ex *clem. exiui de Paradiſo,de verb ſignif.* §. *hęc ergò,auth.de non alien.rebus Eccleſ.d.* §.*ſciendum,de feudi cognit.Abb. in cap. nulli,de rebus Eccleſ.non alien. num.*9. *Socin. in tract.de oblat. in* 8.*libel.nu.*5. *& Hieronym. Gabriel.loco* cit. *ſub n.*19.
6 Qua ratione comprehendi in Conſuetudine reditus,quos aſſignauit Regia Curia ſuper Arrēdamentis omninò credendum eſt, adhibita tū diſtinctione,de qua *Caputus d.* §.6. *de bonis, quę in loco à nu.*12. prout & pecuniæ
7 poſitæ ad impreſtitū alicui Reipublicę,aut Vniuerſitati, vt vſurpē exēplū *Salyc. in l.cunctos populos, C. de Sacroſ. Eccl.*qui dicit,pecunias poſitas ad impreſtita Cōmuni Venetiarum per Bononiēſes, nàm cēſentur bona Veneta non Bononienſia,ea ratione,quia ibi poſita ſunt,vt ibi perpetuò ſint,& cenſentur quodammodò immobilia, vt ſubdit *Alex.conſ.*19.*lib.*6.*ſub num.*9.*in fin.*licèt in iis ex dictis *Obſeruat. præced.*17.& 18.locum non habeat Conſuetudo,ſi ſolutio deſtinata non foret Neapoli,& in eius diſtrictu.

Alij ad rem hāc,de qua agimus ſuperfluam putant diſtinctionem,cū non de perpetuis, ſed temporariis reditibus contendi oporteat pro eo, quod attinet ad nomina debitorum,ac de ijs,qui vnica tantū vice exigi poſſunt, vt diſputatio tangat iura,& actiones, quas defunctus quæſierat cùm deceſſit.

8 Et videtur abſolutè dicendum, nomina hæc debitorum non venire appellatione bonorum in *Conſuet.*iſta *Si quis,vel ſi qua*, & per conſequens nec nomina debitorum ſubiacere videntur Conſuetudini huic,nec iura, aut actiones.

9 Primò, quia Conſuetudo loquitur de bonis,ibi,*in bonis omnibus*,& appellatione bonorum non veniunt nomina debitorum,iura, & actiones ex iudicio *Pauli EliaZar*,poſt *Abb. Antiquũ in clem.*1.*de rebus Eccleſ.non alienan. Guido Papa ſing.*481.incipien.*Si uir,& conſ.*52.*& 60.in 2.dub.in fin.Io.de Imola in elem. quia contingit, notab.7. de ſtatu Monach. & Dominic. in cap. hoc conſultiſſimo,in princ.in 4.not.de rebus Eccleſ.non alien.*

10 Secundò,quia bona,& iura ponuntur vt ſeparata *in cap.* 1. *uerſ.contra natos*,ibi *bonis, & iuribus publicatis,de ſchiſm.lib.6.in clem.*1.*colum.ult.de iureiur.in clem.Paſtoralis,uerſ.pręhabiti, de ſent.& re iudic.& in clem.quia contingit,in princ.& in §.ut autem,de ſtatu Monach.* Sed cùm aliqua ponuntur vt ſeparata , vnum non venit appellatione alterius,ergò appellatione bonorũ non veniunt iura,& actiones.

11 Tertiò,quia C*onſuetudo Si quis, vel ſi qua* loquitur de bonis in diſtrictu,& eam *Napod.* intelligit de bonis in loco,& diſtrictu Neapolis ſuper *uer. in bonis omnibus,num.*174. Sed appella-
12 tione bonorum quando fit mentio de bonis exiſtentibus in loco,non veniũt nomina debitorũ, iura, & actiones,vt probat *tex.in l.vxorem* 39.*§.legauerat, de leg.*3.*& in l.Caius* 88.*in princ. ff. de leg.* 2. & multis relatis docuit *Andr. Tiraq.in tract.de iure primogen. quæſt.* 49.*num.*1. poſt *Soci.conſ.*101.*verſ.ſed his non obſtantibus*, vbi indè deducit,
13 quòd ſi quis donat omnia bona vbicunquè exiſtentia,non venient nomina debitorum, quod pluribus citatis firmat idem *Tiraq.in l.ſi vnquàm,C.de reuoc.don.in ver.bona,n.*13.& mouetur
14 *Soc.*quia nomina debitorum non circumſcribuntur loco, nequè dicuntur eſſe in loco,cùm ſint incorporalia,per *d.l.Caius* 88.*de leg.* 2. allegans *conſil. Bal.et eund.Bal.in l.*1.*ff.de ſtatu homin.* vbi vult , quòd ſi quis dixit dono
15 quicquid habeo Peruſij, quòd actiones perſonales non veniunt in donatione,quia locus , ſeu territorium non circumſcribit illa incorporaliſſima, prout ſunt actiones perſonales, ergò nomina debitorum , iura, & actiones, vt quę non poſſunt dici ſita in loco,remanebunt ſub diſpoſitione iuris communis.

Quartò , quia ità videtur ſenſiſſe *D.Ant.de Alex.in Cõſuet.Si aliquis moriens, infrà de ſucceſſ.ex teſtamento,fol.* 162.*in Apoſt.*incip.*Nota quòd poteſt accidere,in verbo de bonis,verſ.quid autẽ in nominibus debitorum* , dùm dicit,iudicari de nominibus, prout de bonis
16 ſitis Neapoli,ſi contractus ſunt celebrati Neapoli,vel alibi, & Neapoli ſit dèſtinata ſolutio,quaſi quòd contrarium ſit dicendum,non deſtinata ſolutione Neapoli.

17 Quintò,quia non comprehendi nomina hæc ſub cenſura Conſuetũdinis; tenuit *Thom.Naueler.in addit.ad Conſuet. Si quis, vel ſi qua,fol.*9.*in penult. addit.& D.Io.Andr.de Curte* olim Pręſes noſtri Sacri Conſil. & I. C. maximi nominis, ac *D.Regens Salernit.* qui de eo meminit *deciſ.*1.*num.*2. vbi cùm acciduſſet articulus in cauſa Ill. Ducis Montis Alti,& Comitis Burrel-
18 li ſuper hæreditate Ill. D. Petri de Aragonia dicit, fuiſſe deciſum, nomina debitorum in Regno Siciliæ quæſita nõ ſubiacere Cõſuetudini Neapolitanę,quã deciſionem retulit quoquè *Dom.Præſ. de Franch. deciſ.*93. *Dom. Conſil. de Bott. ad proœm. Conſuet. fol.* 46.*in addit.*incip.*dùm in Sacro Conſ. & in Conſuet.Si aliquis moriens, d. fol.* 162.*in addit.*incip.*ſecũdùm hanc opinionem, in fin. Molfeſ.par.*2. *de bonis, quæſt.*11.*num.*2.*Io.Baptiſta de Thoro in add.ad d.Dom.Salernit.deciſ.*& in elaborato *compẽdio deciſ.par.*1.*uer.nomina,*

P

na,ac Donatus Ant. de Marin. qui cum *Dom.Salernit.* reſediſſe videtur *cap.70. num.33.ſuarum reſolut.*

19 Et ſubdit *Dom.Reg.Salernit.loc.* cit. ipſum,& *Dom.de Curte* votauiſſe, ſatis eſſe dubitandum,an uenirent nomina ſub cenſura Cōſuetudinum, quamuis nomina debitorum eſſent in Ciuitate Neapolis,dicens in *fine deciſion.* fuiſſe concluſum, quòd conciperetur in illa cauſa decretum,dicendo ſimplicitèr, quòd nomina debitorum non ſubiaceant Neapolitanę Conſuetudini, non exprimendo,quod cenſeantur tāquàm res ſitæ extrà Regnum,*ne quando caſus contingeret de nominibus debitorum hìc Neapoli decretum prædictum faceret aliquod præiudiciale exemplum, quia ſatis dubitauimus,quòd forſan nec iſto caſu Cōſuetudo procederet*, ſunt formalia verba *Dom.Reg.Salernit.loc.* nupèr cit.ex quibus aperitur locus *Dom. Præſ.de Franch.d.deciſ.93.ſub num.9.* cùm dicit, quòd duo doctiſsimi de Sacro Conſilio dixerunt, quòd ipſi forſan indiſtinctè iudicaſſent in fauorem Ducis Montis Alti tunc Comitis Burrelli,& non Brunelli, vt erroneè ſcriptum in *deciſ.1.D.Reg.Salernit.* aliqua diſtinctione nòn habita locorum,nec debitoris, nec creditoris,nec loci deſtinatæ, vel neceſſariæ ſolutionis,per *tex.in d.l.Caius,& d.§. legauerat*,ſcimus namquè ex *deciſ. D. Reg.Salernit.* ipſum,& *D.Præſ.de Curte* fuiſſe duos illos viros doctiſſimos de Sacro Conſilio.

20 Sed his non obſtātibus credo ego, verius eſſe,nomina debitorum,iura,& actiones comprehendi in *Conſuetudine* iſta *Si quis,vel ſi qua*; ita vt quod diſpoſitum eſt expreſsè de bonis,decidat,quod inuentum eſt in hæreditate Ciuis,qui decedat,ſiuè id conſiſtat in nominibus,ſiuè in iuribus, & actionibus.

Primò, quia Conſuetudo loquitur ſimplicitèr de bonis,nulla facta diſtinctione mobilium,aut immobilium: er-
21 gò ſimplicitèr eſt intelligenda,ad iura vulgata, at cùm ſimplicitèr intelligitur,debet accipi,vt iura intelligunt, & ex iuribus bona ciuilitèr accepta, aut prolata vniuerſitatem ſucceſſionis ſignificant, qua in ius demortui ſucceditur,idemquè valet bonorum appellatio,quod & hereditatis,iuſq; ſucceſſionis,non etiam ſingulas res demonſtrat,*l.208.ff.de verbor.ſignif.*& notat *Briſſonius lib.2.de verb.ſignif.in ver.bona*,ergò bonorum appellatio in Con-
22 ſuetudine iſta ità comprehendet nomina debitorū,iura,& actiones, ſicut & res alias,ſiuè ſtabiles,ſiuè mobiles, æquè etenim bonis adnumeratur quod eſt in actionibus, perſecutionibus,ac petitionibus,*l.49.ff.de uerb.ſignif.Briſſon.loco* cit. *circa med.* qui & *inferiùs*
23 notat,bonorum appellatione non tātùm eas res cōtineri, quarum proprietas pertinet ad heredem, ſed & agri vectigales,& quæ pignori data ſunt,& quæ bona fide poſſidentur,*l.5.§.bonorum.ff.vt in poſſeſſ.legat.*

24 Quòd autem in lege loquente ſimplicitèr de bonis bonorum appellatione veniant iura,actiones, & nomina debitorum,eſt *tex.* prætèr vulgatos quòad nomina debitorum *in l.fin.ff.de vſu,& vſufr.leg.* vbi ſi bonorum vſuſ-
25 fructus legatur,& quod in nominibus eſt computabitur, *in l.1.C. de vſufr.* vbi ſi quis legauerit vſumfructum bonorum ſuorū, intelligitur legare vſūfructum nominum,in *l.nomen*, C. *quæ*
26 *res pign.oblig.poſs.* vbi in generali obligatione bonorum veniunt nomina debitorum,in *l.Princeps,ff.de verb.ſignif.* vbi ità ſcribitur, Princeps bona cōcedendo videtur etiā obligationes concedere,& in iuribus,& actionibus eſt *tex.in l.1.§.vtrum autem,verſ. quod ſi nolit,ff.ſi quid in fraud.patroni*, vbi
27 actionē de bonis diminuiſſe dicitur, qui obtinere noluit, cùm peteret,*in l. in vſufructu,ff.ad leg. falcid.* ex quo
28 *Alber.ibi* notat,quòd qui tenetur excutere bona debitoris, iura, & actiones eius excutere tenetur, *in l.ſi cōſtāte,§.ult.ff.ſol.matr.* vbi publicatis bonis

nis ſimplicitèr,publicatur actio, quæ
29 ad dotem competebat,& in *l.ſi adem-
ptis, C.de ſent.paſſ.* vbi publicatis bo-
nis publicantur omnes actiones.

30 Secundò, quia Conſuetudo diſpo-
nit in materia ſucceſsionis, & ſic in
vniuerſalibus,ac dictione vniuerſali,
ibi,*in bonis omnibus*, & in vniuerſali-
bus bonorum appellatio prolata à le-
ge comprehendit iura,& actiones,ità
Ant.de Alex.loco cit.per *tex.in l.nam
quod,& ibi glo.ff.ad Trebell.*& ſic quã-
31 do iura,actiones, ac nomina debito-
rum non veniunt appellatione bono-
rum mobilium,aut ſtabilium,ſed con-
ſtituant tertiam ſpeciem bonorum ab
his diſtinctam, iuxtà conſiderata per
*D.Reg.Rouitum,& Dom.Præſ. Amatum
locis* cit.*in præced.obſeru.*per *Gabriel.d.
conſ.*141.*num.*22.*lib.*2.quia Conſue-
32 tudo loquitur in materia ſucceſsio-
nis,& per verba vniuerſalia compre-
hendet iura,actiones,& nomina debi-
torum,quod vltimum comprobat *Co-
uar.in cap.relatum, lo 2.de teſtam.* cùm
probat, *tex.* illum diſponentem circà
bona acquiſita per Clericos ex redi-
tibus Eccleſiæ comprehendere non
ſolùm bona mobilia, & ſtabilia,ſed &
iura,& actiones,præſertim ex dictio-
ne illa,*quæcunquè*,in *tex.* illo adiecta,
quæ æquipollet dictioni,*bonis omni-
bus*,adiectę in Conſuetudine noſtra,
quæ,vt obſeruat *Napod.hic num.* 173.
33 ſignum continet vniuerſale omnium
comprehenſiuum,ex *tex.in l.ſi cui om-
nes,ff.de legat.*1.*l.Iulianus,in princ. de
leg.*3.*l.à procuratore,C.mandati.*

34 Nec obſtãt quę adducta ſunt in cõ-
trariũ:& primò,quòd ex iudicio *Pauli
Eliazar*, & aliorum, appellatione bo-
norum non veniãt nomina debitorũ;
iura, & actiones, nam ex deductis à
*num.*21.contrarium verius eſſe proba-
tur, & ex iudicio Authorum commu-
nior eſt ſententia,quòd veniant,ità n.
ſentiunt *Bart.in l.ult.uerſ.quæro,quid ſi
legatur*,iuncto *uerſ. ſeq.ff.de uſufr.leg.
& in l.quintus,la 2.§.argento,& ibi Al-
ber.ff.de auro,& arg.leg.Alber.in l.ſcri-
bit,in princ.ff.eod.tit. Iſern. Archidiac.
Anchar.Caſtr.Imola*,Cardin. *Florenti-
nus,Marian.Soc.Bartholom.Socin.Ang.
Aret.Decius,Alex.*Corneus, *Bened.Ca-
pra,Io.de Benedict.*& alij,quos longa
ſerie congerit *Andr.Tiraq.in d.l.ſi.un-
quàm,uer.bona,num.* 9. quo ex *loco* cõ-
ſtat,citatos pro contraria ſententia in
hanc deueniſſe opinionem, quãdo le-
gibus,in quibus ſe fundant non deſti-
tuuntur.

35 Secundò,non obſtat ſecundum de
*tex.in d.cap.*1.*de ſchiſm. lib.* 6. cum ſi-
mil. cum ibi notatis per *Dominic.* qui
id notat ex eo *tex.* quod deduximus
*num.*10.nam *tex.*id non probat, poni-
tur enim ibi verbum,*iura*,poſtquã *tex.*
diſpoſuerat de bonis immobilibus,
ibi, *bona immobilia, ſeù iura*, quaſi
quòd iura non comprehendantur ſub
bonis immobilibus,quod nos non ne-
gamus,dicimus ſolùm, quòd appella-
tione bonorum ſimplicitèr prolatorũ,
& abſquè diſtinctione,præſertim in
materia ſucceſſionis,& cum dictione
vniuerſali veniunt iura,& actiones.

Tertiò,non obſtat, quòd Conſue-
tudo fuerit interpretata per *Napod. &
Sapientes Regni* de bonis exiſtentibus
in diſtrictu, & quòd nomina, iura,&
actiones non circumſcribantur loco,
quia,vt aduertit *Dom.Præſ.de Franch.
d.deciſ.*93.*ſub nu.*9.confunditur obie-
ctum ex cõcluſione,quam ipſe firma-
uit *ibid.& n.*1.etiam in materia Con-
ſuetudinũ, & *nos ſuprà* obſeruauimus
à *num.*21.

36 Item quia quamuis nomina debito-
rum,iura,& actiones non circumſcri-
bantur loco, vt dicebat *D.Reg.Saler-
nitanus*, & *nos* pluriès repetimus *Ob-
ſeruat.præced.* tamen per effectum ſo-
lutionis ſunt in loco,vbi eſt facienda
ſolutio,vt diximus *Obſeruat.*17.ad hãc
*Conſuet.num.*16.*& Obſer.*18.*num.* 48.
ex *Io.Vinc.*Caualerio,et probat *tex. in
l.ex facto,§.rerum autem, in fi. ff.de hæ-
red.inſtit.*& notant *Lapus alleg.*91.*in
fin.Alex.conſ.*16.*lib.*1.*ſub num.*4. *Ber-
trand.conſ.*74.*vol.*2.*par.*1.*per tot. Dom.*

Præſ. de Franch. deciſ. 93. num. 6. Dom. Præſ. Amatus conſ. 77. num. 37. D. Conſ. Anna conſ. 78. inter *conſ. Amati, nu. 2. Caputus,* qui dicit, id haberi abſolutiſſimè deciſum in *proœm. ad Conſuet. §. 6. de bonis, quæ in loco, nu. 2. circà fin.* laborioſiſſimus *Io. Baptiſta de Thoro in add. ad deciſ. 1. Dom. Reg. Salernit. Montanus contr. 8. ſub num. 3.* vbi dicit, hæc receptam eſſe opinionem in noſtris Tribunalibus, vt nomina debitorum, iura, & actiones iudicentur eſſe in loco, in quo deſtinata eſt ſolutio, & facienda exactio, & re vera hoc iure indiſtinctè vtimur in S. C. vndè non eſt indiſtinctè, & ſimpliciter dicendum, nomina debitorum, iura, & actiones non circumſcribi in loco, & per conſequens non comprehendi ſub ſtatuto, aut Conſuetudine loquente de bonis in aliquo loco exiſtentibus, ſed antè omnia videndum eſt, quo in loco ſolui debeant, ac poſſint exigi, & ſicuti deſtinata ſolutione in Ciuitate, & diſtrictu Neapolis ſemper fuit deciſio vniformis, quòd ſubiaceant Conſuetudinibus Neapol. vt conſtat ex ſæpiùs cit. *deciſ. 93. D. Præſ. de Franch. à nu. 10.* qui ſubdit, idem fuiſſe deciſũ, ſi pro exactione ipſorum fuiſſet mo-
37 ta lis intrà diſtrictum denegata ſolutione, vel cùm creditor, & debitor habentur pro Neapolitanis, & quando debitor conueniri poſſet, & cogi in Ciuitate Neapolis, ità enim bis iudicatum refert in cauſa Io. Alphonſi Biſbal cum Comite eius nepote, & in cauſa illorum de Lembo cum illis de Marcheſio, quam deciſionem referunt quoquè *D. Conſil. de Bottis in addit. ad Conſuet. Si aliquis moriens fol. 162. in addit.* incip. *ſecundùm hanc opinionem, Molfeſ. par. 2. de bonis, quæſt. 12. in prin. Thorus in 1. par. compend. ver. nomina debitorum, lo 2.* qui dicit, illam quoquè retuliſſe *D. Fælicem de Rubeis in Conſ. Si quis, vel ſi qua, in addit. poſt Conſuet.* incip. *aduerte, quia non dicit in bonis ſtabilibus,* ſed parum aduertêtèr, quia *additio* illa eſt *D. Præſ. de Franch.* vt ibi conſtat, quamuis inſerta, & impreſſa inter *addit. D. Fœlicis de Rubeis.*

38 Ità videndum erit non deſtinata ſolutione in aliquo loco, ſed data ſimpliciter obligatione iure, aut actione ad beneficium Ciuis Neapolitani, an cenſeri debeant vti bona ſita intrà diſtrictum, & hinc mirum eſt, quòd duo illi viri doctiſſimi *D. Reg. Salernitanus, & D. Io. Andr. de Curte,* qui fuit Præſes noſtri Sacri Conſ. & I. C. eximius, tàm obſtinatè tenuerint, nomina hæc, iura, & actiones non venire appellatione honorum in *Conſuetudine* iſta *Si quis, vel ſi qua,* ſtantibus adductis, & ponderatis, præſertim cùm voluerunt, etiã eſſe de articulo dubitandum, quamuis iſta nomina eſſent in Ciuitate, nemo enim auditus eſt têporibus meis, qui aſſereret contrà deciſiones relatas in articulo iſto per *D. Præſid. de Franch. d. deciſ. 93.* & non dato pacto in contrarium, aut deſtinata ſolutione in aliquo loco, quia, vt dicit *Salyc. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fide*
39 *Cathol.* actiones inhærent oſſibus creditoris, & ab eius perſona euelli non poſſunt, *l. quis ergo caſus, ff. de pecul. l. 3. ff. pro ſoc.* ſèper diximus, nomina, iura,
40 & actiones ſequi debere perſonas creditorum, & ſecundùm ſtatuta ſui domicilij regi debere in ſucceſſionibus, & cæteris id genus, nam cùm nullius loci ſint nomina hæc, iura, & actiones, rationis eſſe duximus, vt ſequantur perſonam ipſius creditoris, de cuius ſucceſſione agitur, ità vt cenſerêtur intrà diſtrictum, ſi Ciuis Neapolit. eſſet, aut habitator, qui creditor eſſet, extrà verò, ſi exterus, ex deciſionibus relatis per *D. de Franch. d. dec. 93. num. 10.* ex *conſ. Alex. 19. lib. 6. ſub num. 9. verſ. idem uidetur dicendum in nominibus debitorum,* & ex notabili ad hoc deciſione *Tiraquel. de primog. d. quæſt. 49. num. 10.* intelligentes ſecundùm prædicta *Caputum loco* cit. *Obſeruat. 17. num. 30.*

41 Nec obſtat deciſio relata in cauſa Ill. Ducis Mõtis Alti, de qua per *Dom.*

Reg.

Reg. Salernit. & D. Præſid. de Franch.
1 nàm ibi nomina debitorum erant in
Inſula Siciliæ, & q̃ſita occaſione rerũ
extrà Regnũ, aut diſtrictum exiſtẽtiũ,
nec Ill. D. Petrus de Aragonia potiùs
Neapolitanus quã Siculus dici pote-
rat, vt intrarent, quæ poſtmodum de-
ciſa fuerunt in cauſa Ioan. Alphonſi
Bisbal.
42 Et ad id, quod dictum eſt, actiones
perſonales, & nomina debitorum non
venire in donatione, aduertendum
43 erit, quòd contrarium diſpictis *Bald.
Salic. Socin.* & alijs, tenuit in puncto
Bertrandus d. conſ. 74. per tot. præſer-
tim quia, vt ait *ſub num. 9. in fin.* in
44 cõtractu donationis facienda eſt lar-
giſſima interpretatio, *cap. cùm dilecti,*
cum *ibi* not. *de donat.*
45 Et ex his terminis cenſuimus non
ſemel, idem, quod diximus in nomini-
bus debitorum, iuribus, & actionibus
idem dicendum eſſe in pecunia re-
perta in hæreditate ciuis, cùm more-
retur, iuxtà deciſionẽ, quã in cauſa il-
lorũ de Lõbo retulit *D. Præſ. de Frãch.
d. deciſ. 93. num. 11. & D. Conſil. de
Bottis in addit.* cit.
46 Sequentes quòad mobilia ſenten-
tiam *Alex. d. conſ. 19. num. 9. lib. 6.*
quem refert *D. Præſ. de Franch. in
addit. ad Conſ.* iſtam, *ſub num. 77. in
addit.* incip. *adde in ſimili*, vbi dicit,
quòd bona mobilia, quæ erant extrà
territorium ſtatuentium debent iudi-
cari eodem modo, ac ſi fuiſſent in lo-
co, in quo erat perſona teſtatoris tem-
47 pore conditi teſtamenti, & eò magis,
cùm moreretur, quia mobilia reſpi-
ciunt perſonam, immobilia verò ter-
ritorium, per doctrinã *Bal. in l. merca-
tores,* per illum *text. C. de commerc. &
mercat.* niſi appareret, quòd perpetuò
ex deſtinatione defuncti eſſent in ali-
quo loco permanſura, vt docuit *Salyc.
in d. l. cunctos populos,* per *l. vxorem, §.
legauerat, ff. de leg. 3. & in l. ex facto, §.
rerum, de hæred. inſtit.* tunc enim puto
verum quod dicit *Caput. loco* cit. *n. 17.*
contrà *Molfeſ. par. 2. de bon. quæſt. 11.*
per tot. cuius pro veriori habita eſt ſẽ-
tentia in caſibus, vt ſuprà diſtinctis.
48 Cauendum tamen erit à *Molfeſ.* cũ
d. quæſt. 11. ſub n. 22. videtur voluiſſe,
quòd iura, & actiones tunc compre-
hendantur, cùm ſunt intrà diſtrictum
quæſitæ, quaſi quòd quæſitæ extrà
diſtrictum non comprehendantur, nã
quæ diſputamus de ſecunda ſpecie,
ſunt intelligenda, cùm nulla prorſus
cadere poſſit dubitatio, in prima ſpe-
cie, & ſic in quæſitis intrà diſtrictum,
& territorium Neapolis.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici in hæreditate an ſuccedatur ſeruata forma iuris Conſuetudinary, vel communis, excluſis, vel incluſis fæminis, & num. 12. & 13.*
2 *Statuta laicorum quamuis generalitèr diſponant, nõ comprehendunt clericos, & quarè, num. 3.*
4 *Conſuetudines Neapolit. loquentes ab inteſtato, an in perſonam, vel in rem conceptæ ſint, & nu. 28. et an interſit, quòd ſcriptæ ſint per verba,* ſi quis deceſſerit, *ad finem comprehẽdendi, vel ſecus hæreditates clericorum, & num. 37. & 40.*
5 *Cõſuetudo, vel ſtatutum ſi diſponat in perſonã eius, qui decedit, an comprehendat clericos, & non ſubiectos.*
6 *Forenſis non comprehenditur in ſtatuto diſponente per verba,* ſi quis deceſſerit.
7 *Succeſſio debet eſſe reciproca.*
8 *Clerici, & aly Religioſi an ſuccedant ſecundùm* Conſuetudines, *vel ſecundùm ius commune.*
9 *Succeſſio ex teſtamento, & ab inteſtato à pari procedunt, & quarè.*
10 *Statutum, per quod diſponitur, vt decedente aliquo ab inteſtato ſuccedat agnatus, excluſis fæminis, an comprehendat hæreditates clericorum, & num. 35. quid cùm diſponit per verba,* ſi quis deceſſerit, *num. 36.*
11 *Fæminæ ſuccedunt cum maſculis de iure communi.*

14 Napodani *doctrina ſeruatur pro lege in* Ciuitate *Neapolis.*

15 *Clerici ligantur* Conſuetudinibus, *et Statutis laicorum diſponentibus de ſucceſſione actiuè, et paſſiuè.*

16 *Statuta laicorum ligant clericos, cùm non loquuntur expreſſim de clericis, nec de re competente clericis vt clericis, ſed vt cuilibet de populo.*

17 Conſuetudines *Neapolitanæ ab inteſtato loquentes ſunt fauorabiles clericis, dùm prouident de hærede ab inteſtato, præſertim cùm non vocant extraneum, ſed proximiores agnatos, num.30.*

18 *Sine hærede decedere probrum exiſtimarunt antiqui.*

19 Clerico *mortuo bona iudicantur vt laici, qui ſuccedit, et quarè, nu. 22. et 37.*

20 *Statuta generalitèr loquentia habent locum etiam in hæreditatibus clericorum, prout in hæreditatibus laicorum, et num.21.*

21 Doctor Marta *exploditur, quomodo poſſit defendi, num.27.*

23 *Inuentarium bonorũ clerici, in quibus ſucceſſit laicus debet fieri per Iudicẽ laicum, ſicut è contra quando clericus ſuccedit laico.*

24 *Res Eccleſiæ cùm tranſit ad priuatum perdit priuilegiũ, et fit vſucapibilis.*

25 *Defuncti perſona nõ conſideratur poſt mortem quoad forum, et priuilegia, ſed ſucceſſoris.*

26 D.D.Thomas Carleual Regius Cõſiliarius *laudatur.*

29 *Clericus non diſponens videtur velle decedere cum diſpoſitione* Conſuetudinis.

30 *Agnati conſeruant cum bonis honorẽ, decus, authoritatem, et memoriam domus.*

31 *Facultates ſingulis agnationibus conſeruari intereſt Reipublicæ.*

32 *Familiæ dignitas, et honeſtas non conſeruatur abſq; diuitijs.*

33 *Familiæ ſplendori voluiſſe acquiſitorem proſpicere, veroſimile eſt.*

34 Conſuetudines *Neapolitanæ an, & quæ fuerint approbata per Eccleſiaſticos.*

36 Carolus de Graſſis *exploditur.*

38 *Teſtandi facultas quam ob cauſam hominibus conceſſa fuerit, & an mero iure procedat.*

39 *Mors omnia ſoluit,*

ARGVMENTVM.

Clerico, & Ecclesiaſticis alijs cùm decedunt ab inteſtato an ſuccedatur ſeruata forma Conſuetudin. Neapolit. vel potiùs ſecundùm ius commune, & sic foeminis exclusis, vel inclusis in ſucceſſione, dùm maſculi ſupersint.

OBSERVATIO XX.

1 AFfinis eſt quæſtionibus proximè diſputatis obſeruatio circà ſucceſſiones Prælatorũ, & perſonarum Eccleſiaſticarum, cùm decedunt ab inteſtato, an .ſ. regulari eas oporteat ſecundùm Conſuetudines iſtas, eundem etenim videtur habere ſcrupulum poteſtatis in Conditoribus iuris noſtri municipalis, nec minorem habet difficultatẽ, aut vtilitatem, pẽdet namquè ex eius deciſione excluſio, vel incluſio fœminarum, cùm agitur de ſuccedẽdo perſonis Eccleſiaſticis ab inteſtato decedentibus, ſi maſculi exiſtant, quod ità eſſe difficile, vt in varijs Italiæ Statutis variauerint non Interpretes tantũmodò, ſed & Senatusconſulta, reſpõſaquè Prudentum, obſeruat præ cęteris *Theſ. lib.2. quæſt.2. num.*1. vbi retulit, articulum viſum fuiſſe difficilem Senatui, in quo ipſe reſidebat, ipſumq; cenſere, quòd egeat deciſione Cœſarea, dicerem ego, egere deciſione Põtificia, vt omninò ſilentium clericis imponeretur, & Eccleſiaſticis, vt hinc obſer-

obſeruari poſſit, quàm obſcitantèr *Molfeſius* dixerit, quæſtionem iſtam eſſe indubitatam *par.2.de perſon. q.7. num.13.*& latiùs *par.4.de ſucceſs. ab inteſt. quæſt.65. à num.54.* vbi cognitis contrariis, & articuli ſcopulis propoſitionem conatus eſt defendere, quãuis coactus, rem deducere argumentis hinc indè, & authoritatibus.

Videtur verò, quòd Conſuetudo hæc, & præcedens non habeant locum mortuo clerico ab inteſtato. Primò,
2 quia Conſuetudines iſtæ conditę fuerunt à laicis, & ſtatuta laicorum quãuis generalitèr diſponant, clericos nõ comprehendũt ex defectu poteſtatis, vt eſt *tex.in cap. Eccleſia Sãctæ Mariæ*, quem ad hoc notat *Abb.* ibi *in 1. not. extrà de conſtit.* vbi ità pertranſire DD. obſeruat *Phil.Dec.num.53.*& poſt multos, quos allegat *Carol.de Graff. de effect.cleric.effectu 2.num.170.* & ratio
3 videtur euidens, quia cùm poteſtas ſtatuendi dependeat à iuriſdictione ſtatuentis, vt inquit *Ant.de Butr.in d. cap.Eccleſiæ,num.3.* quòd ſcilicèt ſtatuens habeat imperium in eum, in quẽ ſtatuit, & ille, in quem ſtatuitur ſit ſubiectus, nullo modo poterit ſtatutum laicorum comprehendere clericos, in quos, & bona ipſorum iuriſdictio deficit reſpectu ſtatuentis.
4 Secundò, quia Conſuetudines iſtæ diriguntur in perſonam decedentis, dicitur enim in prima *Cõſuet.Si moriatur aliquis*, & in hac ſecunda *Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit*, quæ verba dicuntur concepta in perſonã, iuxtà *Bart.* ſenſum *in l.cunctos populos, num.2.C.de Summa Trinit. & Fide Cathol.* quod & probat *Imola in cap. quod clericis,col.3.verſ.& per hoc videtur,extrà de foro compet.* at cùm Con-
5 ſuetudo, vel ſtatutum loquitur in perſonam decedentis, non comprehẽdũt, neque intelliguntur loqui, niſi reſpectu ſubiectorum, vt probat *tex. in l.1.* & ibi *Bart.C.de tut.& curat.dat.ab his*, & probant *Bart.& Imol.locis* ſuprà cit. qui indè inferunt, forenſes non com-
6 prehendi ſub ſtatuto diſponente per hæc verba, quia ſubditi nõ ſunt, ergò cùm Conſuetudines iſtæ loquuntur per verba relata, non comprehendent hæreditates clericorum, vti perſonarũ non ſubiectarum, ità in puncto *Imola loco* cit. & alij apud *Graff.loco.*cit. *nu. 272.*
7 Tertiò, quia ſucceſſio debet eſſe reciproca, *l.nam & ſi parentibus, ff. de inoffic.teſtam.* cum ſimil. at clerici, & alij
8 Religioſi non ſuccedunt ſeruata forma Conſuetudinis Neapolis. ſed ex diſpoſitione iuris communis, vt obſeruat *Napod.* hìc *in ver. proximiores lo ſecundo, ſub num.255. verſ. & præmiſſa, Præſ.de Franch. deciſ.411. ſub. nu.5.et deciſ.667.verſ.dubitatum fuit*, ergò ſimilitèr ijs ſuccedi debet ſecundùm ius commune, & non ſecundùm Conſuetudines.
9 Quartò, ad idem, quia cùm agitur de ſucceſſione clerici ab inteſtato, idẽ dicẽdum eſt, quod de illius ſucceſſione ex teſtamento, cauſa enim teſtari, & inteſtati à pari procedunt, *l.1. §.1. ff.de bon.poſſ. contra tab.* & in vtraquè ſuccedentes dicuntur habere voluntatem defuncti, *l.conficiuntur, l.ſi quis cùm nullum, ff. de iure codicill.* notat in ſpecie *Marta de iuriſdict.par.4.cent.1.caſu 5.num.22.* at dato teſtamento clerici non eſt locus Conſuetudinum diſpoſitioni contra teſtamentum, vt inquit *Marta loco* cit. *à num.6. D.Præſ. de Franch. locis* ſuprà cit. *Capyc. deciſ. 98.* & nos probabimus, cùm agemus infrà *de ſucceſſ.ex teſtam.* ergo à pari non operabuntur Cõſuetudines, cùm clericus decedit ab inteſtato.
10 Quintò, quia ex prædictis in ſtatuto ſimili Conſuetudinibus iſtis diſponẽte, quòd cùm quis deceſſerit ab inteſtato ſuccedãt agnati, fœminis excluſis, interpretatum eſt, atquè deciſum, ſtatutũ non operari in hæreditatibus clericorum, quòd nimirum in illis fœmina admittatur, & non excludatur, vt eſt *deciſ.20.*apud *Surd.*& ità conſuluerunt, & cenſuerunt *Imola loco* cit.

Alex.

Alex.cōſ.44. n.14.lib.5.Dec. loco rela-
to,*Georg.Natta in tract. ſtatut. exclud.
fœmin.in penult. q.3.quæſt.princip.* &
alij apud *Theſ.d q.2.nu.4.* ergò à pari
cenſeri debet,Cōſuetudines non ope-
rari in hæreditatibus clericorum, ſed
11 in ijs ſuccedi debere ſecundùm ius
commune,per quod ad bona defuncti
maſculus ſimul , & fœmina vocatur,
*l.maximum vitiū,C.de lib.prater. auth.
defuncto* , & ſimil.
12 Sextò,quia in terminis huius Con-
ſuetudinis,quòd in hæreditate clerici
locū non habeāt Conſuetudines iſtæ,
cenſuit *Conſil.Fęlix de Rubeis*, quem
fuiſſe virum doctiſſimum teſtatus eſt
*D.Præſ.de Franch.d.deciſ.*411.*ſub nu.*
2.is enim *in addit.* ad hanc *Conſ.fol.*3.
*à terg.*relatis *Imol.& Dec.*cum ijs reſe-
dit,idquè latiùs probauit *Apoſtilla ad
Afflict.* quam dicit ſe exaraſſe , dùm
eſſet ſcholaris *D.Pręſ. de Franch. loco
cit.ſub num.*1.qui *num.*2. dubitat,an
illa fuerit *D.Ioannis* Ang. *Piſanelli.*
13 Verùm his non obſtantibus verior
mihi ſemper viſa eſt ſententia, quòd
mortuo clerico ab inteſtato , in eius
hæreditate , & bonis,in quibus cōſan-
guinei ſuccedunt , ſuccedatur ſecun-
dùm ius Conſuetudinarium,& per ſo-
los maſculos fœminis exeluſis , cum
onere illas dotandi iuxtà modū præ-
ſcriptū à Conſuetudine præcedenti.
Moueor,quia ità ſępiſſimè iudicatū
eſt per Sacrum Conſil. & quia ità iu-
dicauit Collaterale Consilium, prę-
ſertim in cauſa Annibalis Macedonij
ſuper ſucceſsione Epiſcopi Policaſtri,
vt refert *Conſil.de Bottis* hìc *in addit.
ad num.*247. incip.*quòd moriente cle-
rico* , quam deciſionem ſcripſit *D.Reg.
Reuerterius* , vt conſtat ex eius deci-
ſionibus manuſcriptis , & aduertunt
Gaſpar de Leo hìc *ſub d.num.*247. *in
Apoſtill.*incip. *adde notata*, *P. Molfeſ.
locis* ſuprà cit.*ſub num.* 13. *& num.*54.
Caput.in pralud.§.3.*de perſon. num.*22.
laborioſiſſimus *Io. Baptiſta de Thoro in
ſuo Compend.deciſ.ver. Conſuetudines ,
lo primo, tomo* 1.*Hodierna in addit. ad
d. Surdi deciſ.*20. *num.* 11. & aliam
deciſionem S.C.in cauſa S. Laurentij
Terræ Padulæ ſub die 12. Iunij 1521.
refert *Naucler. in addit.* ad hanc *Con-
ſuetud.fol.*11.*in* 5.*add. & D.Præſ.de
Franch.*cit.*deciſ.*411. *num.*5.
Secundò , quia diſputato articulo
ità tenuit *Napod.*hìc *d.n.* 247. & poſt
eū vltrà citatos *nu.praced.* quotquot
ſcripſerunt, & iudicarūt in Regno,&
cùm ità tenuit *Napod.* nihil erit curā-
dum de *Conſiliario de Rubeis* , & alio
quouis repetente,aut conſulente,præ-
ponderat enim sēper authoritas *Na-*
14 *pod.* cuius doctrina ſolita eſt ſeruari
pro lege in Ciuitate Neapolis, vt ad-
uertit *Molfeſ.d.par.*4.*q.*65.*ſub num.*54.
15 Tertiò , quia Conſuetudines iſtæ
diſponunt de ſucceſſione, & clerici li-
gantur Statutis, & Conſuetudinibus
diſponentibus de ſucceſſione,ſiuè re-
ſpiciamus hæredes clericos ad eorum
admiſſionem, vel etiam excluſionem,
ſiuè etiam defunctos clericos , vt ni-
mirum in eorum ſucceſſionibus ſeruē-
tur ſtatuta locorum , ità enim poſt *Ti-
raquell.* & alios, quos citat probauit
Gabriel Sarayna in celebri illo *conſ.*
quod poſuit *in addit. ad ſing. Matheſ.*
110.*num.*9.*verſ.vbi plus.*
16 Quartò, quia Conſuetudines iſtæ
loquūtur generalitèr,nulla facta men-
tione clericorum, nec de re competē-
te clericis vt clericis, ſed vt cuilibet
de populo , & eo caſu ſtatuta laicorū
ligare etiam clericos, docuit *Bart. in
d.l.cunctos populos,in* 5.*quæſtione, & in
l.de quibus, col.vltim.ff.de legib. Lapus
alleg.*81.*Andr.Barb.in repet.rubr. de
rebus Eccleſ.non alien.col. fin. & in cōſ.*
14.*col.*3.*verſ.*2.*pręmitto,vol.*2.*& conſ.*
65.*col.*11.*et ſeq.vol.*4.
17 Quintò,quia quādo de clerico me-
miniſſet Conſuetudo , ſubſtinetur in
hæreditate clericorum , nam continet
fauorem reſpectu Eccleſiaſticorum ,
cùm decedunt ab inteſtato , eò quòd
intendit eis de hærede prouidere ab
inteſtato,quod eſſe fauorabile probat
text. Inſtit. de lege falcid. in princip.

18 pro-

18 probrum etenim antiquos cenſuiſ-ſe, quem ſine hærede decedere poſteris tradidit *Cicero.*

19 Nec obſtāt cōſiderata in cōtrariū, & primū, q Cōſuetudo ex defectu poteſtatis non comprehendat clericos, nàm mortuo clerico ceſſat argumentum, non enim ampliùs clerici, ſed ſucceſſorum bona iudicantur, quæ reperta ſunt poſt mortem clericorum, & ideò cùm laici ſuccedunt, debent ſeruata forma Conſuetudinis ſuccedere, vt probat *Napod. hic d. nu.* 247. *D. Reg. de Ponte conſ.* 18. *nu.* 12. *Molfeſ. d. q.* 7. *ſub nu.* 13. *&* cit. *q.* 65. *num.* 59. *Caputus d. nu.* 22. *Carolus de Graſſ. d. effectu* 2. *n.* 126. qui ex dicta ratione probauit poſt multos, quos citat *n.* 125. ſtatuta generalitèr loquentia habere locum in hæreditatibus clericorum, prout habent locum in hæreditatibus laicorum, di-

20 cens, ità fuiſſe iudicatum, & hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur *Canalc. decif.* 9. *num.* 81. *lib.* 3. quod idem multis alijs relatis repetit *Graſſ. ibid. nu.* 366.

21 Et hinc cauendum erit à *Marta d. caſu* 5. *nu.* 18. cùm putat, hæreditatem clerici repreſentare clericum, nec per clerici mortem deſinere eſſe clerici, aut affici poſſe iuriſdictione laicorum, nàm vel contrarium omninò eſt verius, vt probant præcit. *DD.* præſertim *Napod. & Reg. de Ponte*, ea ratione,

22 quia mutatione perſonæ bona, quæ erant affecta priuilegio clericali, deſierunt eſſe Eccleſiaſtica, & conditionem hæredum ſequuntur, vt inquit *Reg. de Ponte ibid. n.* 12. poſt *Guid. Pap.*

23 *decif.* 261. vbi hinc deducit, inuentarium bonorum clerici, in quibus ſucceſſit laicus fieri debere coram Iudice laico, ſicut è contra quando clericus ſuccedit laico, & probat *Rolandus à Valle conſ.* [illegible] 4. vbi multa cumulat, fundando, hoc priuilegium eſſe perſonale, & ad alios nō tranſitoriū, & ſtringit ratio, quia etiam res Eccleſiæ

24 cùm tranſit ad priuatum, perdit priuilegium, & fit vſucapibilis, vt docuit *Bart.* poſt *Dyn.* & alios *in l. Paulus,*

25 aliàs incip. *quamuis, ff. de acq. hæred.* idem *D. de Ponte loco* cit. *nu.* 14. qui *nu.* 15. ſcribit, poſt mortem defuncti eius perſonam quòad forum, & priuilegia non conſiderari, quod poſtmodùm lu-

26 culentiſſimis allegationibus, & commētarijs deduxit doctiſſimus *D. Conſiliarius Carlenal* Collega noſter, doctrina, moribus, nobilitate, atq; iudicio inſignis in *tract. de iudic. tomo* 1. *diſp.* 2. *n.* 302. *&* 319. ſed in omnibus inſpiciendam eſſe perſonam ſucceſſoris, ex *Bal.* quem allegat, cui addo *Laſſarte de decima vendit. c.* 19. *à nu.* 38. *Gutier. in tract. de gabell. q.* 88. *num.* 4. *Girond. de gabell. par.* 11. *in princ. à n.* 8. *Pereira de*

27 *manu Regia p.* 1. *c.* 16. *nu.* 18. vel poteſt *Marta* locus intelligi, data hæreditate clerici iacēte, iuxtà deducta per cundē *D. Conſ. Carlenal loco cit. à num.* 322. quamuis nec id ſemper habitum ſit pro abſoluto, nàm debere conueniri hæreditatem clerici iacentem coràm Iudice ſeculari, tradit *Fulgoſ. conſ.* 106. *& Fulgoſ.* refert, & ſequitur *Cardin. Tuſc. ver. hæreditas iacens, concluſ.* 22. *num.* 11. [illegible]

28 Secundò, non obſtat ſecundum, quod Conſuetudo loquatur in perſonam per verba *ibi* relata, quia Conſuetudo diſponens per verba, *Si quis, vel ſi qua deceſſerit* non loquitur de perſona clerici, neq; illam inhabilitat, cùm tractat de ſucceſſione inteſtati, ſed afficit bona, vt conſiderat *Surd. conſ.* 560. *vol.* 4. *in fin.* ſubdens, id eſſe permiſſum ex deductis per *eum conſ.* 3. *per tot.* poſt alios, quos allegat, & quòd afficeret perſonam clerici, ſi tractaret de ſucceſſione teſtati, & improbaret alicuius morientis diſpoſitionem, redarguens *Imol.* quòd non benè dixerit, docens contrarium; & ex his diluitur tertium, & quartum, quæ finximus contraria.

Præſertim, quia, vt tactum fuit in quinto argumento, clerici voluntas non refragatur diſpoſitioni Conſuetudinis, quandoquidèm, vt conſiderat

Q *Sur-*

Digitized by Google

Surdus d.conſ.560.verſ.addo,quòd cùm
29 *clericus*, clericus, qui potuit euitare
Conſuetudinem diſponẽdo, cùm non
diſpoſuit, videtur voluiſſe decedere
cum diſpoſitione Cõſuetudinis, quam
voluit habere locum in ſua hæredita-
te,cùm illam teſtando non eluſit.
30 Idq; ſuadetur, quia Conſuetudines
non vocant extraneum hæredem, ſed
defuncti proximiores agnatos, & co-
gnatos, & de clericorum familia, qui
domus authoritatem,honorem, & de-
cus,atq; memoriam conſeruant,& au-
gent, in quo & publica verſatur vtili-
31 tas, quæ expoſcit facultates ſuas ſin-
gulis agnationibus conſeruari, vt fa-
miliæ ſalua ſit dignitas, & honeſtas,
32 quæ abſq; diuitijs non conſeruatur, *l.*
*ab omnibus,circa princ.ff.de leg.*1.*l.*1.§.
ſi ſeruus,ff.de ventre inſpic.l.pietatis,C.
de ſuſpect. tut. l. creditores,ff. de priuil.
33 *credit.* & veroſimile eſt, acquiſitorem
ſplendori familiæ ſuæ proſpicere vo-
luiſſe,vt probat doctiſſimus *Præſ.Vrſi-*
*nus in tract. de ſucceſſ. feud. par.*2.*q.*2.
*art.*3.*nu.*4.
34 Ex quibus mirum eſt, quòd Con-
ſuetudines iſtas de licentia Summi
Pontificis non approbarint expreſsè
tot Præſules, & clerici, qui ſummo
cum nomine, & ardore in familiæ
ſplendorem, floruerunt in hac fideliſ-
ſima Ciuitate, quos facilè impetraturos
crediderim,cùm iubeat Summus Põ-
tifex,decidi cauſas clericorum ſecun-
dùm Conſuetudinem patriæ in *c. cùm*
veniſſent,extrà de eo, qui mittitur in
poſſeſſ. niſi dicas,vel id neceſſarium nõ
fuiſſe,cùm ſatis eſſet, quòd cenſuerint
noſtri, clericos comprehendi in Con-
ſuetudinibus iſtis, vel quòd ſatis ex-
preſsè eas approbarunt,cùm Conſue-
tudines omnes prætèr eas, quæ lo-
quuntur de congruo approbatas fuiſ-
ſe per Curiam Archiepiſcopalẽ, pro-
bet *Oliua in ritu illius Curiç* 22. & no-
tat ex noſtris *Molfeſ.par.*7.*q.*15.*n.*6. quod
quomodò ſit intelligendum obſerua-
bimus loco ſuo in explicatione iuris
congrui, fauente Domino.

35 Tertiò,nòn obſtat tertium,quia fre-
quentior eſt ſententia, & rebus iudi-
catis magis fulcita, fœminam excludi
ſtante ſtatuto excludente fœminas
propter maſculos, aliquo ab inteſtato
decedente,ſi clericus ab inteſtato de-
cedat, vt melioribus rationibus fun-
dari cõmunius eſſe, et frequentius iu-
dicatum retulit *Gabriel Sarayna loco*
cit. *à nu.* 3. qui ad contraria reſpondet
à *nu.*17.& *Imol.*& ſequaces ſigillatim
explodit *à num.*96. *verſ. vlt. non obſtat*
quod Io. de Imola, multiſq; relatis, diſ-
punctiſquè contrarijs omnibus ità
quoq; iudicatum refert *Theſ. d. q.* 2.
lib. 2. quod & in hæreditate Cardina-
lis Nouarienſis priùs cenſuerat *Ioan.*
*Andr.in c.fin.de offic.deleg.lib.*6. & plu-
ribus alijs relatis, qui hanc eandem
ſententiam ſectantur idem ſentit *Ca-*
rol.de Graſſ. d.effectu 2. *nu.*274.dicens,
36 hanc veriorem eſſe,& magis commu-
nem opinionem *nu.*276. quamuis *ipſe*
eam limitari poſſe putauerit, quando
ſtatutum verba dirigeret ad defun-
ctum, vt quia diceret, ſi quis decedat
inteſtatus, in eius hæreditate ſucce-
dant maſculi, ſi exiſtant, fœminis ex-
cluſis,eò quòd credat eo caſu differri
diſpoſitionem, & effectum principali-
tèr in tẽpus, quo quis decedit, & cùm
clericus nõ erat ſubiectus iuriſdictio-
ni ſtatuentis, ex doctrina *Io. Andr.in*
c.ſine culpa, de reg. iur. in 6.*Ruin.conſ.*
200.*à n.*8.*lib.*2.*Caphal. conſ.* 95.*nu.*15.
*lib.*1.*Burſ.conſ.*93.*nu.*38.*lib.*1.confun-
ditur etenim horum limitatio ex di-
ctis,& quia verborum illorum conſi-
deratio orta eſt ex diſtinctione, quæ
37 Neotherici quidam adinuenerunt de
diſpoſitione perſonali, aut reali, quç
non eſt cõſiderabilis mortuo clerico,
& quando bona priuilegio deſtituta
ſubſunt iuriſdictioni Iudicis ſecula-
ris, qua de re diſtinctionẽ illã vanam
eſſe, & verbalem potiùs, quã realem
aduertit in ſimili *Petr. de Anchar. in*
*c.acceſſerimus,col.*5.*verſ. aduertatis do-*
mini, de reg. iur. in 6.& *Franc.Aret.in*
l.iuſtè, col. fin. verſ. præterea iſta diffe-
ren-

ventia, *ff. de acquir. poſſ.* notat in ſpecie *Satayna loco cit. num. 93.* qui aduertit, quòd quando eſſet diſtinctio ſubſtentabilis, quòd verba ſtatuti, & conſuetudinis illa referuntur in perſonā propter rem, & ſic proptèr bona ab inteſtato defuncti, & proindè idem de verbis illis cenſeri debere, ac cenſeretur, ſi ad rem relata eſſent, ex ſimilibus per *eum* allatis *num. 94.*

38 Vltrà quòd conſideratio in limitatione *Caroli de Graſſ.* falſa omninò eſt, ſi conſideretur, facultatem teſtandi hominibus quaſi gratioſè conceſſam fuiſſe, & in ſolatium, ac leuamen mortis, ſolatium enim fati eſt, voluntas vltrà fatū, vt dixit *Lipſius lib. 2. de cruce*, quia diſponit teſtator in id tempus, quo non eſt futurus dominus, nàm teſtamentum morte confirmatur, *cap. cùm Martha, verſ. nouiſſimum enim, de celebr. miſſar.* ſed poſt mortem

39 quis desinit eſſe dominus, mors enim omnia ſoluit, *Auth. de nupt. §. deinceps autem*, vndè diſpoſitio licèt fiat tempore habili, quo qui teſtatur dominus eſt, tamen effectus confertur in tempus inhabile, quod mero iure non deberet licere, per *text. in l. quod ſponſa, C. de donat. antè nupt.* & hinc cùm dicit *Graſſus*, cōſuetudinē, aut ſtatutū nō valere, si diſponat per verba, *Si qs deceſſerit*, non ligare clericos, quia di-

40 ſpoſitio confertur in tempus, quo qs decedit, fallitur omninò, nàm quāuis id locum habeat dato teſtamento, ab inteſtato non poteſt eſſe ſcrupulus, quòd non tangat clericum, dùm ſucceſſio datur poſt mortem, & Cōſuetudo noſtra non loquitur cùm quis decedit, ſed cùm quis deceſſerit, & de ſuccedendo bonis cùm vacant, & non perſonæ, cuius poſt mortem nulla conſideratio eſt, vt diximus *num. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici, & alij Religioſi an agnatis, & cognatis decedentibus ab inteſtato ſuccedant ſecundùm Conſuetudines Neapolitanas, vel ſecundùm ius cōmune, incluſis fœminis, vel excluſis, ità vt ſufficiat, maſculum ſupereſſe ad excluſionem fœminarum, ſiuè is clericus ſit, ſiuè laicus, nu. 7. & à nu. 16. num. 22. & 36.*

2 *Clerici ſeculares ſuccedunt aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus, prout laici, ſed quo iure, num. 22.*

3 *Clerici dicuntur agnati cùm agitur de iure ſucceſſionis.*

4 *Clericatus eſt dignitas.*

Per eum iura agnationis vti naturalia non diminuuntur, nequè immutātur, ibid.

5 *Conſuetudines, & ſtatuta laicorum quamuis generalitèr loquantur, & fauorabilia ſint clericis, an, & quando proſint clericis, & ijs Religioſi vtātur; & num. 9. & 24.*

6 *Perſonæ non nominata in ſtatuto non cenſentur excluſa.*

8 *Religionem, quæ fouet, ſumma ratio eſt.*

10 *Clerici vtūtur vt laici ritibus, et pragmaticis quòad liquidationes inſtrumentorum.*

11 *Statutum ſi excludat feminas ſtantibus maſculis an comprehendat clericos, & num. 36. & 37.*

12 *Clericos vti poſſe beneficio Conſuetudinum Neapolit. qui tenuerint, & num. 14. & qui ſecus, num. 18. & 20.*

13 *Conſuetudines Neapolitanæ an allegari poſſint in Curia Archiepiſcopali.*

15 *Monachi S. Benedicti, et Ordinis S. Auguſtini excludunt fœminas ex diſpoſitione* Conſtitut. Regni In aliquibus.

16 *Cauſę clericorum terminari debent ſecundùm iura, & non ſecundùm Conſuetudines laicorum.*

19 Napodanus *nunquàm fuit contrarius in explicandis Cōſuetudinibus Neapol.*

21 *Succeſſio vt debeat eſſe reciproca requiritur, quod eadem ſit ratio, & paritas terminorum.*

23 *Agnatus ſi præferatur cognato ex ſtatuto, agnatus non excludet cognatum clericum.*

25 *Leges ſeculares non ligant clericos.*

26 *Agnatus, aut frater quod quis ſit non ſufficit ad Conſuetudinum beneficium, niſi talis ſit, qui comprehendatur, & vti poſſit beneficio Conſuetudinum.*

27 *Clerico decedenti ſi ſuperſit clericus, & fæmina in eodem gradu, an fæmina excludatur à maſculo vigore ſtatuti laicorum excludentis fæminas propter maſculos.*

28 Text. in cap. cùm dilecti, de foro compet. *explicatur.*

29 *Lex Imperialis fauorabilis Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis cenſetur approbata à Papa, non ſic in ſtatuto municipali, quod opus eſt, vt approbetur per Papam, quantumuis ſit fauorabile.*

30 *Conſuetudines Neapolitanæ an fuerint approbatæ per Antiſtitem Neapolitanum, aut per Papã, & an ſufficiat fuiſſe approbatas per Antiſtitem, vt clerici ijs vti poſſint.*

31 *Clerici pluſquàm laici tenentur ſeruare æquitatem.*

32 *Fœminarum excluſio maximum eſt vitium humanitatis.*

33 *Statutum derogans ſucceſſioni fœminarum propter maſculos an ſit irrationabile, & iniurioſum, idquè an recipi debeat ab Eccleſia, & Eccleſiaſticis.*

34 *Præcepta iudicialia veteris teſtamenti an, & quando ligent hodiè in nouo teſtamento.*

35 *Statutum vbicunq; eſt minus rationabile, non prodeſt clericis, quàmuis ſit fauorabile.*

38 *Clericus an excludat ſororem, ſi cum clerico ſuperſit laicus, qui ſororem eandem excludat.*

39 *Mater quamuis excluſa propter agnatos ſi ſuperſit ſoror, per quam agnati excludantur, ſuccedit cum ſorore defuncti eius filia.*

40 *Perſona non excluſa trahit ſecum perſonam excluſam, quum quæ ex iuris communis diſpoſitione coniuncta eſt.*

ARGVMENTVM.

Clericus, & cæteri Eccleſiaſtici, ſiuè ſoli, ſiuè cum alijs an ſuccedant ſecundùm has Conſuetudines, vel ſecundùm ius commune, decedẽtibus ab inteſtato agnatis, & cognatis eorum.

OBSERVATIO XXI.

1 NOn minor eſt huius, quàm præcedentis obſeruationis vtilitas, & difficultas, continet etenim, prout & præcedens materiam excluſionis, vel incluſionis fœminarum, ſi maſculi cùm Eccleſiaſtici ſunt, & Religioſi ſuccedere velint, aut poſſint, & fœminas excludere, prout laici, & quæſtionem hanc eſſe ſatis arduam, & difficilem fatetur *Riminaldus ſenior conſ. 268. antè num. 1. lib. 2.* & in ea variauit *Andr. Barbat.* conſulendo, & legendo, vt ipſe teſtatur *in cap. quòd clericis, à num. 113. de foro compet.* vbi *num. 127.* dat rationem ſuæ varietatis propter diuerſa fantaſmata.

Nos examinabimus hic, vt veritas quæſtionis appareat, & explicata maneant quæ pro vtraquè parte conſiderauimus *obſeruat. præced. num. 7. 8. & num. 15.*

Sed videtur affirmatiuè reſpondẽdum, & quòd reſponſio facilis ſit ex dictis *obſeruat. præced. à num. 7.*

Primò, quia, vt *ibi* diximus, ſucceſſio debet eſſe reciproca, at clericis ſucceditur in hac Ciuitate iuxtà Cõſuetudines iſtas, vt eſt fundatũ *obſeru. præced.* ergò & clerici ſuccedere debent ſeruata forma harum Conſuetudinum, & ſic excludere fœminas.

2 Sc-

2 Secundò, quia quòad clericos atti-
net, clerici ſeculares ſuccedunt omni-
bus tàm aſcendentibus, quàm deſcen-
dentibus, & collateralibus perindè ac
laici, proùt eſt expreſsè diſpoſitum
in l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, &
l. Sacraſancta, C. de Epiſc. & Cler. cap.
quia nos, & cap. relatum, lo ſecondo, de
teſtam. ſed laici ſuccedunt ſeruata
forma Conſuetudinum, & excludunt
fœminas, ergo ità quoquè clerici ſuc-
cedent, & fœminas excludẽt, ità *Mar-*
ta tract. de ſucceſs. leg. par. 3. q. 13. art.
1. num. 5.
3 Tertiò, quia Conſuetudo hæc di-
ſponit circa ſucceſſionem agnatorum,
ſed clerici proculdubio dicũtur agna-
ti, cùm agitur de iure ſucceſſionis, vt
dicit *Gabriel Sarayna in addit. ad Mat-*
theſ. ſing. 110. num. 5. & probatur, quia
4 per ſuperuenientem clericatum, qui
dignitas eſt, *auth. de monach. in princ.*
iura agnationis, quæ ſunt naturalia nõ
amittuntur, aut mutantur, *l. penult. ff. de*
Senator, l. filij, ff. ad municip. l. ad dimi-
diam, C. quod met. cauſa, ergò in ijs
Conſuetudines iſtæ loquentes de
ſucceſſione, procedẽt, atquè diſponẽt
vti in agnatis omnibus.
5 Quartò, quia Conſuetudines de
quibus vſquè nunc agimus loquuntur
generalitèr, & ſunt fauorabiles, nec
pcedunt prohibẽdo, pcipiẽdo, punic-
do, aut aliàs imperioſè, & ſpecie qua-
dã authoritatis, & iuriſdictionis, ſed
magis conceſſionis, aut priuilegij, &
hoc caſu poſſe ſtatutis laicorũ cleri-
cos uti, & monachos, probat *text. in*
cap. dilecti, de foro cõpet. & in cap. cùm
veniſſent, de eo, qui mitt. in poſſ. notant
Cardin. in cap. perpendimus, in 2. quæſt.
ad fin. de ſen. excom. Bonus de Curtili in
repetit. cap. vlt. in 11. quæſt. de conſuet.
Panormit. Romanus, Dominicus, & alij
laudati a *Tiraquell. de iure primogen.*
quæſt. 44. num. 8. Riminald. ſen. conſ.
388. ſub num. 1. lib. 2. Theſ. lib. 2. q. 1.
num. 6.
6 Et facit, quia Conſuetudo non no-
minat clericos, & perſonę non nomi-
natę in ſtatuto nunquàm cenſentur
excluſæ, vt probat *Marta de ſucceſs.*
leg. par. 2. quæſt. 6. art. 2. num. 4.
7 Quintò, quia Conſuetudinus cõcat
cùm fratres maſculi extant, inhabili-
tant ſorores ad ſuccedendum, iuxtà
poſita ad *Conſuet. Si moriatur, obſer. 7.*
cùmquè conſtet, illas diſponere de
mulieribus tanquàm ſubditis, videtur
extrà dubium concludendum, quòd
excluſis mulieribus, prout inhabili-
bus, maſculi ſuccedant iure ſuo, ſicut
ſi ſorores non eſſent in rerum natura,
ſufficietq; vnum maſculum ſupereſſe,
iuxtà *Bald.* doctrinam *in l. 4. Cod. de con-*
dit. inſert. ſiuè is maſculus ſit clericus,
ſiuè laicus, vt obſeruat *Minſynger. cẽt.*
3. obſeruat. 26. num. 2. Ità poſt *Lapum*
arguit *Riminald. loc. cit. num. 10.*
Nec videtur veroſimile, Cõditores
harum Conſuetudinum voluiſſe ab
eorum prouiſione, & beneficio exclu-
dere clericos, & Eccleſiaſticos om-
nes, immò potiùs eſt veroſimile, quòd
voluerint eos includere, ex quo ſigni-
ficatio verbi implicat, cùm non alitèr
frater ſit, qui laicus ſeruit Mũdo, quàm
8 qui clericum ſe profitens ſeruit domi-
no gentium, & ſumma eſt ratio, quæ
fouet Religionem, *l. ſunt perſonæ, ff. de*
relig. & ſumpt. funer.
9 Tantò magis, quia in ſtatutis om-
nibus fauorabilibus videmus admitti
ad vſum illorum clericos, & Eccleſia-
ſticos, prout & laicos, vt obſeruat
Bald. in l. cunctos populos, col. 6. verſ. ſed
hic vlteriùs quæritur, C. de Sum. Trinit.
& Fide Cathol. vbi plura exempla
10 ponit, & nos practicamus in dies in
liquidationibus inſtrumentorum vi-
gore Rituum Mag. Cur. Vic. & Re-
giarum Pragmaticarum, nàm benefi-
cio ſtatutorũ in hac parte clericis vti-
tur contrà laicum, quamuis non è con-
tra, vt benè vidit *Maranta diſput. 8. ſub*
num. 14. & cæteri Regnicolæ paſſim.
11 Sextò, quia in ſtatuto excludente
fœminas propter maſculos ſimili Cõ-
ſuetudinibus iſtis clericos excludere
fœminas, tenuerunt *Bald. Lapus, Abb.*

Georg.

Digitized by Google

Georg. Natta, Caſtr. Socin. Dec. Maranta, & alij, quos longa ſerie congerit *Theſ. loc.* cit. *num.* 3. qui & *num.* 10. ità ſe iudicaſſe teſtatur, & eandem ſententiam tenuiſſe *Rotam* apud *Mohed.* quē allegat; alios laudat *Camill. Salern. in proæmio* Caroli, *in* §. *præfatis, fol.* 24. *in addit.* incip. *Pro concluſione, verſ. vide, quia clerici, Caldas à Pereyra in tract. de nominat. emphyt. quæſt.* 16. *nu.* 28. *verſ. vlterius ampliandа lex noſtra*, vbi firmat, hanc eſſe communem opinionem, communemq; dicit *Sarayna in addit. ad ſing. Rom.* 446. *et Mattheſ.* 110. *ſub num.* 17. eſſeque mentis inopem, qui clericos à talibus ſtatutis, & Conſuetudinibus repellat, dicit *Tiraquell. loco* ſuprà cit. *num.* 12. *in fine*, hancq; opinionem ſeruari in practica notat *Imola in cap. dilecti, de foro compet.* & ab ea non recedendum, vtpotè quæ ſit communis, innumeris propè relatis teſtatur *Carol. de Graſſ. effectu* 2. *num.* 277. *et ſeq.*

12 Et in terminis iſtarum Conſuetudinum, quòd clerici ijs vtantur in fauorabilibus contrà *Mattheſ. ſing.* 110. videtur tenuiſſe *D. Io. Angel. Piſanellus in add. ad Napod. in d.* §. *præfatis, fol.* 24. *lit. C. in Apoſtill.* incip. *Concludit Napod. in fine*, vbi dicit, iſtas Conſuetudines poſſe allegari in Curia Archiepiſcopali, quo ex *loco* deducit

13 *Marta de ſucceſſ. par.* 1. *quæſt.* 14. *art.* 1. *ſub n.* 41. *Napodanum* huius opinionis fuiſſe; licèt ſubdat, quòd ipſe putat, pro neutra parte debere allegari *Napodanum*, eò quòd ſibi contrarius appareat.

14 Expreſsè tamen pro clericis ſcripſit, eos nimirum vti poſſe Conſuetudinibus in fauorabilibus *P. Molfeſ.* cōtrà allegationes, quas inſeruit Authoris incerti *conſ.* 27. *à num.* 21. atq; ità fuiſſe iudicatum in S. C. ſe referente teſtatur *Conſil. de Bottis* ad hanc *Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, fol.* 448. *in Apoſtilla* incip. *In cauſa Fratris Io. Baptiſta*, & referunt idem *P. Molfeſ. par.* 2. *de perſon. quæſt.* 7. *num.* 25. *et Tharns* 1. *par. Compend. verbo Conſuetudines Neapolitana, lo vltimo fol.* 116.

15 Idq; in terminis *Conſtitutionis Regni* noſtri *In aliquibus* probauit in Monacho Sancti Benedicti, aut Ordinis S. Auguſtini *Afflict. in d. Conſt. nu.* 58. *et* 59. & videtur idem ad eandem *Cōſtitut.* probare *Minadous ibi in* 2. *notab. à num.* 84.

16 Ego tamen quāuis ſubſtentari poſſe cenſeam opinionē, quam retuli vtì probatam à Viris grauiſſimis, & ità iudicatam, præſertim attentis ſtatutis Italię excludētibus fœminas proptèr maſculos, puto veriùs eſſe in terminis Conſuetudinū iſtarū, clericos, & alios Eccleſiaſticos non cōprehendi appellatione agnatorum, aut cognatorum, & proptereà ſuccedere ab inteſtato ſecūdùm ius commune Romanorum inſimul cum fœminis, quæ cum laico ſuccederent, niſi eis impedimento eſſet diſpoſitio Conſuetudinis.

17 Moueor Primò ex *text. in cap. quòd clericis*, vbi not. *Canon.* omnes *de foro compet.* in quo mandat Summus Pōtifex, quòd cauſę clericorum terminētur ſecundùm iura, & non ſecundùm Cōſuetudines laicorum, ſed ex dictis *obſeruat. præced.* & vt patet lippis, atq; tonſoribus Conſuetudines noſtræ ſūt Conſuetudines laicorū, quòd & clerici in dies inſinuant allegantes eas, ipſos non ligare, & ſecundùm iura commūnia fœmina non excluditur à maſculo, vt diximus alibì non ſemel, & deducit *Riminald. d. conſ.* 268. *num.* 23. ergò clericus non ſuccedet ſecundùm Cōſuetudines iſtas, & per conſequēs fœminas non excludet.

18 Secundò, quia ità tenuit *Napod.* Auriga noſter *hic ad Conſuet. Si quis, vel ſi qua, ver. proximiores, lo ſecondo, in verſ. et præmiſſa, nu.* 255. vbi ſic habet, *Religioſi habentes proprium videntur ſuccedere de iure communi, non de iure Conſuetudinum, quæ locum habere non poſſunt in Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis*, & ſic expreſsè *Napod.* ſentit, quomodò Religioſi ſuccedant, & non

per

per ambages, vt ſcribit *Marta loc.cit.*
19 & malè accuſans *Napod.* contrarietatis, cuius omninò expertē fuiſſe experietur quiſquis eū benè obſeruauerit.

20 Et cū *Napodano* ſentiunt quotquot ſcripſerunt in materia iſtarū Cōſuetudinum, dempto *Patre Molfeſio* clericum etenim fœminā ſecūdùm iſtas Conſuetudines non excludere, docuit *Dom. Praſ. de Franch. deciſ.* 411. *circa fin.verſ.Item poſſet decidi quaſtio*, quamuis vtatur medio parùm apto, quia ſcilicèt clericus diſponendo non ligatur, cùm non verſetur in hoc talis relatio,ſeù reciproca diſpoſitio,vt benè vidit *Caputus ad Conſuetud.§.3.de perſon.nu.* 17.*verſ. quarè ſubſiſtendum*, poſtquàm fundauerat,clericum nō excludere fœminam ab inteſtata agnati,aut cognati ſucceſſione *nu.*14.idem *D.Praſ.de Franch.deciſ.*667.*ſub nu.*4. *verſ.dubitatum fuit*, *Horatius. Montanus contr.*11.*num.*3. *D. Epiſc. Ricc.in add.ad deciſ.*411.*D.Praſid. de Franch. Incertus author in alleg.* citata apud *Molfeſ.d.conſ.*27.*à n.*6.*& n.*9.

Tertiò,quia non obſtāt quæ adduximus in contrariū,& ſimilia, etenim
21 Primò non obſtat, quòd ſucceſſio debeat eſſe reciproca,per illam regulam, *ego ſuccedo tibi, prout tu ſuccedis mihi*,de qua *in l.legè duodecim tabularum,C.de legit.hared.*quę regula etiam in ſtatutis locum habet,vt notat *Bart. in §.filium, auth.quibus mod.nat. effic. legit.*quia ratio procedit data paritate terminorum,vt dicit *Marta in ſumma ſucceſſ.legal.par.*2.*q.*5.*ar.vlt.n.*18.& in caſu noſtro termini non ſunt pares,cū etenim ſucceditur mortuo clerico bona ſunt omninò ſubiecta Conſuetudinibus noſtris, vt fundauimus *Obſeruat. precedenti*, at eùm clericus ſucceſſionem prætendit vti incapax beneficij Cōſuetudinum,vt fundabimus *infrà*, nō reperit,in quo reciproca ſucceſſio figat pedes.

22 Secundò non obſtat, quòd clerici ſęculares ſuccedunt,prout laici etiam collateralibus,nam nos id non negamus,dubitamus ſolùm, quo iure ſuccedant,& defendimus,quòd non ſuccedant excludendo fœminas ſeruata forma,& ex beneficio harum Conſuetudinum,vt nunc non ponamus in cōtrouerſiam quod tradidit *Io.de Imola in d. cap. quod clericis,de foro compet.*
23 vbi docuit,quòd ſtante ſtatuto,quòd agnatus præferatur cognato, cognatus clericus non excludetur, quod & affirmarūt *Alex.conſ.*44. *colum.*4.*lib.*5. *Dec.conſ.*13.*in fin.& Catell.Cotta in memor.*incip.*clerici ligantur paulò antè fin.verſ.quid autem ſit in ſtatuto*, nàm hoc attento cadit reciprocę ſucceſſionis argumentum, dùm ex parte ipſius deficit vis ſtatuto illum excludendi, prout excludit laicum,& ſubiectum.

Etiam quia in ſucceſſionibus ab inteſtato clericis ſucceditur,& ipſi ſuccedunt iuxtà diſpoſitionem iuris ciuilis, vt poſt *Roſell. Paſſager. Matthaſ. Vbald.* & alios firmat *Graſſis d. effectu* 2. *nu.*250. & monacho ſuccedi nō poteſt ab inteſtato, vt dicit *D. Praſ. de Franch.deciſ.* 40. *num.*1.

Tertiò nō obſtat,quòd Cōſuetudo diſponat de agnatis,& generalitèr, ac in fauorem clericorum vocando maſculos,vt eſt deductum *in* 3.4. *&* 5. *contrarijs*, aut quòd veriſimile ſit potiùs clericos incluſos,quàm excluſos à beneficio Cōſuetudinis ex ſimilibus cōſideratis.

24 Nàm reſpondetur,falſum eſſe clericos comprehendi in ſtatuto fauorabili, & concedente priuilegia clericis, quia hoc eſſet ſignum ſuperioritatis, vt poſt *Io.de Lignano,Abb.& Alex.*conſiderat *Marta d.caſu* 5.*num.*26.& be-
25 nè, quia leges ſæculares non ligant clericos,& alias perſonas Eccleſiaſticas,ut habetur *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ,de conſtit.*qua ratione non ſuffi-
26 cit,clericos eſſe,aut agnatos, aut fratres, nàm non ſufficit ad Conſuetudines noſtras, quòd quis ſit agnatus, aut fràter,ſed talis debet eſſe agnatus, aut frater,qui comprehendatur,& vti poſſit beneficio Cōſuetudinum, quorum nu-

numero clerici, & alij Religioſi non-
ſunt ex dictis, & probat idem *Marta*
loca cit. num. 24. verſ. ex his concludo, cũ
ſcribit, quòd si clerico decedenti ſu-
27 perſit clericus, & fœmina in eodem
gradu, non poterit clericus ſuccedere
excluſa fœmina vigore ſtatuti, quod
clericos non comprehēdit; ſed fœmi-
na admittetur ſimul cum altero cleri-
co, motus ex latè deductis per *Rimi-*
nald. d. conſ. 268. lib. 2. à num. 23. idem
Marta in ſumma ſucceſs. leg. par. 1. *q.*
13. *art.* 13. *n.* 24. vbi eadem verba repe-
tit, imò totum, quod poſuerat citato
caſu 5.

28 Nec obſtat *tex. in d. cap. dilecti*, *de*
foro compet. cum ſimil. vbi priuilegio
conceſſo Anglicis gaudent etiam cle-
rici Anglicani, nàm *tex.* ille loquitur
in priuilegio conceſſo à Summo Pon-
tifice, ideò non eſt mirum, si compre-
hendatur clericus, ità *Barbatia in d.*
cap. quod clericis, n. 124. *in fin.* & quan-
29 do non eſſet priuilegium à Papa con-
ceſſum, intrat ad rem noſtram ſingula-
re dictum *Hoſtienſ. in cap. fin. de ſolut.*
vbi voluit, ꝙ lex Imperialis loquens,
ac diſponens fauorabilitèr de Eccle-
ſijs, & de perſonis Eccleſiaſticis, cen-
ſetur approbata per Papã, ſecus si eſ-
ſet ſtatutum municipale, quia quantũ-
cunque ſit fauorabile, opus eſt, vt in-
quit *ipſe*, quòd approbetur per Papã
per *tex. in cap. benè quidem 96. diſt.* &
Nos ſumus in Conſuetudinibus Nea-
politanis, quæ ſunt ſtatuta municipa-
30 lia; & non ſunt approbatæ per Papam,
vt dicunt Eccleſiaſtici, & propterea
in eo, quod ſunt clericis fauorabi-
les, clericos comprehendere non poſ-
ſunt, quamuis nõ desint, qui dixerint,
Cõſuetudines iſtas fuiſſe approbatas
per Antiſtitem huius Ciuitatis, ꝙ ve-
rè conſtat ex *procemio Conſuetud. in* §.
vt igitur, nàm id nõ ſufficere, cùm ſint
leges municipales, ſed debere appro-
bari per Pontificem Maximum, notãt
Canon. in cap. Eccleſia Sancta Maria,
de conſtit. & quòad has Cõſuetudines
docuit expreſsè *Napod. in procem. Ca-*
roli, num. 311. *D. Praeſ. de Franch. deciſ.*
285. *num.* 8. & tangit *Caputus in dicto*
procem. §. 7. *num.* 16. & poſt *Guid. Papã*,
& alios notat *Carolus de Graſſ. de ef-*
fect. cleric. effectu 2. *ſub num.* 44. citato
ad id præ cæteris *Hoſtienſi loco cit.*

Et his si addas quæ ponit *Barbatia*
loco cit. à num. 115. & præſertim *n.* 118.
nullum prorſus dubium eſſe poterit,
quòd clerici non excludant fœminas
ex iactata veroſimilitudine in Condi-
toribus ſtatutorum, aut priuilegio Re-
31 ligionis; æquitas enim, quã præcipuè
clerici ſeruare debent, & pluſquàm
laici, vt dicit *Carol. de Graſſis de effecti-*
bus cleric. in prælud. num. 171. pati non
32 poteſt, nec debet fœminarum exclu-
ſionem propter clericos, quod maxi-
mum vitium importare dicit *tex. in l.*
maximum vitium, C. de liber. præter. &
probat *tex. in d. l. lege 12. tabularum, C.*
de legit. hered. vbi probatur, quòd ſta-
33 tutum derogans fœminis in ſuccedẽ-
do, eſt iniurioſũ, qua ratione dicit *Bal.*
in l. quicunque, C. de ſeruis fugitiuis,
quòd si ſtatuto cauetur, quòd exiſten-
te auo paterno non ſuccedat auus ma-
ternus, quòd nihilominùs ſuccedet
auia paterna; quia iſtud ſtatutum non
eſt rationabile, & ideò maſculinũ non
concipit fœmininum, argum. *l. si verò,*
ff. ſol. matrim. & per conſequens vide-
tur abſurdum notabile, quòd Eccleſia,
quæ eſt altrix, & cultrix honeſtatis, &
iuſtitiæ, vt inquit *tex. in cap.* 1. §. *si di-*
uerſum, de alien. feudi recipiat tale ſta-
tutum irrationabile, & iniurioſum.

Nec dicas cum *Salyc. in l. cunctos po-*
pulos, C. de ſumm. Trin. & fide cathol.
Imperatorem malè conſideraſſe vitiũ
humanitatis *in d. l. maximum vitium*,
prætextu, quòd ſtatuta hæc ſint ratio-
nabilia, quòd ſint conformia iuri Di-
uino, vt habetur *Num. cap.* 24. nàm, vt
replicat *Barbatia ibid. num.* 126. *Salyc.*
34 minùs peritè loquitur, nàm, vt ſubdit,
præcepta iudicialia veteris teſtamen-
ti non ligant hodiè in nouo teſtamen-
to Domini noſtri Ieſu Chriſti, niſi qua-
tènus approbata ſint per habẽtem au-

tho-

thoritatem legis condendæ, vt probat ex *text. in cap. translato, de conſtit.* & docet *D. Thomas in* 1. 2. *quæſt.* 104. *ar.* 3. ex quo retorqueri poteſt in *Tiraq.* grande illud facinus, cùm dixit, mentis inopem, qui à talibus ſtatutis clericum arceat, quòd fœmina etiam per leges Teſtamẽti Veteris excludatur à maſculis, ſi enim locum illum vidiſſet *Barbatia*, dixiſſet *Tiraq.* quòd ſcripſit contrà *Salyc.*

35 Et hac ratione non erit contemnendũ quod tradit poſt *Ant. de Butrio Barbat. ibid. n.* 125. quòd ſ. vbicunquè ſtatutum laicorum priuilegiat clericum, non prodeſt clerico, ſi tale ſtatutum eſt minus rationabile, prout probat eſſe ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione proptèr maſculos, ex doctrina *Bart. in d. l. cunctos populos*, dicens, quòd clericus agnatus non in-
36 cluditur ſub dicto ſtatuto, & quòd ità conſuleret, ſi occurreret in cõtingentia facti, quamuis aliàs conſuluerit cõtrarium, vnde erit obſeruandum, hanc eſſe vltimam opinionem *And. Barbat.* in hoc articulo.

Poſtremò non obſtat, quòd in terminis noſtrarum Conſuetudinum *Molfeſ. & alij* clericorum partes defenderint, nàm cõtrariũ receptius eſt, & communius ex citatis *num.* 18. & *nu.* 20. nec *Io. Ang. Piſanellus* id probat, ad quod allegatur, & in articulo
37 in ſtatutis ſimilibus non deſunt qui contrarium enixè probauerint, quos laudat *Theſaur. d. quæſt.* 1. *num.* 8. & *Lapi* allegationem, in qua omnes ferè ſe fundant, non eſſe ſine dubio dicit *Socin. iun. conſ.* 80. *num.* 14. *verſ. nec obſtant deciſiones*, qui & alios citat, aliosquè cumulat *Tiraq. loco* cit. *nu.* 5. *Alexand. Raudenſ. deciſ.* 41. *num.* 44. *& Menoch. conſ.* 940. *à num.* 22. *lib.* 9. *Socin. ſen. conſ.* 241. *num.* 2. *lib.* 2. *Riminald. ſen. d. conſ.* 268. *in* 2. *dubio*, *Matthe. ſ.* cit. *ſing.* 110.

Ex quibus inconcuſſa remanet cõcluſio *Napodani*, & explicatum quod promiſimus ad *obſeruat. præced.* in nihilo reſtagante deciſione S.C. relata per *Conſ. de Boctis*, nàm illa diuerſa eſt à re pręsẽti, vt obſeruat *Capur. loco* cit. *num.* 15. & nos facti illius cauſæ ſeriem adnotabimus, cùm agemus infrà de ſucceſſione ex teſtamento.

38 Quòd ſi cùm clerico adſit frater laicus, qui ex propria perſona ſororẽ excludit, an hoc priuilegium Conſuetudinis competens laico, ità clerico communicet, vt & clericus excludat ſororem, ſicut & laicus.

Et puto reſpondendum affirmatiuè ex traditis à *Marta in ſumma ſucceſſ.*
39 *part.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 2. vbi fundat, quòd ſi mater per ſtatutũ excludatur proptèr agnatos, & ſuperſit defuncti ſoror, quæ excludit agnatos, quòd & mater nõ obſtãte ſtatuto ſuccedet, quia perſona non excluſa trahit ſecum perſo-
40 nam excluſam, cum qua ex Iuris communis diſpoſitione coniuncta eſt, vt conſiderat *Marta ibid. num.* 3. & ideò cùm certum ſit, quòd clericus cum laico fratre in communis fratris ſucceſſione vocatur, & admittitur, abſquè dubio in terminis tàm Cõſuetudinis, quàm *Conſtitutionis Regni In aliquibus* clericus cum laico excludet ſororem.

SVMMARIVM.

1 *Patre, vel matre exiſtente in medio an locum habeat* Conſuet. Si quis, vel ſi qua, *& num.* 10. *&* 11.

2 *Mater non admittitur ad hereditatẽ filij ab inteſtato decedentis, ſi ſtatutũ excludat matrem, vocans proximiores, & præferat maſculos fœminis.*

3 *Auus maternus an præferatur auo paterno, vel patri in bonis maternis.*

4 *Proximiorum vocatio in* Conſuetud. Si quis, vel ſi qua *an includat, vel excludat patrem, & matrem, & num.* 9.

5 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, quod an ſemper ſit verum, num.* 20.

6 *Patrem an includat, vel ſecus ſtatutũ* fa-

faciens mentionem de linea patris.

7 *Argumentum à verosimili eſt validum.*

8 *Verba* Conſuet. Si quis, vel ſi qua, vel aliquo ex linea materna, *de quibus intelligi debeant.*

12 *Omiſſum in Conſuetud. Neapol. remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

Et quid in diſpoſitione iuris cōmunis diſponentis de hæreditate filij decedē-tis abſquè liberis, num. 13.

14 *Statutum loquens in decedente ſine filijs, ſubauditur, ſi decedat ſine patre.*

15 *Conſuetud. Neapolit. ſunt mixti iuris, & non recipiunt interpretationem odioſam.*

16 *Exhæredatio odioſa eſt, & reſtringenda.*

17 *Conſuetudines Neapolitanæ conditæ fuerunt cum dictamine rationis à Viris prudentibus, & religioſis.*

18 *Patrem exhæredare ſine cauſa nulla lege Paganorum, aut Etnicorum licet.*

19 Napodani *locus emendatur.*

21 Conſuet. Si quis, vel ſi qua *dat modum ſuccedendi, quando ſoli proximiores ſuperſunt, non cum ſupereſt pater, aut mater, & qua ratione, n. 22.*

Eaquè ratio cur non fuerit expreſſa in Conſuetudine, num. 24.

In ea verbum proximiores *quomodò accipi debeat, num. 23.*

25 *Collaterales non ſuccedunt, niſi cùm deficiunt deſcendentes, & aſcendentes.*

26 *Statuti ratio cùm non exprimitur, dicitur mens ſtatuti, quæ colligitur extrinſecùs.*

27 *Legis quod in mente continetur, in ipſa lege dicitur contineri.*

28 *Linea quotupliciter accipi ſoleat, & quomodò accipiatur* in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, *& nu. 31.*

29 *Stirps non facit gradum, nec connumeratur in gradu.*

30 *Emphyteuſi conceſſa alicui vſque ad tertiam generationem, primus acquirens non computatur in generatione, & quarè.*

31 *Linea in materia ſucceſſionis, & fauorabili, quamuis ſtatutaria, quomodo accipi debeat.*

Quādo verificetur etiā in tranſuerſalibus, num. 32.

ARGVMENTVM.

Patre, vel matre exiſtente in medio an locum habeat Cōſuet. Si quis, vel ſi qua.

OBSERVATIO XXII.

1 PAtre, vel matre exiſtente in medio an locum habeat Cōſuetud. iſta, antiqua eſt quæſtio, & quamuis innumeris propè ſententijs præiudicata, repetitur quotidiè à Scribentibus, ità vt oporteat media examinare hoc loco, explicatis iam quæſtionibus literæ huius Cōſuetudinis, etiam quia facit quæſtio, quam agimus aditum ad vtiles, & frequentes materias.

Videtur verò, Conſuetudinem iſtā habere locum ad beneficium proximiorum, qui vocantur in ea, quamuis pater, aut mater exiſtat in medio.

Primò reſpectu matris, quia Cōſuetudo iſta vocat proximiores, & Conſuetudo præcedens præfert ma-
2 ſculos fœminis, at ſtatutum excludit matrem ex interpretatione prudentū à ſucceſſione filij ab inteſtato decedentis, quotiès ſtatutum vocat proximiores, & extat alterum ſtatutum præferens maſculos fœminis, quia cū fœminæ excluſæ ſunt, mater admitti non poteſt, iuxtà ſententiam *Anton. de Butrio in conſ. 9. num. 1. verſ. in contrarium, Menoch. conſ. 565. n. 13. vol. 6.*

3 Secundò reſpectu patris videtur caſus decidi expreſsè à *Napod. in hac Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, num. 130.* vbi dicit, quòd ſi concurrunt in ſucceſſione defuncti proauus maternus, &

& auus paternus,vel pater,auus mater-
nus præfértur in bonis maternis auo
paterno,vel patri,illis in verbis, *& ſic
proauus maternus præfertur in bonis
maternis auo paterno, vel patri*, data
enim iſta doctrina *Napod.* datur di-
ſtinctio bonorum, quamuis pater ex-
tet in medio, & pater excluditur à
bonis maternis, & ex linea materna
obuentis.

4 Tertiò reſpectu tàm patris, quàm
mãtris videtur vtrũquè excludi à Cõ-
ſuetudine iſta, quę vocat proximiores
ex parte patris,& ꝓximiores ex parte
matris, proximiorum nàmquè vocatio
5 patrem, & matrem excludit, quia in-
cluſio vnius eſt excluſio alterius,vt in
puncto dicit *Alber.Brun.de ſtat.excluſ.
fæm.art.6.nu.163.Socin.ſen.conſ.81.
nu.1. volum.4. Socin.iunior conſ.141.
à num.5.uolum.3.Honded.conſ.4.num.
106.uolum.1.*

6 Quartò, quia eadem Conſuetudo
conſiderat lineam, ibi, *vel aliquo ex
linea materna*, & cùm ſtatutum facit
mentionem de linea patris, operæpre-
tium eſt, vt includat patrem, qui eſt
caput lineæ,argum. *text.* cum *ibi* not.
*in l.non ideò minus, C.de hæred. inſtit.
l.1. C.vnde uir, & vxor, l.maritus,
C.de procurat.* aliàs ſequeretur, quòd
ſtatutum vocaret ad ſucceſſionem re-
motiores,& non patrem, quod non
7 eſt veroſimile,& argumentum à vero-
ſimili eſt validum, *l.non eſt ueroſimile,
ff.de eo,quod met. cauſa*, quòd autem
8 verba illa, *vel aliquo ex linea materna*,
intelligi debeant de linea aſcendẽti,
deſcendenti,& collaterali, docet *Na-
pod.hìc in uerb. ex parte patris*, & ge-
nitiuus ille *patris* coniunctus cum di-
ctione *ex parte*, ſignificat originem,
argum.*l.1. §. uideamus, ff.de coniung.
cum emancip. liber.* not. *Bald. conſ.
321. lib.* 1. Vt hìnc noſci poſſe vi-
deretur, Conſuetudinem ex verbis
illis voluiſſe comprehendere, & in-
cludere patrem, & matrem in eo,
quod vocauit proximiores ex parte
patris, & ex parte matris,excludendo
alterum à bonis alterius, vt conſide-
rat nouiſſimè *Camillus de Laratha cõſ.
115. à num.* 114. & quòd per illa ver-
9 ba non includatur pater, ſed potiùs
excludatur, notat poſt *Napod. hìc nu.
183. Regens Reuerterius loco* infrà
citando.

10 Quintò, quia opinionem hanc ex
Conſuetud. prædicta tenuit in termi-
nis *Vrſillus ad Afflict. deciſ.38.ſub nu.
3.verſ.ego autem vermis,& non homo,
& Camillus de Laratha d. conſ.115. à
num.37.* adductis ad id decem argu-
mentis vſquè ad *num.* 130. & ſic ad *fi-
nem conſilij*.

11 Sed his non obſtantibus puto ego
verius eſſe, Conſuetudinem iſtam lo-
cum non habere, patre, vel matre
exiſtente in medio. Moueor primò
authoritate grauiſſimorum in Regno
Cõſultorum, & Senatusconſultis,Cõ-
ſuetudinem etenim non habere locũ
patre, vel matre exiſtente in medio
tenuiſſe Proceres,& Sapientes Regni,
etiam Dominos de Sacro Conſilio
aperto ore refert idem *Vrſill.loco* cit.
*ſub num.*1.& re vera ità tenuiſſe con-
ſtat *Andr. in rubr.de nat. ſucceſs.feud.
nu.6. & 7.* à quo ſumpſiſſe originem
axioma hoc,dicit *D.Reg.Rouitus in q.*
infrà citanda *ſub num.* 58. *Napodan.
hìc num.132.in. fin.* ibi, *Sed primum
puto verius,quia hæc Conſuetudo loqui-
tur patre,vel matre non exiſtente, ergò
ijs exiſtentibus habet locum ius commu-
ne,& nu.182.circa fin.* ibi, *Pro ſumma
igitur veritatis teneo,quòd hæc Conſue-
tudo intelligitur patre non exiſtente in
medio*, & *num.* 186. *in principio* ibi,
*Intelligo igitur hanc Conſuetudinem
patre,vel matre nõ exiſtẽte in medio*, &
infrà in Conſuet.Et ſi teſtator, nu. 34.
in verb.proximiores,ibi,*& intellige hìc
patre, vel matre non exiſtente, aliàs ſi
exiſteret pater, & mater, dico habere
locum ius commune.*

Idẽ tenuit latiori apparatu *Luc. de
Penna in l.1. num.30. verſ. & faciunt
hæc ad quæſtionem vulgatam, C.de im-
pon.lucrat.deſcrip, lib.10. Capyc.deciſ.*

210. *num.* 1. *Conſil. de Anna conſil.* 2. *num.* 16. *& conſ.* 129. *num.* 3. *Minad. deciſ.* 38. *num.* 1. *&* 3. *& in Conſtit. Regni In aliquibus* 2. *not. num.* 104. *Freccia Gaſp. de Leo, Praſ. de Franch. & alij Addent. in hac Conſuet. Si quis, vel ſi qua* poſt *Napod. d. n.* 132. *Anna alleg.* 70. *&* 117. *Camill. Salern. infrà in Cõſ. Et ſi teſtator, n.* 34. idem *Praſ. de Frãch. deciſ.* 91. 486. 537. 543. *num.* 4. *&* 606. *Reg. Reuert. in deciſione*, ſiuè diſcurſu poſt *Conſuet.* qui dicit, caſum hunc eſſe ſine dubio, D. *Conſil. de Rubeis in add. fol.* 1. *à ter. verſ. & quod dictum*, *Reg. de Ponte conſ.* 61. *& conſ.* 73. *Reg. Rouit. conſ.* 28. *n.* 1. *lib.* 2. vbi dicit, hoc vulgatum eſſe axioma apud Maiores noſtros, illudquè nõ minus vetus, quã verum, & indubitatum in iure Conſuetudinario huius Ciuitatis Neapolis, & vulgatiſſimum dicit *in quaſtione Illuſtri poſt comment. ad pragm. num.* 1. D. *Conſil. Theod.* collega noſter *alleg.* 1. *ſub num.* 28. vbi doctiſſimè de more dicit, ceſſare prouiſionem Conſuetudinis patre, vel matre exiſtente in medio, *Capitius ad Conſuetud. Neapolit.* §. 3. *de perſon. num.* 21. *&* §. 9. *num.* 8. *Doctor Marta in ſumma ſucceſs. leg. par.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 10. *num.* 6. qui ſic fuiſſe deciſum refert *ibid. & in eius Digeſto nouo, ſeu Compend. deciſ. tomo* 3. *tit. de ſucceſſ. cap. ſæpè reſolutũ fuit*, *Io. Bapt. de Thoro in eius cõpẽd. par.* 1. *verb. Conſuetudo Neapolitana, lo pem. fol.* 118. & alibi, eſtquè ſolẽne ad hoc conſil. *Bal.* omninò vidẽdum *in conſ.* 197. incip. *ſtatuto cauetur*, *vol.* 4.

12 Secundò, quia Conſuetudo hæc nõ loquitur de patre, vel matre, ergò pater, & mater habentur pro omiſſis, & eorum incluſio, vel excluſio remanet ſub diſpoſitione iuris cõmunis Romanorũ, *l. cõmodiſſimè, ff. de liber. & poſth.*

13 ſed per ius cõmune Romanorũ in diſpoſitione de hæreditate filij ad beneficium alicuius decedentis abſquè liberis ſemper intelligitur patre non exiſtente in medio, vt conſtat præcæteris in *l. liberto ſine liberis*, *ff. de bon. libert.* ergò patre exiſtente in medio non habet locum Conſuetudo, ſed intactum ſeruatur patri, & matri ius, quod debetur ſucceſſionis, ità *D. Praſ. de Franch. deciſ.* 91. *nu.* 23.

14 Tertiò, quia Conſuetudo loquitur decedente aliquo ſine filijs, ſeu liberis, ſed quotiès in ſtatuto dicitur, *ſine liberis*, ſubauditur, *& ſine patre*, vt not. *DD. in dict. l. liberto*, & docuit *Napodan. hic ſub num.* 182. *verſic. item pro hoc facit*, ergò cùm Conſuetudo hæc dicit, ſine filijs, ſeu liberis, ſubaudiri debet, & ſine patre, ità vt cũ pater exiſtat in medio, Conſuetudo locum non habeat.

15 Quartò, quia Conſuetudines iſtæ ſunt mixti iuris, vt conſiderat *Napod. loco* cit. *verſ. præterea Conſtitutiones, & Conſuetudines*, ergò non debent recipere interpretationem odioſam, *l. Conſtitutiones, ff. ad municip. l. vt gradatim*, §. 1. *ff. de muner. & honor.* ſed ſi pater comprehenderetur in Conſuetudine iſta, & excluderetur, diſpoſitio

16 ſaperet vim exhæredationis, quæ odioſa eſt, & reſtringenda, *l. cùm quidam, ff. de liber. & poſthum.* ergò patre, vel matre exiſtente in medio non habet locum Conſuetudo.

17 Quintò, quia Cõſuetudines Neapolitanæ factæ sũt cũ dictamine rationis à viris Prudentibus, vitæ, ac opinionis electæ, & Religioſis; vt *Carolus Rex* teſtatur *in proœmio, in* §. *vt igitur*, & notant quotquot ſcripſerunt ad has Conſuetudines, ſed ſi contineret excluſionem patris, aut matris, eſſet lex

18 crudelis, & iniuſta, nulla. n. lege Paganorũ, aut Etnicorũ licet patrẽ exhæredare ſine cauſa, vt vtrũq; pbat *Napod. ibid. ver. præterea nũquã legimus*, ergò ſiuè rationes attẽdãtur, ſiuè authoritates Prudẽtũ, Procerũ, ac Sapientũ Regni, ſæper affirmare cogimur vulgatum axioma, quòd patre, vel matre exiſtẽte in medio locũ nõ habeat Cõſuetudo.

Nec obſtant contraria, miſſis nãq; Doctoribus pro contraria parte allegatis in 5. ex cõtrarijs, nàm de his ratio

vlla

vlla haberi debet,vbi *Napodan. Andr.*
& Lucas de Penna luminaria magna
Ciuitatis, & Regni cōtrarium expreſ-
sè decidunt. Primum de matre,quòd
excludatur ſtante ſtatuto vocante
proximiores,quotiès extet ſtatutum
excludens fœminas confunditur ex
conſideratis pro noſtra,quam tuemur
19 ſententia . Secundum ex verbo illo
Napodani auo paterno , *vel patri* om-
ninò commentitium eſt,verbum enim
illud,*vel patri*, abundat omninò, nec
potuit irrepere,niſi ex Impreſſorũ in-
curia ; quòd repererint in margine
Idiotę alicuius manu additum verbũ
illud,*vel patri*, non etenim eſt dare
verbum illud in mente *Napod.* nam
eſſet ſibi contrarius *inferiùs in verſ.*
item aduerte, quia non poſui caſum in
patre, & paternis , & *Napodanus* infrà
num. 150. *& num.* 157. reaſſumendo
eandem concluſionē non ponit ver-
bũ illud,*vel patri*, & in omnibus Co-
dicibus antiquis,quos volui pquirere
impreſſa, & manuſcripta,nũquàm re-
peri verbũ illud, quod initio meorũ
laborũ torſit ingenium meũ diutiùs,
quàm credi poſſit, quapropter conſē-
tientibus omnibus, cum quibus de re
hac verba feci , qui fuerunt viri inſi-
gnes , & in materia Conſuetudinum
ſummoperè verſati, concluſum eſt nō
ſemel, quòd cùm Conſuetudines de-
nuò imprimerentur,verbum illud de-
leretur ex *text*, *Napod.*
20 Sed nec obſtat tertium , quòd ex
incluſione proximiorum ex parte pa-
tris ipſe pater excluſus videatur,regu-
la enim,quòd ex incluſione vnius cę-
teri excludantur nō ſemper eſt vera ,
vt poſt *Socin.cōſ.*30.*n.*54. *& ſeq.vol.*1.
aduertit *Marta d.par.*2.*quæſt.*3. *artic.*
10.*nu.*12. aliquando enim,vt ſubdit ,
cæteri excluduntur,aliquando non ,
prout ratio ſuadet , vel diſſuadet, &
quòd hoc caſu regula non militet,ad-
uerto, quòd Conſuetudo dat modum
ſuccedendi, quando ſoli proximiores
21 ex parte patris , vel proximiores ex
parte matris ſuperſunt, quando verò
pater , vel mater ſuperſunt , qui ſunt
principium deriuationis ipſorum pro-
ximiorum, non loquitur, ideò ſucce-
dent de iure communi,ſunt formalia
verba *Doctoris Martæ loc.*cit. qui ſub-
dit,omninò excludi debere agnatos,
& cognatos proximiores propter pa-
trem,vel propter matrem , quia pro-
ximiores ex parte patris , & ex parte
matris ſunt in ſecundo gradu, & pa-
ter,& mater ſunt in primo gradu,om-
nes enim ſunt in vlteriori gradu,exce-
ptis parentibus,& filijs, §.*ſecundo gra-*
du,& §.ſeq. Inſtit. de gradibus, vndè
cùm Conſuetudo loquitur de ſecun-
do gradu,impoſſibile eſt,quòd primus
gradu admitti non debeat de iure
communi Romanorum.
22 Et ex his habes, amice Lector, ra-
tionem interpretationis illius, iuxtà
ſenſum , & opinionem Procerum , &
Sapientum Regni in articulo , quarè
patre , vel matre exiſtente in medio
non habeat locum Conſuetudo,quam
non inueniſſe dicit *Marta d. art.*10.
*n.*9.*verſ.ſed qua ratione*,cùm nō cōtē-
tus ratione tradita à *D.Præſ.de Frãch.*
*d.deciſ.*91. *num.*23. prout nec alia ,
quã adinuenit *Lucas de Penna in d.*
*l.*1. vtramq; diſpungit , & explodit *d.*
*num.*9. vera namq; traditionis ratio
eſt , quia cùm loquitur Conſuetudo
23 de proximioribus, verbum illud *pro-*
ximiores , contentiuè accipi debet ,
vt probabimus infrà,& ſic,vt pater ità
ſub appellatione proximiorum com-
prehendatur , & contineatur , vt om-
nes alio in gradu vlteriori exiſtentes
excludat, & quidèm iure optimo, vt
dicit *Bald. d.conſ.*197. cuius rationem
ad rem hanc probat *Marta ibid.n.*10.
verſ. ego credo, poſt *Brunum loco* cit.
nàm de iure nō eſt proximior ex parte
patris qui ſit proximior patre,vel ma-
tre , nemo enim proximior eſt ſeme-
tipſo,& propterea nemo poteſt exclu-
dere patrem,aut matrem,quia ipſi sũt
principium deriuationis , non deriua-
tum .
24 Nec mirum eſt, nō expreſſiſſe Cō-
dito-

ditores Conſuetudinum prouiſionem
in caſu,quo parẽtes ſupereſſent mor-
tuis filijs ab inteſtato,ſatis etenim pro-
uiſum crediderunt, quotiès vocarũt in
inteſtata ſucceſſione filiorum,filijs,ſeù
liberis nõ extantibus proximiores ex
parte patris,aut matris,& ſic collatera-
les,quibus ex iure locus nõ eſt in ſuc-
ceſſionibus,niſi cũ deſcẽdẽtes mortuo
25 nõ ſuperſunt,& aſcendentes, credere
etenim quis potuiſſet vnquã, niſi *Vr-
ſillus,& Laratha*,vocatos proximiores
ex parte patris,aut matris, cũ ſupereſ-
ſent pater,aut mater,quorũ ex vincu-
lo, & charitate vocatio proximiorum
pendebat,habita .ſ. ad eos considera-
tione,& hæc ratio, quãuis extrinſeca,
cũ colligebatur,ſat crediderũt expreſ-
ſiſſe non ſolùm prouiſionẽ,ſed & illius
26 rationem, quando namquè ſtatuti ra-
tio non eſt expreſſa,illa,quæ extrinſe-
cùs colligitur,dicitur mẽs ſtatuti, *Bal.*
27 *in l.non dubium,C.de legibus*,& quod
in mente legis continetur, in ipſa le-
ge contineri dicitur, *l. non minus, §.
verbum,ff.de verbor.ſignif.*

Et ex his, vt benè vidit *Marta d.
num.12.in fin.* reſpondetur ad ea,quę
relata ſunt in 4.ex contrarijs, quia
procedunt, quando ſtatutum diſponit
de linea proximiorum, in qua & ipſi
proximiores cõtineri poſſunt, ſed hæc
Conſuetudo loquitur de proximiori-
bus patris,vel matris,qui proximiores
ſunt in ſecundo gradu, ergò non poſ-
ſunt amplecti primũ de patre, vel ma-
tre,ſunt formalia verba *Martæ.*

28 Secundò reſpondetur ad idem, li-
neam multipliciter accipi ſolere, vt &
obſeruauimus ad hanc *Conſuet. obſer-
uat.5.num.3.* & not. *Anchar. conſ.95.
à num.5.verſ.circà quod aduertendum,
col. 2. in fine*, ac relati à *Tiraquell.
de retract.lign.§.1.gl.9.n.2.* cõmuniùs
tamen accipi ſolere dupliciter,effecti-
uè .ſ. & contentiuè, iuxtà declaratio-
nem *Bartholomæi Socin. in l. Gallus,
§. nunc de lege, ff. de lib. & poſthum.
Salyc.* inter *conſ. Baldi conſ.334. col.
3.vol.3. & Caroli Ruin. conſ.98. nu.1.
vol.1.* at quoquo modo accipiatur in
Conſuetudine noſtra nũquàm proce-
det cõtrariũ,ſi etenim accipimus lineã
effectiuè,pro linea .ſ. effecta à patre,in
qua ſoli deſcendentes cõprehendũtur,
29 tunc pater,vel mater exiſtens non ex-
cludetur,quia ſicut ſtirps nõ facit gra-
dũ,nec cõputatur in gradu,ex *l.Iuriſcõ-
ſultus,ff.de grad.affin.§. ſed noſtra, In-
ſtit.eod.tit.* ità nec pater,aut mater,qui
ſunt prima perſona lineæ,à qua alij de
linea procedunt,debent computari in
ea,& propterea ſicuti quando eſt con-
30 ceſſa emphyteuſis alicui vſq; ad tertiã
generationem, pater primus acquirẽs
non eſt generatio, ſed generans, ſiuè
cauſa generationis, vt dicit *Bald. in
Auth.ſi quas ruinas,num.3.C.de Sacro-
ſanct.Eccleſ. Gabriel.tit. de locato,con-
cluſ.4.n.4. Menoch.conſ.3.n.64.vol.2.*
ità paritèr non eſt linea, ſed cauſa, &
principium lineæ, & tunc pater non
excludetur à Conſuetudine, quia, vt
diximus *obſeruat.21.*ad hanc *Conſuet.
num.6.* perſona non nominata non
cenſetur excluſa à ſtatuto,aut verò li-
31 nea in Cõſuetudine accipi debet cõ-
tentiuè, prout credimus ex *Menoch.
præſumpt.67. num.23. præſumpt. 69.
num.10.& præſumpt.88.num.11.lib.4.
& conſ.233.n.19.lib.3.* quia verſamur
in materia ſucceſſionis fauorabili, &
in diſpoſitione facta fauore agnatio-
nis, vt diximus de Conſuetudinibus
iſtis,& dicemus alibi, quo caſu etiã in
ſtatutis lineam accipiẽdam contenti-
uè, & non effectiuè probat *Thobias
Nonius conſ.42. nu.30. Paulus de Ca-
ſtro conſil.111.col.fin.verſic.& ideò pu-
to,vol.1.Simon de Pratis de interpret.
vltim.vol.lib.3.interpret.3.dubit.1.ſo-
lut.11.nu.43.* & tunc, vt & fundatum
32 eſt ſuprà, quia Conſuetudo noſtra
vocat proximiores ex linea patris, &
loquitur indefinitè, ac verificatur etiã
in tranſuerſalibus, qui continentur in
linea,ità contentiuè accipi debeat, vt
patre, vel matre exiſtente in medio
Conſuetudo locum ſibi non vendi-
cet ad beneficium proximiorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Patris, aut matris exiſtentia an excludat alios collaterales, vel concurrat cum ijs, & num. 3. 5. & 7.*

2 *Doctores noſtri ſolent in re facili eſſe multi, in re difficili muti.*

4 *Collateralium locus non eſt in ſucceſſionibus, cùm adſunt deſcendentes, aut aſcendentes.*

6 *Linea aſcendens excludit collaterales.*

8 *Mater, aut pater ſi extent in medio, nõ excludit defuncti fratres, & fratris filios, ſed concurrit cum ijs. & nu. 9.*

9 *Collaterales exiſtente patre, & matre an ſuccedant ſeruata forma Conſuetudinis, vel iuris communis, examinatis ad id opinione* Napod. *nu.* 10. & 30. Ant. Capyc. *et aliorum loquentium, ſiue ex teſtamento ſuccedatur, ſiue ab inteſtato, num.* 11. & 31. Ant. de Alexand. Piſanelli, Mariconda, Naucler. & aliorum, *num.* 12. & *nu.* 32. *& à num.* 20. 22. *&* 26.

12 *Mater ſi eſt in medio, & ſuperſit frater vtrinquè coniunctus, conſanguineus tantùm, vel vterinus tantùm, an iſti excludantur, vel concurrant, & num.* 25. *& quo iure ſuccedãt tunc mater, & vtrinquè coniunctus, n.* 13. *&* 14. *vbi an tunc qui decedit ſuperſtite matre, & fratre vtrinq; cõiuncto, teneatur relinquere agnatis medietatem, ſi velit teſtari, vel ſufficiẽs relinquere legitimam iure communi debitam, & num.* 28.

15 *Et an tunc ſoror excludatur, vel ſecus propter exiſtẽtiam parentum in terminis Conſuetud. & ſtatuti excludẽtis fœminas propter maſculos, ſed nõ habentis locum contrà patrem, aut matrem, num.* 15. 19. 33. *& num.* 38.

16 *Perſona non excluſa à ſtatuto an, & quando trahat ſecum perſonam excluſam, cum qua ex legis communis diſpoſitione coniuncta eſt, & num.* 34.

17 *Soror ex legibus Romanorum vocatur cum patre, & matre ad fratris inteſtati ſucceſſionem pro virili.*

18 *Soror excluſa à ſtatuto in caſu ſimplici, non excluditur in caſu mixto.*

19 *Cõſuetudo operatur in caſu ſimplici, non in mixto quoad excluſionem, vt lędat ius commune, quominùs poſſit.*

21 Auth. defuncto, C. ad Tertull. *an, & quorum reſpectu ſit correcta per Cõſuetud. Neapol. cum adeſt frater, qui ſuccedat cum patre, aut matre ex vno latere tantùm, & num.* 22. 27. 28. *&* 30.

23 *Neptis excluditur ab hæreditate mortuo patruo, ſuperſtitibus matre, & fratre vtrinquè coniuncta.*

24 *Matre, vel patre quòd exiſtente in medio non habeat locum Conſuetudo, quomodò ſit intelligendum.*

29 *Frater coniunctus ex vno latere cùm admittitur ad ſucceſſionem, admittitur inſimul cum parentibus, & quare.*

30 *Conſuetudo quarè locum non habeat, cùm mater, aut pater ſuccedat cũ fratribus defuncto vtrinq; coniunctis.*

35 Ant. de Alexand. *exploditur.*

36 *Soror non venit appellatione fratris in Conſuetud. Neapolit. cùm adſunt fratres, qui concurrant.*

37 Text. in l. tres fratres, ff. de pact. *non procedit attentis Conſuetud. Neapolit.*

ARGVMENTVM.

Patre, aut matre exiſtente in medio an, & quomodò ſuccedant ab inteſtato defuncti fratres, aut ſorores ex vtroq;, vel vno tantùm ex latere coniuncti, correcta, vel ſecus *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* per Conſuet. Neapolitanas.

OBSER-

OBSERV. XXIII.

1 SEd cùm diximus *obſeru. praced.* exiſtentiam patris, aut matris efficere, quòd Conſuetudo locum non habeat, oportet vt videamus *hic*, an prorſus eneruet Conſuetudinem exiſtentia patris, aut matris, vel potiùs eos non excludat, multi enim ſunt in regione Scribentium,
2 qui tradunt hoc axioma, quod eſt facile, muti verò in eius explicatione, quod eſt difficile, quamuis id mirum videri non debeat, cùm accidat frequentèr in libris, quos voluimus, ſolēt namquè Doctores noſtri, vt inquit *Cuiacius*, nec ſemel multi eſſe in re facili, muti verò in re difficili.
3 At videtur omninò ceſſare prouiſionem Conſuetudinis huius exiſtente in medio patre, vel matre, præſertim quia Conſuetudo loquitur, atquè diſponit reſpectu collateralium, quibus locus non eſt in ſucceſſionibus,
4 quotiès adeſt qui præcedat eos ex linea deſcendenti, cuius eſt prima cauſa, vel aſcendentium, quorum eſt cauſa ſecunda, iuribus vulgatis *in auth. ceſſante*, C. *de legit. hared. & in auth. de hared. ab inteſt. venient.* §. 2. quibus ex iuribus pro certo videtur habere
5 *Napod. hic num.* 153. quòd pater, aut mater, qui ſuperſit excludat defuncti fratres, *in verſ. ſimilitèr pone*, illis in verbis, *ſimilitèr pone, quòd ſit controuerſia inter lineam aſcendentem, & collateralem, nàm tunc præferuntur aſcendentes, quorum eſt ſecunda cauſa*, & quòd ſic debeat intelligi *Napod. loc. cit.* confirmat ibi *Anton. de Alexand. in addit.* incip. *Et ratio eſt*, cùm fundatalis
6 latis varijs *Napod.* locis, quòd linea aſcendens excludat collateralem, ſubdens, durum eſſe in Ciuitate Neapolis iudicare contrà hanc *gloſſ.* in quam ſententiam venit quoq; *Nicolaus Mariconda in apoſt. ſequenti*, quæ incip. *Aſcendens*, vbi ait, ipſum de facto tanquàm Arbitrum ità iudicaſſe cum *D. Colucio Manciono*, & *Domino Aloyſio de Artaldo*, cum conſilio etiam aliorū Doctorum.

7 Ego verò quamuis mirari non poſſim de Viris re vera doctiſſimis, prout fuerunt omnes ſuprà citati, extrà dubiū eſſe cenſeo, exiſtentiā patris, aut matris nō excludere defuncti fratres, & fratrū filios, ſed quòd cū ijs ſimul ſuccedat pater, aut mater, vel vterquè ſimul, ſi defunctus ab inteſtato decedat, dato enim teſtamento, quid ſentiam aperio alibi. Moueor data inteſtati ſucceſſione, quia ità ſemper fuit obſeruatū in Ciuitate, itē quia *Napod. loc. cit.* non dicit cōtrarium in verbis, quæ ſequuntur ibi, *Niſi defunctus habuerit fratres vtrinquè coniunctos, aut fratrū filios*, & paulò poſt *nu.* 155. ibi, *quòd autem dixi in fratribus vtrinque coniunctis, idem credo, & teneo in fratribus coniunctis ex parte eius, de cuius bonis agitur, vt pater ſuccedat filijs in bonis ſuis maternis ſimul cum fratre eius vterino, & mater ſuccedat filio in bonis paternis ſimul cum fratre conſanguineo, quòd beneficium non traho vltrà ipſum fratrem, & filios*, ex quibus verbis certiſſima eſt *Napod.* ſententia, exi-
8 ſtentiam patris, aut matris non excludere fratres defuncti, & filios fratrum, ſed cum ijs ſuccedere, licèt excludat collaterales in gradu remotiores, qui ſcilicèt poſt fratres ſint, & filios fratrū, tertiò, quia ità fuit declaratum, habita maxima diſcuſſione per Sacrum, & Collaterale Conſilium in cauſa Ducis Montis Alti cum Comite Burrelli, vt conſtat ex *deciſ. D. Reg. Reuertery*, quā habemus *in fine Conſuetudinum*. Nec de hoc erit ampliùs heſitandum, quando & omnes Scribentes in Ciuitate, & Regno ità tenent, & indiſtinctè ità ſeruari teſtatur *Dom. Praſ. de Franch. deciſ.* 25. *nu.* 1. *Minadous deciſ.* 26. *ſub num.* 2. ac vidit *Molfeſ. par.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. quaſt.* 46. *num.* 23. vbi probat, lapſos eſſe *Ant. de Alexand. Maricondam, & alios*, quamuis crediderim, id eos ſcripſiſſe aliqua ductos neceſſi-

neceſſitate, ſuadent etenim hoc verba illa *Ant. de Alexand. durum eſſe in Ciuitate Neapolis iudicare contrà hanc gloſſ.* & alia, quibus *Mariconda* ſibi aduocat Collegas *Colucium Mäcionum*, & alios, quaſi quòd ſentirent, *Napod.* traditionem vim pati, & difficultates habere, & contrarium fore verius, atq; conforme iuri communi ſimul, & municipali in eo, quod attinet ad collaterales, vt ità dixerim, primi ordinis.

9 Verùm cùm extrà dubium eſt, patris, aut matris exiſtentiam non excludere fratres defuncti, & fratrum filios, videamus in materia harũ Conſuetudinum, an exiſtentia patris ità ceſſare faciat Conſuetudinem loquentem ab inteſtato, vt quotiès alter ex parentibus, aut vterquè ſuperſit, ſucceſſio regulari debeat ſecundùm ius commune Romanorum, vel ſecùs inter collaterales ipſos, qui forſan diuerſi ſexus eſſe reperiantur, vel non vno ex latere coniuncti, & æqualitèr conſiderati, ſeù vniformitèr in diſpoſitione iuris noſtri municipalis, eſt enim hæc inſpectio in ſe difficilis, vt benè vidit *Dom. Praeſ. de Franch. dec. 92. ſub num. 9.*

Et videtur, quòd ſuperſtite matre, aut patre ſucceſſio reſpectu collateralium quoq; & inter ipſos debeat regulari ſecundùm diſpoſitionem iuris communis Romanorum.

10 Primò, quia ità indiſtinctè concludere videntur quæ ſcripſimus *obſeru. praeced.* & idem docere *Napod. hìc nu. 130. verſ. aliàs ſi defunctus habet fratres*, & expreſſiùs *infrà in Conſuetud. Et ſi teſtator, in verb: proximiores, n. 34. ibi, & intellige hìc patre, vel matre non exiſtente, aliàs ſi exiſteret pater, vel mater, dico habere locũ ius cõmune, vt putà deceſſit quis ſine liberis relictis fratribus, et matre, vel patre, vel vtroq; certè dico tunc habere locũ Auth. Defuncto, C. ad Tertull. quod hìc correctũ non eſt.*

11 Secundò, quia ceſſare hoc in caſu prouiſionem Conſuetudinis, debereque propterea ſuccedi ſeruata forma iuris communis, ſiuè agatur de ſuccedendo decedenti ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento, obſeruàrunt *Anton. Capyc. in addit. ad Napod. in d. nu. 34. in addit.* incip. *Si ergò habet patrem*, & alij citati per *Salern. ibid. & Dom. Praeſ. de Franch. dec. 91. & 92.*

12 Tertiò, quia ità tenuerunt *Anton. de Alexand. & Io. Ang. Piſanellus hìc fol. 145. ad num. 242. Primus in addit.* incip. *De iure iſtarum Conſuetudinum, Secundus in addit.* incip. *In libro Dom. Ant. de Alex.* dicunt etenim iſti, quòd ſi mater eſt in medio, & ſuperſit frater vtrinquè coniunctus, & cõſanguineus, vel vterinus tantùm, quòd iſto caſu conſanguineus tãtùm repellitur à ſucceſſione defuncti, & admittitur mater, & vtrinq; coniunctus, addita ratione, quia quando mater eſt in medio ſecundùm communem interpretationẽ Conſuetudinis diũ obſeruatam non vendicat ſibi locum Conſuetudo, ſed ſtamus diſpoſitioni iuris communis, & ſubdit *Anton. de Alexand.* ità fuiſſe conſultum, & iudicatum per Sacrum Conſilium Neapolitanum, cùm accidiſſet quæſtio de facto, & ità conſuluiſſe, & iudicaſſe egregium Doctorẽ *D. Comitem de Peruſio*, addit *Piſanellus*

13 *loco* cit. & tenuiſſe cõſtat *Naucler. in add. ad hãc Cõſuet. f. 10. in penul. addit.* incip. *In ead. Conſuet. & gloſ. circà finẽ ibi, &c. verſ. ex ijs infero*, vbi ſcribit, fratrem vtrinq; coniunctum, & matrem ſuccedere de iure communi.

14 Et ex his confirmari videtur traditio eiuſdem *Piſanelli* in hac eadem *Conſuetud. in addit.* incip. *Si ergò deceſſit, fol. 118. lit. C.* cùm ait, quòd ſi decederet quis relicta matre, & fratre vtrinq; coniuncto, quòd ex quo tunc ceſſat diſtinctio bonorum, mater ſuccedet de iure communi cum fratre defuncti ſimul, ſubdens, quòd ſi deficiens vellet teſtari, nõ teneretur priùs relinqre medietatẽ bonorũ paternorũ ſuo fratri, qa ſufficeret relinquere legitimã iuris cõmunis fratri, ac matri, & de alijs facere poteſt quicquid vult.

15 Infertur ex his ſecundò, quòd ſi cũ

S matre,

matre, & fratribus adſit defuncti ſoror, & hæc admitti debet cum parentibus, & fratribus, non obſtante, quòd ſoror aliàs excluſa eſſet proptèr maſculos, ità .n. in ſtatuto ſimili probarũt *Bald. Anchar. & Socin.* laudati à *Dec. conſ.* 71. 569. & 589. *num.* 5. *Angel. conſ.* 200. & poſt *Alexand. Imol. Ruin.* & alios *Surdus conſ.* 100. *à nu.* 7. *lib.* 1. & probat *Anna alleg.* 117. *nu.* 14. *verſ. nec obſtat*, qui omnes dicunt ex *text. in l. fin. §. ſin autem*, *C. ad Tertull.* quòd ſi ſtatutum non habet locum contra patrem, & matrem, ſimul cùm eis intelliguntur habilitatę ſorores, & amitæ defuncti, & poteſt eſſe ratio, quia, vt diximus ad hanc *Conſuet. obſeru.* 21. *num.* 40. perſona non excluſa à ſtatuto
16 trahit ſecum perſonam excluſam, cũ qua ex iuris communis diſpoſitione coniuncta eſt, ex legibus enim Romanorum ſoror cùm patre, & matre, & vtroquè ſimul admittitur ab inteſtato
17 ad fratris defuncti hæreditatem, & quidèm pro virili, vt eſt *text. in d. Au-*
18 *then. Defuncto*, & not. *Afflict. deciſ.* 38. *num.* 6. *D. de Franch. deciſ.* 543. *nu.* 2. vel quia Conſuetudo dicitur excluſiſſe ſororē in caſu ſimplici, & ſic cùm agitur de ſuccedendo cum ſolis fratribus, non autèm in caſu mixto, videlicet quando cum patre, aut matre concurreret, iuxtà *Auth. Defuncto, C. ad Tertull. & in §. ſi igitur*, *Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* & ſatis eſt, vt Conſuetudo operetur in caſu ſimpli-
19 ci, vt quantò minùs poſſit corrigat ius commune, vt in terminis huius Conſuetudinis conſiderat *Minadous deciſ.* 38. *num.* 2. & in ſtatuto Paduæ ſcribit *Peregrin. deciſ.* 13. & generalitèr in ſtatuto *Marta in sũma ſucc. legal. par.* 3. *q.* 6. *art.* 1. *nu.* 17. vbi *alibi* ſe allegat.

His tamen, & ſimilibus minimè refragantibus puto ego, verius eſſe in materia noſtrarum Conſuetudinum,
20 quòd pater, aut mater cùm eſt in medio, hoc eſt cùm ſupereſt defuncto filio, ſuccedat ex diſpoſitione iuris cõmunis, ideſt quòd habeat locũ quod traditum eſt ex legibus Romanorum in patre, aut matre, quæ ſuperſit filio decedente ab inteſtato, & hoc ſenſu
21 verum eſſe quod dicitur, *Authen. Defuncto* non eſſe correctam per Conſuetudines Neapolitanas, & ſecũdùm ordinem ſuccedendi non eſſe ſublatũ per Conſuetudines, ſed exiſtentiam parentũ non impedire, quominùs Cõſuetudo locum ſibi vindicet quòad reliquos collaterales, vt quòad iſtos locus ſit diſtinctioni bonorum, & rationi, ac prærogatiuæ ſexus.
22 Moueor quòad diſtinctionē bonorũ ex *dec. Napod. in Cõſuet. iſta n.* 225. *ver. ex præmiſſis*, ibi *ex præmiſſis*, *quæ dixi, quòd pater exiſtens in medio ſuccedit filio in dotibus, et bonis maternis, videtur, quòd ius commune quòad patrem exiſtentem non ſit correctum*, & ſic demonſtrat *Napod.* reſpectu patris intrare diſpoſitionem iuris cõmunis, quò verò ad alios collaterales, qui cum patre ſuccedunt vigere diſpoſitionem Conſuetudinũ noſtrarum, idq; docuit expreſſiùs poſita quæſtione, de qua nos *ibidem*, cùm ſubdit *Pone ergò filius quidam habens bona materna deceſſit ſine liberis ſuperſtite patre, & fratre vterino*, decidendo namquè dicit, *ambo ergo ſuccedunt pater ſ. de iure communi, & frater vterinus de hoc iure municipali.*
23 Et quòad rationem ſexus, eiuſquè prærogatiuam moueor item ex doctrina *Napodan.* quam poſuit *infrà in verſ. ſed ſi morienti, in ver. neptes, nu.* 227. ibi, *& idem dico ſi deceſſit ſuperſtite matre, & nepote, & nepte ex fratre vtrinquè coniuncto, quòd ſuccedet ſibi mater, & nepos tantum, ex quo neptis eſt excluſa per hanc Conſuetudinem.*
24 Secundò, quia ſecũdùm has *Napodani* doctrinas ſemper eſt iudicatum in Ciuitate, & à Sapientibus, ac Senioribus noſtris omnibus concluſio, quam fundauimus *obſeruat. præced.* quòd patre, aut matre exiſtente in medio non habeat locum Conſuetudo, fuit vnanimitèr gloſſata, & intelle-

cta,

ƈta, vt exiſtentia parentum non tollat
omninò, & in totum diſpoſitionem
Conſuetudinis, & ordinem ſucceſſio-
nis,ab ea introductum contrà ius cō-
mune; ſed tantùm quia de patre, &
matre Conſuetudines non loqueban-
tur,eos non excludāt,& ſic quòd Cō-
ſuetudines contrà eos non procedāt,
eſt proptèr eorum fauorem,non autē
quòd nouitèr vocati, vel ſecùs ad ſuc-
ceſſionem de iure Conſuetudinis,quā-
uis incluſi,vel excluſi per ius commu-
ne ob exiſtentiam patris, vel matris
debeant excludi, vel includi,ità *Dom.
Reg.Rouitus conſ.*28.*lib.*2.*ſub num.*2.
vbi plures allegat,quos non tranſcri-
bo,& affert exempla quòad ſucceſſio-
nem vterinorum,aut conſanguineorū
25 tantùm cum parentibus, & vtrinquè
coniunctis, etiam ad excluſionem ſo-
rorum, vt *ibi* per eum, & anteà per
*Vrſill.ad Afflict.deciſ.*38. *à num.*6. *&
num.*12. *& Camill.Salern. in Conſ. Si
moriatur,fol.*73.vbi dicit,in cauſa,quā
referèmus *obſeruat.ſeq.* Ducis Montis
alti fuiſſe excluſam ſororem,& datum
ei ſolum paragium *lit.B.*
26 Sed quòd patre,aut matre exiſten-
te in medio quòad collaterales ſit
omninò locus diſpoſitioni Conſuetu-
dinis quòad diſtinctionem bonorum,
probat *Napod. d. num.*155. in verbis
ponderatis *num.* 7. & *ibi* notat hoc
Dom.Præſ.de Franch. in addit. incip.
iſta verba de vocatione vterini in bo-
nis maternis, & excluſione ſororis à
bonis omnibus tanquàm non admiſſæ
ex diſpoſitione Conſuetudinum, &
tradit vtrumquè *D. Conſil. de Boctis
hic fol.*124.*in addit.* incip. *ibi ſed quid
in patre, verſ. quod hic dicitur*, & alij
infrà citandi in reſponſione ad quar-
tum *num.*33.
Et *Napod.* vtrumquè docuit expreſ-
ſiùs in hac eadē *Conſuetud. num.* 131.
illis in verbis, *Sed an frater vterinus
ſuccedat cum parentibus maternis, &
frater conſanguineus cum parentibus
paternis. Reſpondeo ſic ſecundùm hanc
Conſuetudinem.*

27 Quibus ex verbis erit obſeruandū,
non omninò procedere quod dixit
Napod.loco cit.*num.*10. & eum ſequu-
tos tàm *loco* predicto, quàm *in Conſ.
Filiusfam.in gloſ.fin.in princ. & in fin.
D.Præſ.de Franch.deciſ.*25.*ſub num.*5.
deciſ. 543. *num.* 2. *& alibi*, *Marin.
Freccia hic in fine addit.* incip.*nota iſta
f.*125.quòd *Auth. Defūcto* nō eſt cor-
recta per has Cōſuetudines. Nàm ſi
& cùm ſuccedunt cum parentibus
fratres inter eos admittitur diſtinctio
bonorum,& prerogatiua ſexus,& cum
ipſo admittitur non ſolùm vtrinquè
coniunctus, ſed qui altero tantùm ex
latere coniunctus eſt ſecundùm hanc
Conſuetudinē,nemo nō videt,*Auth.
Defuncto* non ſeruari,atquè correctā
eſſe de iure iſtarū Cōſuetudinū, quo-
tiès pater, aut mater ſuccedit,nō iure
parentū,ſed iure proximiorū, quòd,vt
diximus *obſeru.præced.& infrà obſer.
ſequ.* includatur vterquè,vel per ſub-
auditum intellectum, vel ſub appella-
tione proximiorum, & dicetur pater,
aut mater venire iure parentum, quā-
do ſoli ſuccedunt,& iure proximiorū,
quando cum alijs defuncti fratribus,
quia tunc non excluduntur, quòd ea-
dem iuris diſpoſitione cenſiti fuerunt
cum fratribus per iura communia
Romanorum, quæ intacta ſeruantur à
noſtris,quia immutata non reperiun-
tur à iure noſtro Conſuetudinario,
quòd,autem *Auth. Defuncto* non mi-
litet, quando parentes ſuccedūt cum
defuncti fratribus,notant *Cæſar Vrſil-
lus in d. Afflict.deciſ.*38.*ſub nu.*7. *Nau-
clerius in addit.ad gloſ.hic,in ver. pro-
ximiores*, *D. Regens Reuerterius.* poſt
Conſuetud. iſtas in *diſcurſu* ibi poſito,
*Dom.Præſ.de Franch.d.deciſ.*543. *nu.*
4.*D.Conſil.Minadous deciſ.*38.*ſub nu.*
4.*verſ.iſtud declara,quando pater, &c.*
28 Secundò erit obſeruandum,perpe-
peràm dixiſſe *D.Præſ.de Franch. dec.*
606.*num.*7. *& Molfeſ.par.*4.*de ſucceſ.
ab inteſt.quæſt.*46.*nu.*2. quòd quando
ſucceditur ab inteſtato, tunc parenti-
bus in medio exiſtētibus ceſſant Cō-

ſuetudines iſtæ, & ſeruatur diſpoſitio *Auth.Defuncto,C.ad Tertull.* ità quòd ſuccedant parentes cum illis perſonis, cum quibus ſuccederent ſecundùm ius commune,nàm id omninò falſum eſt, vt collato *text. Auth. Defuncto* cum prædictis facilè colligi poteſt, & ex ijs,quæ ſubdit idem *Molfeſ.ibidem num.3.*

29 Obſeruo tertiò, procedere attentó iure noſtro municipali regulam,quam tradit *Marta in ſumma ſucceſs. legal. par.2.q.1.ar.2.nu.4. in sũmario*,quòd quoties frater ex altero tantùm latere coniunctus admittitur, & ſic conſanguineus tantùm, vel vterinus tantùm,tũc admitti debet qui vno tãtùm ex latere coniunctus eſt inſimul cum parentibus, quem enim frater, aut conſanguineus, aut vtrinquè coniunctus,vel vterinus admittit,pater nõ excludet, ſecundùm Conſuetudines iſtas, ſed cũ eo inſimul ſuccedere debet,ac poteſt,iuxtà traditionẽ *Napod. & D.Præſid.de Franch.* notatã *nu.26.*

30 Quibus ità obſeruatis, ac firmatis non obſtant quæ in contrarium adducta ſunt in articulo principali, & Primò non obſtat primũ ex doctrina *Napod.* quia in *locis ibi* citatis *Napodanus* locutus eſt ſolùm habito reſpectu ad parentes, non verò cùm collaterales ſuccederẽt inter ſe, ità etenim probat *Napodani* eiuſdem traditio, quam retulimus pro noſtra ſententia à *num.22.* eumq; ità debere intelligi notat *Vrſill. loco* cit. *nu.* 10. *in fin.* nę *Napodanus* ſibi contrarius videatur, & docuiſſe quod recipi,ſectariq; non poteſt ex dictis,vltrà quòd *Napod.loco ibi* relato locutus eſt,cùm pater, aut mater ſuccedit cum fratribus, & potuit intelligere de vtrinq; coniunctis tantummodò, quo caſu ſuccedere patrem,aut matrẽ ex iure communi p *Auth.Defuncto*,dixit quoquè *D. Præſ. de Franch. deciſ.606. ſub num.8.* quia re vera tunc Conſuetudo non intrat, quia ceſſat diſtinctio bonorum,non datis lineis diuerſis, vt alibi docuimus,& intrat ità ius cõmune, vt prorſus ceſſet Conſuetudo, ex conſideratis à *Minad.d.deciſ.38.num.5.*

31 Secundò non obſtat ſecundum ex *Capyc.* & alijs, nàm id procedit,cùm parentes iure parentum ſuccedunt, & ſic ſoli,aliàs,vt diximus modò,contrà terminos, ac ſtimulos calcitraſſent, quod de Viris in iure noſtro municipali verſatiſſimis haùd præſumendum eſt in dubio.

32 Tertiò non obſtat tertium ex *Ant. de Alex.* authoritate,*Io.Ang. Piſanelli, & Comitis de Peruſio*,omiſſa.n.reſpõſione ad vltimam *Piſanelli* traditionem,de qua *n.14.* eam enim examinabimus, cùm agemus de ſucceſſione ex teſtamento, iſtorum traditionis habita ratio non fuit, ſed reiecta extitit per Sacrum Conſilium, vt eſt videre apud *D.Præſ.de Franch.deciſ.92.* vbi in ſpecie de iſtis meminetat cum teſtimonijs rei iudicatæ per eos allegatis *ſub num.7. & nu.9.* eorumq; aſſumptum non eſſe verum probat *Molfeſ. d.quæſt.46.num.14.* & contrà ſententiam iſtam temporibus noſtris fuiſſe deciſum in cauſa Hippolytæ Capomazzæ cum fratribus de Burrello refert nouiſſimè *Monachus ad deciſ. 38. Minadoi,nu. 3. in fine*, quàmuis priùs retuliſſet,cõtrarium ſemper fuiſſe obſeruatũ, & deciſũ Neapol. quòd non potuit percipere,niſi ex *loco* iſto *Ant. de Alexand.* quem allegat, quoniàm *deciſ.Vinc.de Franch.* quã affert 112. non eſt in hac materia.

Nec puto curãdũ in hac re de sẽtẽtia *Nauclery*,cũ cadit *Ant.de Alex.et Piſanellus*, quorum ſolùm authoritate defendi poterat *Nauclerius*,qui nihil allegat, vt nunc vſurpem quod contrà *Steph.de Caieta,& Capyc.* dicit *D.Reg. Reuert. in fine diſcurſus* ſuprà allegati illis in verbis,*de authoritate Stephani de Caieta,& Capyc.non fuit habita ratio,ex quo ſine legibus loquuntur*,tantò magis, quòd *Naucler.* allegat pro ſe *Napod.*qui,vt ponderauimus,dicit cõtrarium.

33 Po-

33 Poſtremò non obſtat illatio circa inclusionem ſororis, quia *Anna ibi* relatus mutauit ſententiam *alleg.*119. ſecundo loco ſcribens, & *ibi* dixit, nõ eſſe curandum de Doctoribus, quos ad id retulimus, item quia, vt aduertit *Dom. Praſ. de Franch. d. deciſ.*92. *n.*10. & ex eo *P. Molfeſ. loco* cit. *ſub num.*8. in hac Ciuitate eſt receptiſſima ſententia, quòd ex habilitatione matris, & aliorum aſcendentium nullo modo intelligũtur habilitatæ ſorores, & amitę, & itá ſemper Seniores noſtri interpretati ſunt Conſuetudines, & *Napod.* traditiones, & hanc traditionem optimam eſſe ſubdit *Molfeſ. num.*9. quia parentum exiſtentia non includit ad ſucceſſionem eos, quos Conſuetudo, vel ſtatutum excludit, ex *conſil. Rom.* 399. & alijs, quos citat, & quòd cùm *Anna* voluiſſet demonſtrare contrarium *in allegat.*70. ſuccubuit.

34 Vndè dilucidatum remanet, ne veritati ſic generalitèr expenſum præiudicet quòad rem præſentem axioma, quod tradidimus *obſeruat.*21. ad hãc *Conſuetud. num.*40. & repetimus *ſuprà num.*16. maneatq; apertũ, qua fide di-

35 gna ſit *Apoſtilla D. Ant. de Alexand. hic ad nu.*182. *fol.*126. *in addit.* incip. *Nota quòd pater*, cũ dicit, admittendã cũ patre, aut matre ſororem, quæ dici-

36 tur frater ex *l. tres fratres, ff. de pact.* in materia etenim Conſuetudinum appellatione fratris non venire ſororem, cũ concurrũt fratres, diximus *ad*

37 *Conſuetud. Si moriatur*, *obſeruat.*27. *num.*8. vbi addendus erit *Dom. de Franch. deciſ.*24. *ſub num.*13. *& text. in d. l. tres fratres* non procedere attento iure noſtro municipali, quem in errorem deuenit quoq; *D. Epiſcop. Ricc. collect.*635. *in fine, verſ. infertur* 4. motus *ex deciſ.*543. *D. de Franch.* quæ dicit contrarium, eritq; propterea ab eo cauendum, præſertim quando indiſtinctè deciſum eſt, & habitum in Ciuitate, ſororẽ excludi à fratribus, quàmuis mater, aut pater exiſtat in medio, & fratres vterini tãtùm ſint, vel conſanguinei ſolùm, vt deciſum ſępiſſimè teſtatur *Dom. Praſ. de Franch. deciſ.*87. *num.* 1. vbi binas refert deciſiones, *deciſ.*92. *à num.*8. *& dec.*543. vbi quàmuis referat, articulum non fuiſſe deciſum, dicit tamẽ, depoſitum fuiſſe liberatum excluſis ſororibus, de quarum excluſione non dubitabatur, & alias deciſiones refert *Dom. Reg. de Ponte conſ.*61. *num.*44. 47. *& alibi, D. Reg. Capyc. Galeota in addit. ad conſ.*11. *Camilli de Medic.* eius ſoceri *à nu.*20. *Thor. in* 1. *par. compend. verbo ſorores*, vltrà citatos *nu.*25. & ex his non niſi temerarium eſſet rem ampliùs refricare in quæſtionem, quæ tot Senatus Conſultis fulcita eſt, & alijs quãplurimis tàm his, quàm præcedentibus temporibus & prætereo, ne ſim prolixior, quàm deceat, eſſequè volo.

SVMMARIVM.

1 *Auo, vel auia exiſtente in medio, aut alio aſcendente vlterioris gradus an ceſſet* Conſuetudo Si quis, vel ſi qua, *& n.*3. 7. *&* 9. *vbi referuntur Authores ſententia negatiua, & nu.* 11. *&* 13. *vbi quibus alys medijs opinio hac fulciatur. Cõtrarium à num.* 17. *iactis fundamentis, num.* 19. 20. *& nu.*23. *vbi Deciſ. & Doctores referuntur, qui itá tenuerunt, n.*25. *exploſis his, qui tenuerũt cõtrariũ, n.* 31. *& identitate rationis, n.*35. *vt nec locus ſit arbitrio Iudicantis in ea, num.*39.

2 Authoris *intentio dùm ſcribit, qua ratione hoc ſtilo vtatur.*

4 *Secundus ordo aſcendentium an, & in quo ſit immutatus per Conſuet. Neap. à legibus Romanorum, & num.*30.

5 *Auia venit appellatione aſcendentis.*

6 *Prærogatiua gradus, & diſtinctio bonorum quòd ceſſet, cùm eſt controuerſia inter lineam, & lineam, quid inferas, & num.*21. *&* 28. *vbi quomodò explicari debeat.*

8 *Parentis appellatione an ſoli pater, & mater*

mater, vel etiam alij aſcendentes, & quo gradu veniant.

10 P. Molfeſ. *perpetuus aſſecla* Domini Regentis Rouiti.

12 *Linea deſcendens excludit aſcendentem, & aſcendens collateralem.*

14 *Filius non poteſt exhæredare patrem ſine cauſa, nec auum, auiam, aut alios aſcendentes.*

15 *Princeps non poteſt tollere naturalia, & ideò neque ſtatutum, aut Conſuetudo, neque tacitè, neque expreſsè.*

17 D. Franciſcus Regens Reuerterius *laudatur. Ab eo ſcriptæ deciſiones commendantur.*

19 *Cõſuetudo loquẽs de proximioribus ex parte patris, & ex linea matris cõprehendit etiam eos, qui ſunt in ſecundo gradu, & in ſecundo ordine poſt patrem, aut matrem.*

25 *Frater eſt defuncto fratri in ſecundo gradu, ſicut auus, & auia.*

26 Napod. *loca diſpunguntur, & explicantur, & num.* 29. *& num.* 37.

27 *Mutanda minimè ſunt quæ certã habuerunt interpretationem.*

32 Deciſio 210. Capyc. *quo Authore exierit, & an in vita, vel poſt mortẽ* Capyc.

33 D. Reg. Rouiti *teſtimonium examinatur. Eius authoritas magna eſſe debet, ſed non præponderat authoritati multorum, & authoritati Sacri, & Collateralis Conſilij ſimul.*

36 *Pater, & mater ſuccedũt filio iure parentũ, Auus verò, et auia ſuccedũt nepoti iure proximiorum, & cum diſtinctione bonorum.*

39 P. Molfeſ. *exploditur.*

40 *Cauſæ graues deciduntur in S. C. maturo conſilio, ſumma ſtudio, ac diligenti indagatione.*

ARGVMENTVM.

Auo, vel auia, cæteriſq; aſcendentibus vlterioris gradus exiſtentibus in medio an ceſſet Cõſuet. hæc *Si quis, vel ſi qua*, ſicuti ceſſat exiſtentibus in medio patre, aut matre.

OBSERVATIO XXIV.

1 SEd an id, quod diximus *obſeru. præced.* patre, vel matre exiſtentibus in medio diiudicari debeat exiſtentibus auo, vel auia, cæteriſq; aſcendentibus vlterioris gradus, quæſtio illuſtris eſt in materia iuris noſtri Conſuetudinarii, hoc enim titulo inſigniuit eam inſignis *D. Reg. Rouitus*, cùm illam tractauit poſt *commentaria ad pragmaticas Regni*, vbi quæſtionẽ iſtam pelagum vaſtum appellat in vltimis verbis ibi *Deus maximus faxit, vt veritas ipſa tandem emergat ex profundo tam vaſti pelagi*, quæ verba & ipſe *hic* repetita volo, vt

2 alijs omninò deſit in poſterùm anſa circà quæſtionem iſtam dubitandi, ſcribimus enim ſolo zelo veritatis, & vt tenebræ fugentur ex Conſuetudinibus iſtis quòad poſſumus, indè nãq; & ſtilo vtimur, quo potuimus clariori, & multa reſecamus, atq; omittimus, quibus velari quodammodò veritas potuiſſet, multis ad idem expenſis.

3 Videtur verò, non habere locum Conſuetudinem iſtam, & præcedentẽ exiſtentibus auo, vel auia, cæteriſquè aſcendentibus in gradu vlteriori, prout & vtraq; ceſſat, cùm eſt in medio pater, & mater, aut alter ex his.

4 Primò, quia ità videtur voluiſſe *Napod. hic n.* 125. *verſ. vndè ego dico*, cùm ait, nihil noui fuiſſe ſtatutum per Conſuetudines iſtas quòad ſecundum ordinem lineæ rectæ aſcendentium, iuncta doctrina, quam expendit *in verbo præterquàm, num.* 180. *verſ. item quia ſecundus ordo*, cùm ſubdit, quòd ius commune Romanorum non eſt correctum quòad ſecundum ordinem

ſuc-

ſuccedendi ab inteſtato, qui eſt aſcẽdentium,ſiuè pater ſit,qui ſuperſit,aut mater, ſiuè auus, vel auia,cùm enim
5 dicit *Napodan.*aſcendentem,nemo inficias ibit,auiam non venire, quando eam venire appellatione aſcendentis notauit *Dom. Præſ. de Franch.deciſ. 682.ſub num.*1.

Secũdò,quia eſt veluti regula apud *Napod.hic num.*115.*verſ.aut ergo*, *&*
6 *num.*153.*verſ.ſimilitèr pone*, cuius locum ponderauimus non ſemel ad *Cõſuetud.* iſtam *obſeruat. præced.* quòd quãdo controuerſia eſt inter lineam, & lineam,tũc ceſſat prærogatiua gradus,& diſtinctio bonorum,ſed hoc eſt dicere, quòd ceſſat Conſuetudo iſta, cùm eſt controuerſia inter lineam aſcendentem, & collateralem, prout ceſſat cùm eſt controuerſia inter lineã deſcendentem, aut aſcendentem, & collateralem, vt ſe explicat in lineis *Napod.hic d. num.* 153. *& in Conſuet. Filiusfamil.verb.ſi nolit,num.*18. ergò ſemper quòd adeſt ex linea aſcendẽ-
7 ti auus, vel auia, aut vlterioris gradus aſcendens,ſemper ceſſabit Conſuetudo,& per auum,vel auiam excludetur proximior, qui vocatur à Conſuetudine iſta, vt cenſuit pro abſoluto tàm attento iure Romanorum, quàm Cõſuetudinum noſtrarum *D.Præſ. Amatus conſ.*26.*num.*1.*& num.*35.

Tertiò, id probari videtur ex doctrina eiuſdem *Napod.in* cit. *Conſuet.*
8 *Filiusfam.in penult. gloſſ.*dùm in finalibus verbis vtitur verbis illis,*parentes paternos*,appellatione etenim parentũ continetur non ſolùm pater,& mater, ſed & aſcendens alius vlterioris gradus,vſquè ad tritauum *in l. Iuriſconſultus, circà princ. verſ. parentes apud Romanos,ff.de gradibus,in l. appellatione parentis, ff. de verb.ſignif.* & *Gaius Caſſius* omnes in infinitum parentes dicit *in l.4.§.vlt.ff.de in ius voc.* quo, & alijs *locis* iuris Romanorum, & ex *Feſto* parentum appellatione contineri non patrem tantùmmodò, ſed & auũ,& proauũ,ac deinceps omnes ſuperiores obſeruat *Barnabas Briſſonius lib.*14.*de verb.ſignif.in ver.parentem*, & notat pro parte *D.Præſ.de Franch. dec.*9 t.*nu.*5.*& Farinac. de vltim. volunt.quaſt.*14.*cap.*5.*num.*7.

9 Quartò, quia ità interpretati ſunt Conſuetudines iſtas in articulo noſtro grauiſſimi iuris noſtri municipalis Interpretes *Anton. de Alexand.Capyc. Felix de Rubeis,Minadous,Piſanellus, Naucler. & Io. Vinc. de Anna locis* relatis per *Dom. Reg.Ronitum*, qui vltrà dicta *conſ.*98.*num.*2. *conſ.*99. *in princ. & conſ.*100.*antè num.*15.*lib.*1. accerrimè hanc opinionem defendit in cit. *quaſt.illuſtri*,citatis prædictis omnibus *à num.*2.ſubdens *num.*19.quòd tàm *Napod.* quàm omnes Seniores noſtri, qui fuerunt lumen iuris Conſuetudinarij,ſemper habuerunt hanc opinionem pro indubitata in beneficium tàm patris,& matris, quàm omnium aſcendentium, probauitquè teſtimo-
10 nium eius perpetuus aſſecla *Dom. Regẽtis Roniti Andreas Molfeſius par. 4.de ſucceſs. ab inteſt.q.* 45. *& per tot.*

11 Quintò,quia apertiſſimis verbis docuit opinionem iſtam *Napod. infrà in Conſuet.Filiusfamil. verbo ſalvo, ſub num.*19. quem miror à nemine fuiſſe ponderatum, quem viderim,in verbis illis *Nota igitur hic, quòd pater, vel auus excludit alios proximiores defuncti,id eſt collaterales, linea enim deſcen-*
10 *dens excludit aſcendentem,& aſcendẽs excludit collateralem*, vt plenè dixi *ſuprà in Conſuetud. Si quis,vel ſi qua,in fin.gloſſæ magnæ*,quibus in verbis *Napodan.* non ſolùm rem decidit, de qua diſputamus, ſed & parificat patrem, & auum in excluſione collateralium, & inſimul declarat verba, de quibus in *Conſuet.* iſta, ne tergiuerſari poſſint, & interpretari pro ſententia contrà auum,& alios aſcendentes vlterioris gradus.

13 Sextò,quia ex his,& alijs,quæ latiſſimè cumulauit ad rem hanc *Dom. Reg. Rouitus*,præuia,vt ſemper fecit, aut docens, aut dicens,maxima arti-

culi

culi diſcuſſione ſegregatus, vt ait *loc.*
cit. ſub num. 2. verſ. mihi verò ſæpè ſę-
piùs à negotijs forenſibus, & domeſticis,
nullius addictus in verba magiſtri, nec
vllius clientis affectu, prece, aut præmio
adſtrictus, vel alterius ſpe lucri ſollici-
tatus, ſed pro ipſa tantùm veritate, trã-
quillo, & pacato animo ſerioſiùs per-
ſcrutàns, verè indubitata videtur cita-
torum ſententia, quòd ceſſet Conſue-
tudo exiſtẽte auo, vel auia, prout ceſ-
ſat cùm exiſtit in medio pater, aut ma-
ter. Præſertim quia ſi perpendatur
ratio, ſuper qua eſt fundatum axioma
illud, vt .ſ. patre, aut matre exiſtente
in medio non habeat locum Conſue-
tudo, conſtat omninò, quòd ratio illa
æquè militat in auo, & auia, cæteriſq;
aſcendentibus, ac in ipſo patre, & ma-
tre, vt benè vidit *Dom. Rouitus ibid.*
num. 58. *Dom. Theodor. allegat.* 17. *ſub*
num. 5. ſiquidèm, vt ſubdit, & *Nos*
deduximus *obſeruat.* 22. *num.* 11. ini-
tium ſumpſit axioma ab authoritate
Andr. in rub. vel, vt alij ipſum allegant,
in cap. 1. nu. 6. verſ. & ſic ſi ſtatutum, de
nat. ſucceſs. feudi, qui ea ratione mo-
uetur, quam ſcripſimus *loco* nupèr cit.
num. 18. quia filius non poteſt pa-
14 trem exhæredare ſine cauſa, & Prin-
ceps non poteſt naturalia iura tollere,
ergò nec ſtatutũ, vel Conſuetudo etiã
15 expreſsè, & ſic multò minùs tacitè, at
hæc ratio non minùs procedit in auo,
16 auia, & deinceps aſcendentibus,
quàm in patre, & matre, vt *in §. aliud*
quoquè capitulum, in princ. & in §. iu-
ſtum autem, in Auth. Vt cùm de appel-
lat. cognoſc. & Naped. in Conſuetud. Et
ſi teſtator, in verb. proximiores, licèt lo-
quatur ſpecificè de patre, & matre, nõ
nominando alios aſcendẽtes, aſſignat
tamen rationem generalem, quæ cõ-
prehendit totam lineam aſcendẽtem,
inquiens, quòd patre, & matre exiſtẽ-
te in medio habet locum ius commu-
ne, quia *Auth. Defuncto, C. ad Tertull.*
non eſt correcta, & non eſt dubium,
quòd per *Auth. Defuncto*, & corpus,
vndè ſumitur, non pater, & mater ſoli,
ſed omnes aſcendentes præferuntur
lineæ collaterali.

17 Vndè mirum non eſt, in hac opi-
nione fuiſſe pluribus diebus doctiſſi-
mum *Dom. Regentem Reuerteriũ*, hoc
enim modo illum nominat *D. Præſes*
de Franch. deciſ. 92. *ſub num.* 6. licèt
poſteà in contrariam iuerit ſententiã,
vt ipſe teſtatur *in diſcurſu*, ſeù *deciſ.*
quã habemus poſt *Conſuet.* iſtas, & im-
primi curauit poſt ſua *commentar. ad*
pragmat. idem *Dom. Reg. Rouitus* poſt
ſcripta per eum in hoc articulo, vbi
non ſemel ait, *Dom. Reg. Reuerterium*
Virum fuiſſe eminentiſſimi ingenij,
quod & multa volumina deciſionum
confirmant, quas ſcripſit, & malo pu-
blico latẽt, prout & pleraquè optima,
circumferuntur etenim manuſcriptæ
per manus ditiorũ tãtummodò, cùm
poſſent impreſſæ per manus omnium
vagari, commodò incredibili ius di-
ſcentium, dicentium, & docentiũ, idq;
profitentium quomodolibet.

18 Ego tamen, quicquid hæc inferãt,
puto alitèr dicendũ exiſtente auo, vel
auia, & aſcẽdẽtibus vlterioris gradus,
quàm dictum ſit exiſtente in medio
patre, vel matre *in præcedentibus ob-*
ſeruat. cenſeoquè propterеà, habere
locum *Conſuetudinem* iſtam, quàmuis
exiſtant auus, & auia.

19 Moueor primò ex verbis *Conſue-*
tudinis huius, quæ loquitur de proxi-
mioribus ex parte patris, & ex parte,
ac linea matris, Conſuetudo enim cũ
loquitur de proximioribus ex parte
patris, habet locũ etiam in eo, qui eſt
in ſecundo gradu ipſi defuncto, vide-
licèt in ſecundo ordine poſt patrem,
& proindè comprehendit aſcenden-
tes vltrà patrem, & matrem, vt probat
Iacobus Ant. Marta in proprijs termi-
nis Conſuetudinis huius *in sũma ſuc-*
ceſſionis legalis, par. 2. quæſt. 3. art. 10.
num. 13. vbi ſe citat *alibi*.

20 Moueor ſecundò, quia in auo, &
auia ratio ceſſat, qua diximus *obſeru.*
22. *nu.* 25. Conſuetudinem ceſſare
exiſtente patre, vel matre in medio,
quia

quia eos nõ adeſſe ſuppoſuerũt Cõdi-
tores Cõſuetudinis huius,cũ ꝓximio-
res vocarũt ex parte patris,& ex par-
te, aut linea matris,iunctis alijs,ꝙ po-
ſuimus *num.*21. quòd .ſ. nemo proxi-
mior eſſe poterat ex parte patris, aut
matris, quàm pater ipſe, ipſaquè ma-
ter,poteſt etenim in auo, & auia pro-
ximioritas conſiderari, ſunt etenim
hi defuncto in gradu ſecundo, vt no-
tat *Marta loco* cit.*d.num.*13.& in auo,
& auia cõſideratur diſtinctio bonorũ,
ſi concurrant , & controuerſiam ha-
beant aſcendentes inter ſe , vt obſer-
uauimus ex *Napodan. obſeruat.præced.*
21 non ſemel, quæ duo cùm damus pro-
ximioritatem .ſ. & diſtinctionem bo-
norum in auo, & auia,dicamus opor-
tet habere locum Conſuetudinem,
22 quàmuis exiſtat auus,vel auia, quia
hic eſt ordo valdè nouus,quem Con-
ſuetudinem iſtam induxiſſe docet
*Napodan. hìc ſub num.*125.ibi *Tertius
verò ordo eſt valdè nouus,ſcilicet iure
proximioritatis cum diſtinctione bono-
rum*,& obſeruat *Dom.Præſ.de Franch.
deciſ.*59. *num.*4. *& deciſ.*619.*num.*4.
23 Moueor tertiò , quia ità fuit de-
ciſum habita maxima cauſæ cognitio-
ne in cauſa grauiſſima per Sacrum
Conſilium in Conſilio Collaterali in
cauſa *Ill.* Ducis Mõntis alti cum Co-
mite Burrelli ſuper ſucceſſione D.Pe-
tri de Aragonia,vti teſtatur *Dom.Reg.
Reuerterius. loco* ſuprà cit. *in fin.* qui
dicit,in deciſione prædicta fuiſſe vn-
decim vota,quorum ſeptem iudicarũt
pro dicto Illuſt. Duce, quæſtione ven-
tilata,ſatiſq; hìnc indè diſcuſſo nego-
tio , & allegato per primarios Aduo-
catos huius Ciuitatis,vt notat *Camil-
lus Salernus in Cõſuet. Et ſi teſtator,in
add.*incip.*Si Conſuetudo habet locũ,fol.
mihi* 182.*lit.E.*vbi ſubdit tandẽ patro-
cinãte *D. Fabio Marcheſio* Aduocato
Illuſt. Ducis, quia ſubtilitèr more ſuo
allegauit, fuiſſe deciſum pro Duce
relatis decreti verbis,ac die 8. Nouẽ-
bris 1565. quo ex tempore adeò ir-
repſit hæc opinio,vt ferè apud omnes
nunc habeatur pro abſoluto, Conſue-
tudinem hanc habere locum etiam
auo, aut auia , alijſquè aſcendentibus
exiſtẽtibus in medio,vti ſcribit idem
Reg. Rouitus loco cit. *ſub num.*2. ſub-
dens, quòd quemadmodùm eſt vera
limitatio,vt patre, aut matre exiſtente
in medio non habeat locum Conſue-
tudo,ità etiàm ſit veriſſima ſublimita-
tio , vt ſcilicèt hoc axioma procedat
in patre , & matre tantùm,non autèm
in auo , & auia, & alijs aſcendentibus
vlterioris gradus , & re vera ità inua-
luit apud omnes, & Tribunalia noſtra
deciſio hæc , vt non niſi animo diſpu-
tandi repertus ſit qui poſteà ſcripſerit
pro contraria ſententia , & qui, aut
clienti morem gerere vellet adſtri-
ctus affectu, prece, vel præmio,cæteris
nec controuertere , aut examinare
quidèm audentibus ſentẽtiam, quam
adſtruimus,& tuemur,tranſit etenim
cum ipſa ſimplicitèr,relata .ſ. ſola de-
ciſione *Dom.Fælix de Rubeis*,qui fuit
Commiſſarius cauſæ iſtius *in addit. ad
iſtam Conſuetud.fol.*1.*à ter. in add.*in-
cip. *& quod dictum eſt patre , &c.
Domin. Præſ. de Franch. in Apoſtill.
ad hanc Conſuet.* incip. *Conſuetudo,in
fin.fol. mihi* 115. licèt eum citauerit
D. Reg. Rouitus fol. 155. *d.loco* ſuprà
cit. *ſub num.* 2. *Salern. loco* nupèr cit.
vbi dicit, eiuſdem opinionis fuiſſe
Dom. Regentem Villanum , quem ſu-
per hoc puncto ſubdit magnum ſcrip-
ſiſſe conſilium, adeò quòd ipſe non
examinauit articulum, prout decreue-
rat idem *Dom. Præſ.de Franch. dicta
deciſ.*92.*nu.*6. & notanda ſunt verba,
quibus vtitur ibi,*quia iàm hodiè eſt de-
ciſum,Conſuetudinem Ciuitatis Neapo-
lis habere locũ etiã cõtrà auiã* , quaſi ꝙ
ſopita debeat eſſe hodiè quæſtio iſta,
& *deciſ.*543.*ſub num.*4.ibi *licèt in hoc
vltimo alitèr ſit deciſum,Dom. Reg.de
Ponte conſ.*61.*à num.*62.vbi dicit, dif-
ficultatẽ fuiſſe retroactis temporibus,
& *nu.*64. quòd opinio iſta, ſecundùm
quam fuit deciſum,fuit habita pro ve-
riore, & *nu.*66.quòd ità fuit deciſum

relata deciſione prædicta in cauſa dicti Illuſt. Ducis Montis alti, *Dom. Reg.Capyc. Galeota in addit. ad conſil. Domini Camilli de Medicis 11. nu.24. Thor. in 1.par.compend. verb. Conſuetudo Si quis,vel ſi qua,fol.117.Camillus de Laratha*, qui & alias cumulat deciſiones *conſ.*115.*nu.*35. ſubdens *n.* 36. quòd poſtquàm per Collaterale, & pluriès per Sacrum Cōſilium fuit cōtrà auiam iudicatum,poſſet dici eſſe inductam Conſuetudinem ità iudicandi,ex *Iſernia*, &alijs,quos allegat.

24 Moueor quartò ex incontrouertibili doctrina *Napod. hìc d. num.*153. *verſ.ſimilitèr pone*,ibi *ſimilitèr pone, quòd ſit controuerſia inter lineam aſcēdentem, & collateralem, nàm tunc præferuntur aſcendentes,quorum eſt ſecunda cauſa, vt in Auth. ceſſante, & in Auth. de hæred.ab inteſt.* §. 2. *niſi defunctus habuerit fratres vtrinquè coniunctos*, dicit enim *ibi Napod.* quòd auus, vel auia non excludit fratres vtrinq; coniunctos,at hoc cùm admittitur,neceſſariò ſequitur, per aui, vel auiæ exiſtentiam non ceſſare Cōſuetudinē,admittitur enim tunc vti proximior auus,vel auia, & non excludit
25 fratrem,quia frater in ſecundo gradu eſt fratri defuncto proximus, quo in gradu eſt auus, & auia ſimilitèr proximus,*d.*§. 2. *Auth. de hæred. ab inteſt.* Nec dicatur, eo in caſu fratrē vtrinq; coniunctū ſuccedere ex diſpoſitione iuris communis, quia contradicunt verba ſequentia *Napod. num.*154. *in fin.*cùm dicit, *idem credo, & teneo in fratribus coniunctis ex parte eius, de cuius bonis agitur*, nàm de iure communi,vt fundauimus *obſeruatione* 23.*à num.* 12. non niſi vtrinq; coniunctus cum aſcendente admittitur, excluditurquè qui vno tātùm ex latere coniunctus eſt.

26 Et hæc difficultate omninò carent, ſi duo diſpungemus in doctrina *Napodan.*clariſſima *loco* cit. alterum .ſ. cū ſubdit,*quo caſu dico habere locum iura communia*,alterum,quod ponit *n.*155. cùm & in patre idem dicit, quod in auo, quòd .ſ. ſuccedat ſimul cum defūcti fratribus,ſiuè vtrinquè coniunctis,ſiuè vno tantùm ex latere,ex parte tamèn eius,de cuius bonis agitur, & tamen nunc non quæritur, niſi an habeat locū exiſtentibus auo,& auia, quod admiſimus *obſeruat.*22.exiſtente patre,aut matre.

Sed vtrunquè facili negotio diſpūgitur, primum enim, quod tradit *Napodan.*ibi *quo caſu dico habere locum iura communia* non obſtat, poſuit nāq; *Napodan.*verba illa,non habito reſpectu ad fratres,qui concurrant cū auo, vel auia in fratris inteſtati ſucceſſione, ſed in filijs fratrum, qui patrui ſucceſſionē prætendant inſimul cum auo,& auia, ex *text. Conſuet. in verſ.ſequenti Sed ſi morieti*, & tunc dicit *Napod.*nō eſſe regulandam ſucceſſionem, niſi prout de iure cōmuni,per quod proximior excludit remotiorem,& quòd verba *Napodanus* retulerit ad hunc caſum inſinuant verbametipſa *Napodani* ibi, *ſed certè ipſe verſ. ſed ſi morienti loquitur,quando deſcendentes ex fratribus in infinitum volunt ſuccedere cum fratre defuncti, quòd poſſunt, non autèm loquitur,quando volunt ſuccedere cum patre, vel auo defuncti,quo caſu dico habere locum iura communia*, & ſtringit, quia verba hæc non poſſent applicari in caſu, quo fratres volunt ſuccedere cum auo,quia aliàs *Napod.* vel ſibi contradiceret, vel ineuitabiluèr laberetur in illis verbis,*idem credo, & teneo in fratribus coniunctis ex parte eius, de cuius bonis agitur*, quæ concluſio falſa eſſet attentis iuribus communibus Romanorum, vt dixi *num.* . .

Secundò non obſtat, quòd & fratres admittit *Napod.*etiam cum patre, vt proindè aliud videri non debeat exiſtente auo,vel auia, quàm patre,vel matre,nàm & cùm admittimus fratres cum patre,vel matre,eos non admittimus alio ex iure, quàm Conſuetudinum, & pater, aut mater tunc compreben-

prehenditur in Conſuetudine,& facit eã ceſſare, vt ipſe includatur tanquàm caput,& origo proximitatis, non autẽ vt alios excludat, iuxtà ſenſum,quem expreximus *obſeruat.23.à num.7.*

Et poſtmodùm non eſt par ratio patris, aut matris, ſicut aui,& auiæ, vt vidimus *num. 20.* & repetimus infrà *num. 35.* qua de re omninò conſiteri oportet,non idem dicendum de auo, & auia exiſtentibus, ad finem vt faciant ceſſare Cõſuetudines iſtas, ſicuti ceſſant patre, aut matre exiſtentibus in medio, ſed & auo,& auia exiſtentibus in medio habebit locum Conſuetudo, ſicut & locum habet cũ exiſtunt alij proximiores defuncto.

27 Nec obſtant contraria, quæ finximus ex *Dom.Reg.Ronito*, & alijs,miſſo etenim, quòd omninò manere debẽt quæ tandèm certam habuerunt interpretationem in cauſa prædictæ Ducis Montis alti, tàm ſtrenuè diſcuſſa, ad *text.in l.minimè, ff.de legibus*, præſertim in materia Conſuetudinum, in qua ſummoperè viguerunt, & vigere debent maiorum noſtrorum traditiones, illęquè præſertim, quæ habitæ sũt diſcuſſo negotio in S.C.& magis ſi per Sacrũ ſimul,& Cõſilium Collaterale.

28 Primum omninò futile eſt, & ſecũdum ſi aduertatur ad verba *Napodani infrà in Conſuet.Filiusfam.ſub nu.19.* iunctis verbis relatis ex *nu.153.* quibus explicat quæ dixit *hic*, non etenim dixit *Napod.*quod relatũ eſt de linea aſcendentiũ,niſi in caſu,quo collaterales remotiores ſuccedere prætẽdant, & ſic cùm concurrunt proximi vltrà fratres, id etenim mihi ſuadent verba illa *Napodani d. num.19. ibi excludit alios proximos defuncti .i. colla-*

29 *terales*, quando etenim *hic* vbi ſe citat illo in *loco* dixit,auum non excludere fratres defuncti, verbum *collaterales ibi* neceſſariò de remotioribus à fratribus intelligi debet,iuxtà ſenſum, quo verba hæc *Napodani* fuiſſe ſemper explicata ex voce inſignium in Regno Conſultorum *Dom. Præſ. de Franch.& Dom.Reg.Fornarij*, qui teſtabantur, hanc opinionem fuiſſe habitam pro indubitata,teſtatus eſt doctiſſimus *Conſiliarius Melior* apud *D. Reg.Ronitũ conſ.28. n.4. in fine, lib.2.* quod & inſinuat *Napodan. hic ſub nu. 155.* ibi,*quod beneficium non traho vltrà ipſum fratrem, & filios, ſicut eſt de iure communi in vtrinquè coniunctis*, vt omninò explicet, patrem, aut auum concurrere cum fratribus defuncti ex diſpoſitione iſtius Conſuetudinis.

Qua ex cõſideratione cadit quoq; quintum ex cõtrarijs, quæ retulimus, quod ex prædictis remanet explicatũ.

30 Et hinc erit obſeruandum, non debere intelligi verba *Napodan. hic in verb.proximiores,num.125.* ſimplicitèr,& indiſtinctè, cùm ait,nihil noui fuiſſe ſtatutũ per has Conſuetudines quòad ſecundum ordinem lineæ rectæ aſcendentium, & in *verb.præterquàm,num.180.* cùm ſcribit,quòd ius commune Romanorum non eſt correctum quòad ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato,qui eſt aſcendentium, nàm prædictæ concluſiones debent intelligi,cùm aſcendentes ſoli ſuperſunt, nec concurrunt cum illis defuncti fratres, aliàs eſſent omninò falſæ ex dictis.

31 Secũdò cauẽdum erit in poſterũ à traditis per citatos in quarto ex contrarijs,interpretantes, Conſuetudinem iſtã ceſſare auo,vel auia exiſtẽte, ſicut quãdo extat pater,aut mater, mouẽtur etenim authoritate *Napodani,Capyc. & Stephani de Caieta, & Napod.* contrarium docuit, vt vidimus, atq; *Capyc. & Stephan. de Caieta* ratio habita nõ fuit in deciſione cauſæ, quam retulimus, tanquàm loquentium ſine lege, qua ratione nec erit curandum de *Minad.* qui *Capyc.* authoritate de-

32 ceptus eſt,& propterea cadit cum ſuo authore,tantò magis,quòd deciſio illa *Capyc.* vt reuelauit *Dom.Reg. Villanus* fuit impreſſa poſt *Capyc.* obitum,opera,& induſtria *Io. Angeli Piſanelli*,qui defẽdebat articulum vti Aduocatus,

T 2 &

& procurauit habere caſum aliàs deciſum, vt refert *Camillus Salernus loco* cit. *in fine*, & voluit forſan dicere *Dom. Villanus*, & ex eo *Salernus*, deciſionem illam *Capyc.* non eſſe veram, vt indè de illa ratio aliqua nō deberet haberi, ex quo facilis eſt coniectura, quanti facienda ſit in articulo iſto opinio *Piſanelli*, quem tantoperè extollit *Dom. Reg. Rouitus*, ſi vt cliēti, & proprio affectui ſeruiret, talia perpatrauit, ſimilitèr nō erit curandū de authoritate *Conſil. Fœlicis de Rubeis*, interfuit etenim relator, & Commiſſarius cauſæ, vt ſuprà deciſæ contra id, quod ſcripſit, & poteſt eſſe, quòd in votando mutauerit ſententiam, quod poteſt ſuaderi ex eo, quia *in addit.* quam citat *Dom. Rouitus* dicit *in fine*, & Nos retulimus *ſub num.* 23. fuiſſe deciſum cōtrarium in cauſa Ducis Mōtis alti, & dixiſſet aliquid, niſi mutaſſet ſententiam, & quando perſiſtatur in eo, quod credit *Dom. Rouitus*, quòd .ſ. fuit deciſa cauſa illa contrà votum *Dom. de Rubeis*, voti illius ratio haberi non debet, quod fuit habitum pro non vero, & contrà mentem, ac verba Conſuetudinis, & *Napod.* quæ ponderauimus, audiente, & patiente *Fœlice de Rubeis*.

Reſtat igitur, vt refellamus *Anna*, & *Dom. Reg. Rouiti* ſententiam cum tàm magna proteſtatione, quam præmittit ad diſcurſum, quòd .ſ. ſcripſerit pro veritate, & nullo clientis affectu, prece, aut præmio adſtrictus.

33 Sed facilis eſt *Dom. Regentis Rouiti* repulſa, ſi aduertimus, eum re vera ſcripſiſſe tunc vti Aduocatum, refert enim *P. Molfeſ. d. quaſt.* 45. *num.* 1. diſcursū illum, quē tacito authore ediderat *D. Rouitus*, habuiſſe *Molfeſ.* dū articulus ille tractaretur pro allegationibus ad beneficiū ſpectabilis Comitiſſæ Saponariæ, pro qua edidit tria illa, quæ retulimus conſilia *D. Rouitus*, quæ ſi rectè inſpiciantur indigebant diſcuſſione huius articuli, & quodammodò inſinuat *ibi D. Rouitus*, immò ſpondet ſcripta, & fuiſſe allegatum in cauſa prædicta ſup articulo iſto oſtendunt ſcripta p *D. Praſid. Amatum cōſ.* 26. *per tot.* quod edidit in eadē cauſa pro excluſione Comitiſſæ, quā defendebat *D. Rou.* vt hìnc aduerti debeat, eodem iure cenſeri oportere quæſtionem iſtam in poſterùm, ac cætera cōſilia, & allegationes, quas edidit præfatus *Dom. Reg. Rouitus* tantæ clientis adſtrictus affectu, & præmio ſollicitatus, & quādo ſenſijt, prout ſcripſit, eius

34 authoritas, quæ magna eſſe debet, nō præponderat authoritati tot virorum Sac. Conſ. & Collateralis, qui votauerunt in cauſa Ducis Montis alti, præſertim cùm allegauerit pro opinione, quam tenemus, *Dom. Fabius Marcheſius*, & *Dom. Regens Villanus*, quem ſcripſiſſe pro hac ſententia magnum conſilium refert *Salernus ibid.* vndè colligi poteſt, & numero, & grauitate maiores eſſe qui pro noſtra ſententia ſcripſerunt, quibus addendus eſt *D. Reg. de Ponte d. conſ.* 61. vbi refert deciſionem iſtam, interpretatis quoq; contrarijs *Napod.* interpretationibus, qua quoq; ratione, & multò maiori cadit authoritas *Domini Io. Vincenty de Anna loco* cit. per *D. Reg. Rouitum*.

35 Poſtremò non obſtat conſideratio, de qua *num.* 13. quòd .ſ. eadem ratio ſit in alijs aſcendentibus, quæ eſt in patre, vel matre, nàm id prorſus erroneum eſt, quando pater, & mater ſegregati ſunt à Conſuetudine, iuxtà poſita *d. obſeruat.* 22. *à num.* 25. & non ità ſegregati ſunt auus, vel auia, ſed hi, vti probauimus *à num.* 17. & repetemus *infrà nu.* 38. comprehenſi ſunt ſub diſpoſitione Cōſuetudinis huius, item quia longa eſt differentia in ratione ſuccedēdi patris, & matris, atq; aui, & aliorum aſcendentium quòad

36 hunc articulum, pater enim, & mater ſuccedūt iure parentum, & non iure proximiorum cū diſtinctione bonorum, auus verò, vel auia, alijq; vlterioris gradus aſcendentes non ſuccedūt iure parentum, ſed iure proximiorum,

&

Digitized by Google

& cum diſtinctione bonorum, ad id
enim reſpexit *Napod. hic num.* 125. *in*
verſ. vnde ego dico, illis in verbis *ſecun-*
37 *dus ordo eſt linea recta aſcendentis iu-*
re parentum, & de his parentibus iure
parentum nihil noui ſtatuitur hic, &c.
replicatio etenim verborum illorum,
iure parentum, & ſequentium, *& de*
his parentibus iure parentum dicit,
ità ſecũdum ordinem quòad patrem,
& matrem, vt prorſus excludat alios,
qui licèt ſint aſcendentes, ex quo ſunt
tales vlterioris gradus, non poſsũt ad-
mitti, niſi iure proximitatis, concurrẽ-
do cũ alijs in eodẽ gradu proximio-
ribus, aliàs verba illa eſſent ſuperflua,
niſi dicas, loqui *ibi Napod.* de aſcen-
dentibus vlterioris gradus, cũ ſucce-
dũt iure parentũ .i. ſoli, nõ dato con-
curſu aliorũ in eodẽ ſecundo gradu,
in quo connumerantur defuncti fra-
tres, proùt auus, & auia, tertiò non ob-
ſtat ratio illa, quia nunc Nos non
agimus de noua Conſuetudine con-
ſcribenda, aut dictanda, ſed de inter-
pretanda edita, & publicata tot retrò
annis, qua de cauſa non valet nunc al-
38 legare ex identitate rationis, & quòd
indè eadem debeat eſſe ratio, dùm
Cõditores Conſuetudinis huius alitèr
cenſuerũt, conſiderantes auũ, vel auiã
vti proximiores tantùmmodò, & non
vti patrem, & matrem, aut iure paren-
tum, & ex his vti reſolutã vides quæ-
39 ſtionem, Lector amice, ità cauebis *à*
Molfeſ. cùm tradidit *loco* cit. *num.* 1.
queſtionem iſtam eſſe pro Amico, ni-
hil etenim arbitrij habere poterit, qui
iudicabit poſtquàm pro vna parte in
tanta cauſa iudicauit ſimul Sacrum
& Collaterale Conſiliũ, & ſufficeret,
q; ità iudicaſſet ſolũmodò Sacrũ Cõ-
ſiliũ, in quo vti notat, & verè *D. Reg.*
40 *Tapia in Conſtit. Vt de ſucceſsionibus,*
lib. 6. iuris Regni, fol. mihi 122. *in fin.*
cauſę præſertim graues maturo conſi-
lio, ſummo ſtudio, ac diligenti indaga-
tione deciduntur.

SVMMARIVM.

1 *Parentes ſi exiſtant non ceſſat* Con-ſuetudo Si quis, vel ſi quã *contracto matrimonio iuxtà morem Nobilium* Capuanę, *& Nidi, & quarè nu. 2. & num. 6.*

2 *Conſuetudo an locum habeat in inſtrumentis, quæ conficiuntur ſecundũ vſum Capuanæ, & Nidi.*

3 *Mos Nobiliũ Capuanæ, et Nidi an fuerit inductus ad deſtruẽdã, vel potius ad firmandam* Conſuet. Si quis, vel ſi qua.

4 *Vſus Capuanæ, & Nidi Nobilium verba penès quos reperiantur, & vndè decerpta fuerint, & n. 11.*

5 *Notarius non conſeruat, niſi quę paciſcuntur à partibus, eaquè quando, & quorum reſpectu probent, & an inducant vſum.*

7 *Vſus Nobiliũ Capuanæ, & Nidi quid ſit, quaue fuerit eius origo, & cauſa, & num. 11.*

Vndè decerptus ſit, num. 8.

8 *Pater excluditur à filij ſucceſſione interẽptione, pactione, & præſcriptione.*

9 *Pater quomodò excludatur pactione.*

10 *Mos Nobilium Capuanę, & Nidi non inducit Conſuetudinẽ non ſuccedẽdi, ſed vſũ renunciandi ſucceſſionibus.*

12 *Parentes in renunciatione iuxtà vſũ Nobilium Capuanæ, & Nidi renunciant etiam detractioni trebellianicę, falcidiæ, legitimæ, & omni portioni, quæ ijs alioquin deberetur.*

13 *Mos Nobilium Capuanę, & Nidi an, & quando excludat etiam deſcendentes, & num. 15. & num. 19. Et an quoq; aſcendentes eorum, qui renunciarunt, num. 16.*

14 *Vſus Nobilium Capuanę, & Nidi reſpicit fauorem lineæ, vndè bona prouenerunt, non autèm certæ perſonæ.*

17 *Mater, quæ renunciat ſucceſſioni iuxtà morem Nobilium Capuanæ, & Nidi excluditur etiam à ſucceſſione nepotum, & quarè.*

18 *Liberorum appellatio comprehendit omnes deſcendentes.*

AR-

ARGVMEMENTVM.

Contracto matrimonio ſecundùm morem Nobilium Capuanæ,& Nidi an ceſſet *Conſuetudo Si quis,vel ſi qua* exiſtente in medio patre,aut matre,aliiſquè aſcendentibus vlterioris gradus, quidquè ſit vſus Nobilium prædictorũ, eius origo, & cauſa, & an ſolis contrahẽtibus obſit, ac in ſola ſucceſſione filiorum, vel etiam & deſcendentibus ex eis,ac eorum aſcendentibus.

OBSERVAT. XXV.

QVæ diſputauimus in aſcendentibus primi,& vlterioris gradus procedunt attenta Conſuetudine iſta *Si quis, vel ſi qua*, & vt vulgò dicunt antiqua, ac redacta in ſcriptis,nunc videndum eſt,an procedant contracto matrimo-
1 nio *alla nova manera*, ideſt vti contrahĩ conſueuit innumeris propè ab hinc annis à Nobilibus Platearum Capuanæ,& Nidi, ac nõnullis alijs,qui iuxtà morem Nobilium prædictorum paciſcuntur in capitulis matrimonialibus, quàmuis Ciues Neapolitani non ſint, aut honoribus gaudeant in Plateis, & Sedilibus iſtis.

Et puto reſolutiuè dicendum, exiſtentiam parentum nihil operari reſpectu Conſuetudinis huius,dato matrimonio iuxtà morem Nobiliũ prædictorum,& *alla noua manera*, ità etenim cenſuerunt *Ant.de Alexan.hic ad nu.*183.*in add.* incip.*& nota,quòd hac gloſſa*, *Capyc.* ſiuè quiſquis fuerit author *deciſ.*210.paulò antè *fin. in verſ. immò quando apparet matrimonium*, *Marin. Freccia in addit. ad Napodanũ hic ſub nu.*182. incip: *nota iſta,& precedentia verba*, *Reg. de Ponte conſ.* 61. *num.*73. vbi dicit,hanc eſſe communem interpretationem prudentum, *Conſil.de Anna conſ.*2.*à num.*16.*Praſ. de Franchis deciſ.*552.*num.*2. vbi ſe pluribus in deciſionibus hoc dixiſſe teſtatur, *Præſidens Amatus conſ.*26.*antè num.*30. *D.Reg.Capyc. Galeota*, qui ità limitandam aſſerit aſſertionem de patre, & matre exiſtente in medio *in addit. ad conſil.* 11. *Camilli de Medic.num.*29. *Dom. Reg.Rouitus conſ.*29.*num.*4.*lib.*2. *D.Conſil. Melior. inter conſ. D.Reg.Rouiti conſ.*28.*nu.*6. *lib.* 2. eſtq; hoc indubitatum ità apud noſtros, vt lippis pateat, atquè tonſoribus.

2 Quod tamen non conſtat omninò eſt,qua ratione propoſitio fulciatur, putant nàmq; nonnulli, parentes per vſum iſtum priuari ſucceſſionibus liberorum abſq; cauſa,vti oſcitantèr dicit *Freccia loco* cit. *in princ.* & alij affirmant,rationem eſſe, quia Conſuetudo locum non habet in inſtrumentis,quę conficiuntur ſecundùm vſum Capuanæ, & Nidi, vti dicebat *Colutius Coppula*, quem refert *Marinus Freccia loco* ſuprà cit.*poſt princ.in verſic. immò dicebat Colutius Coppula*, ꝙ indè falſum eſſe patet, quia *Colutius*
3 *Coppula* prę́ſupponit,morẽ Nobilium, & Nidi fuiſſe inductum Capuanæ, ad deſtruendam Conſuetudinem iſtã, eamquè penitùs abolendam, cùm tamẽ ſiuè verba vſus attendãtur, ſiuè cõmunes noſtrorũ traditiones,vsꝰ iſte nõ aliud induxit,quã diſtinctionẽ bonorum,etiã in parentibus, eorumquè excluſionem quòad bona ex vna, & altera linea obuenta filijs,& à morientibus quæſita,id etenim(vt nũc omittam ſenſum illorum referre, qui cenſent, nouum hunc vſum continere illud idem, quod *Cõſuetudo Si quis,vel ſi qua*,quorum numero eſt *Camill. de*
4 *Laratha conſ.*115.*nu.*7.*&* 10.) important verba vſus prædicti,quæ transcripſit

pſit *Afflict. deciſ.* 237. *numero primo*,
a quo petenda erunt in poſterum,
& non à prothocollis, prout fecit *Camillus Salernus*, qui repoſuit *hìc* capita
vſus Capuanæ, & Nidi, & Procerum,
atquè Magnatũ à prothocollis Notariorum, vt ait *in addit.* incip. *quoniàm
in gloſ. Napod. ad nu.* 195. *& in fine in
alia Apoſtilla*, incip. *Conſuetudo reſcripta fuit exemplata à prothocollis, ſub n.*
202. *fol. mihi* 133. Notarius enim non
5 cõſeruat, niſi quæ paciſcãtur à priuatis
quibuſdã, quæ nec ꝓbãt quòad alios,
nec vsũ inducũt, vt conſtat ex *pragm.*
2. *& 3. de notar.* & obſeruat *Molfeſ. in
comment. ad* Conſuet. *Neap. par.* 1. *c.* 4.
num. 6. *&* 7. ex quibus falſum quoq;
eſt quod tradit *Marin. Freccia loco*
cit. perperàm nàmq; dicitur, excludi
abſq; cauſa eum, qui proprio ex facto,
& renunciatione ſeipſum excludit,
prout euenire ex nouo iſto vſu docet
pro parte *Ant. de Alex. hìc in add. ad
n.* 204. incip. *nota quòd renũciatio*, & ſic
ratio excluſionis huius eſt, quia nouus hic vſus continet renunciationẽ
6 extinctiuam patris ſimul, & matris decedentibus filijs in pupillari ætate, vel
quandocũq; ab inteſtato, ità vt mater
renunciet ſucceſſioni filiorũ in beneficium patris, & proximiorum ex parte patris in bonis paternis, pater verò
renunciet quòad bona materna, &
obuenta ex linea matris ad beneficiũ
matris, & propinquorum ex parte
matris, vt indè excluſis à ſucceſſione
ex renunciatione parentibus, ſubintraret C*onſuetudo* iſta *Si quis*, *vel ſi
qua* ad beneficium eorum, qui aliàs
excluderentur proptèr exiſtẽtiam patris, aut matris, ità & benè *Dom. Reg.
de Ponte d. conſ.* 61. *ſub num.* 73. *& nu.*
75. *Camill. de Laratha loco* cit. *num.* 8.
& alijs conſultò omiſſis *D. Conſil. de*
7 *Georgio allegat.* 23. *nu.* 17. vbi docet,
iſtum nouum vſum nil aliud eſſe, quã
renunciationem quandam inter partes, quæ inoleuit inter Nobiles dictarum Platearum, ſuppletiua in vno, in
quo deficit Conſuetudo prędicta *Si
quis, vel ſi qua*, vel in duobus, vt cenſuit *D. Conſ. Theodorus alleg.* 1. *nu.* 29.
nàm cùm introduxiſſet dictum modum ſuccedendi iure proximitatis cũ
diſtinctione bonorum, non fecit mentionem de patre, vel matre, & cùm
fuiſſet habita vt odioſa, communitèr
receptum eſt, quod dicta Conſuetudo
non comprehendit patrem, nec matrem, quibus exiſtentibus in medio
ceſſat Conſuetudo, vndè cùm pater,
& mater ſuccedebãt, ſubdit *Georgius
loco* cit. *ſub nu.* 18. non obſtante Conſuetudine, cupientes aliqui excludere
etiam lineam aſcendentem, quam tota
Ciuitas in generali Conſuetudine
prædicta excludere noluit, inuento
Napod. differente, quot modis pater,
vel mater poſſent excludi à ſucceſſione filiorum *in Conſuet. Si quis, vel ſi
8 qua, in gloſ. in verbo præterquàm, num.*
187. *verſ. ſed quæro quomodò*, & quòd
poterant excludi tribus modis, inte-
9 remptione, pactione, & præſcriptione,
& quòd pactione poterat excludi pater, ſi promittebat non ſuccedere,
renunciando futuræ ſucceſſioni filiorum, cęperunt Nobiles Platearum
Capuanæ, & Nidi contrahendo matrimonia cõuenire, vt Cõiuges altrinſecùs renunciarent ſucceſſioni filiorũ,
vt ratiocinatur idem *Dom. de Georgio
ibid. num.* 20. notans poſt *D. Pręſ. de
Frãch. dec.* 537. *ſub n.* 3. hìnc dictũ eſſe
10 nouum vſum dictarum Platearum, nõ
quòd dictæ Plateæ induxerint Cõſuetudinẽ, quòd non ſuccedant, ſed vſum
renunciandi, quod & repetit *num.* 24.
11 Quibus ex *Georgij* verbis conſtat
hiſtoria noui vſus iſtius, eius origo, &
cauſa, nàm traditionem, atquè ſubſtãtiam quiſquè habebit ex verbis vſus
prædicti, quæ ſunt apud *Afflict. deciſ.*
237. *num.* 1. *circà finem, D. Præſid. de
Franch. d. deciſ.* 537. *nu.* 3. *Camill. de
Laratha conſ.* 115. *num.* 4.
12 Vbi expreſsè parentes renunciant,
quòd de bonis filio obuentis non
detrahent trebellianicam, falcidiam,
& legatum debitum iure naturæ, hoc
eſt

eſt legitimam,& ius aliquod portionis
cuiuſcũquè, quæ alioquin parentibus
deberetur in bonis filij, & quòd parẽ-
tes per talem renunciationem non
ſuccedant,etiã in legitima,notat *Ma-*
rinus Frecc. in d. Apoſt. nota iſta,&
pracedentia,& de Trebellianica quòd
à parentibus non detrahatur,qui con-
traxerunt ſecundùm nouum iſtum vsũ
ſcribimus alibi.
13 Sed an ſolùm parẽtes, qui renun-
ciarunt ſucceſſioni filiorum iuxtà vsũ
iſtũ excludantur,vel etiam & deſcen-
dentes ex eis? & puto,quòd mater,&
pater cùm contrahunt iuxtà morem
Nobiliũ iſtorũ, non ſolùm ipſis pręiu-
dicent, ſed & deſcendentibus ex eis,
ità namquè vniformitèr deciſum quò-
ad deſcendentes referunt *Anna conſ.*
*91. & in conſ.*118. *num.*29. *& Conſil.*
de Georgio, qui ità etiam refert deci-
ſum,quàmuis ipſe contrarium allegaſ-
ſet in *allegat.*23.24.*&* 25. vt obſeruat
idem *de Thoro d. ver. Conſuetudo Ca-*
*puanæ,& Nidi,f.*118. qui citat quoq;
eos referẽtes, *D.Reg.de Ponte in tract.*
de poteſt.Proreg.tit.9.num.22. & Ricc.
collect. decіſ. 689. quibus addo ego
Præſident.Amatum d. conſ. 26. *nu.*33.
14 vbi ſubdit rationem, quia vſus Nobi-
lium Capuanæ, & Nidi reſpicit fauo-
rem lineæ,vndè bona peruenerunt,nõ
autèm certæ perſonæ, & tradit *Dom.*
*Conſ.Theodor.d.alleg.*1.*n.*78. cõſtatq;
ex verbis vſus iſtius relatis per *Affl. d.*
*deciſ.*237.*nu.*1.*in fine*,vbi in ſpecie de
15 deſcendẽtibus,& parentũ hæredibus
diſponit forma renũciationis,quæ in-
ſeritur in capitulis matrimonialibus.
16 Et hac ratione non dubitarem aſſe-
rere,officere vſum prædictum, prout
deſcendentibus, de quibus dixi nu-
pèr,ità & aſcendẽtibus, vt fundat *Præ-*
*ſid.Amat.d.conſ.*26.*num.*20.*& nu.*32.
loquens in auia,& ità fuiſſe deciſũ de
anno 1514. in cauſa Vannellæ de Mõ-
forte cum Ioannello de Cunto, refert
*Capyc.hic in Apoſtill.*incip. *in hac gloſ.*
*præterquàm, ad num.*185. licèt *Apoſtil-*
lam illam non eſſe *Capyc.* contendat
*Georgius allegat.*23.*nu.*35. & ſimilem
deciſionem ortam fuiſſe in cauſa Fa-
bij de Gatta, refert *Conſil. de Anna*
conſil. 92. *num.* 60. de quo meminit
quoq; *Amatus ibid.num.*32. poſtquàm
*num.*31. fundauerat,matrem, quæ re-
17 nunciat proptèr vſum iſtum hæredi-
tati,& ſucceſſioni filiorum,multò ma-
gis excludi debere ab hæreditate ne-
potis,per iura,quæ allegat,& mihi pla-
cet reſolutio,quia verba noui vſus lo-
quũtur de liberis,vt conſtat ex relatis
per *Afflict. d. deciſ.* 237. *& Præſ. de*
18 *Franch.deciſ.*92.*nu.*1. & liberorũ ap-
pellatio latiſſimè patet, omneſq; de-
ſcendentes comprehendit, vulg. *l.li-*
berorum, de verb.ſignif. vndè quem-
admodùm à ſucceſſione filiorũ abſq;
dubitatione excluditur parens, qui
renunciauit, vt ſuprà, eodem modo
excludi debet à ſucceſſione nepotũ,
cùm verba ſint generalia,& compre-
hendant vtrũq; caſum, quod in ſpecie
aduertit *Præſidens Amatus ibid. n.*30.
19 Aduerto tamen, dicta de excluſio-
ne deſcendentium, & aſcendentium
eorum, qui renunciarunt ſecundùm
hunc vſum procedere viuis renunciã-
tibus, nàm ſi deceſſiſſent, conſidera-
ri deberent venientes ab inteſtato,
non vti hæredes,ſucceſſoreſuè renun-
ciantiũ,ſed ex propria eorum perſona,
quorum conditio deterior fieri non
poterit ex facto renunciãtium, ex *dec.*
*67. Dom.Præſid.de Franch.*iunctis tra-
ditis per *Conſ.Theodorum d.allegat.*1.
*num.*22. *& à nu.*75. ac per *Gutierrez*
*lib.*5.*pract. quæſt.*79. & fuit noſtris tẽ-
poribus ità deciſum in cauſa Magnifi-
ci Io. Vinc. Como Baronis Caſalis
noui,& fratrũ cum Magnifico V I.D.
Scipione Philomarino contendentiũ
ſuper bonis,& hæreditate quond. An-
dreę Philomarini, obiecta etenim per
dictum Scipionem renunciatione fa-
cta per matrem dicti Andreæ, cuius
ex parte coniuncti erant prædicti de
Como,non fuit renunciationis habita
ratio,ex quo defecerat mater in vita
Andreæ, fueruntq; admiſſi fratres de
Como

Como per S. C. referente Dño D. Blaſio de Boliagha Iudice meritiſſimo M. C. cum interuentu bonæ memoriæ D. Præſidis Vrſini, prout in actis M. C. in Banca Caroli de Auetia, patrocinante V. I. D. D. Iacobo Anichino amico noſtro, & iuxtà hæc puto, debere intelligi quæ in articulo iſto ſcribit *Conſil. de Georgio alleg. 23. à nu. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Exiſtentia parentũ an ceſſet* Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *contracto matrimonio iuxtà morem Procerum, atq; Magnatum, & nu. 9.*

2 *Proceres, & Magnates qui, & qua ratione dicantur in Regno, & nu. 4.*

3 *Magnas, & Nobilis an, & apud quos ſint idem.*

Contra eos qui teſtes admittantur in Regno. nu. 5.

6 Nuncius Pelliccia *exploditur in voce Magnatis.*

7 *Prorex an omnibus titulo decoratis eum ſalutantibus aſſurgere teneatur.*

8 *Barones an, & qui veniant appellatione, ac in moribus Procerum, atq; Magnatum.*

10 *Mos Procerum, & Magnatum cõtinet obſeruantiam iuris communis,*

Dicitur idem quod ius cõmune. n. 11.

Dicitur ad differentiam iuris Conſuetudinarij, & quarè. nu. 12.

13 *Proceres Plebi oppoſiti, quaſi Regibus proximi.*

14 *Quo gradu à Regibus diſtent.*

15 *Sunt inter ſubditos primores, & inter cæteros eminentes.*

ARGVMENTVM.

Matrimonio contracto iuxtà morẽ Procerum, atq; Magnatũ an ceſſet, vel ſecus *Conſuet. ſi quis, vel ſi qua* propter exiſtentiam patris, aut matris.

OBSERV. XXVI.

1 QVòd ſi matrimonium contractum fuerit more Procerũ, &
Magnatum Regni, hoc eſt vti
cõuenire, vt ità dixerim, Sũ-
mates conuenerunt, qui eſt alter mo-
dus, quo contrahi ſolet in Ciuitate
iſta, & Regno, an exiſtentia patris, aut
matris ceſſare faciat, vel ſecus *Con-
ſuetudinem* iſtam *Si quis, vel ſi qua*, op-
portunum eſt tractare hoc loco, vt
omni ex parte deciſa quæſtio maneat
de patre, aut matre exiſtente in me-
dio, quæ modos omnes continet, &
perſonas contrahentes, hoc eſt ſecun-
dùm Conſuetudines redactas in ſcri-
ptis in volumine Conſuetudinum ab
initio, quæ confirmatæ Regia authori-
tate prodierunt in lucem, ſecundùm
quas contrahere ſolent in Ciuitate
Ciues Neapolitani communitèr, item
ſecundùm nouum vſum nobilium Ca-
puanæ, & Nidi, ſecundùm quem ab
initio contrahere cõſueuerunt Nobi-
les Platearum iſtarum, & poſtmodùm
2 exemplo ipſorum alij, & tertio ſecun-
dùm mores Procerum, & Magnatum,
vti ſcilicet contrahunt ijdem Nobiles,
& aliarum Familiarum, quæ, vel in-
trà, vel extrà Plateas alias viuunt, no-
bilitate præcipua ſuperbientes, & feu-
dorum affluentia, quaſi quòd maiores
ſint in Ciuitate, ſintq; cæteris hono-
rabiliores, quo ſenſu Magnatis voca-
bulum, quo nullus antiquorum vſus
eſt, præſertim ex Authoribus iuris
ciuilis, explicat *Archidiac. in cap. fun-
damenta, de elect. in 6.* & fortaſsè ve-
riùs, quàm Pontifex, qui in *cap. ex mul-
ta S. ſecundò quæſiuiſti. extra de voto,*
3 Nobiles, & Magnates cõiungit ſimul,
quamuis enim Magnates multis in lo-
cis, ac præ cæteris Florentiæ ij dican-
tur, qui & apud eos Nobiles exiſtunt,
vti aſſerit *Bart. in l. 1. C. de dignit. lib.
12.* ijq; idem ſint ſecundùm *Bellugam
in ſpec. princip. rubr. 11. S. compendioſè,
num. 8.* & notat *D. Conſil. D. Ioannes*

Dexart. lib. 1. capit. Regni Sardiniæ tit. 2. cap. 2. nu. 2. fol. mihi 71. Alber. de Roſ. in tract. de ſtat. §. 36. & in ſuo *Diction. in verbo Magnates* dicit, Magnates dici poſitos in dignitate ad differētiā Plebis, refert *D. Dexart. loco* citato, tamen, vt aduertit, & cū iudicio *Andr. Tiraq. in tract. de Nobilit. cap. 37. nu. 33.* non omnes Nobiles vocabulo
4 iſto continentur ex communi vſu loquendi, ſed eos tantùm Nobiles veniunt appellatione Magnatum, qui Potentatum poſſident, aut Baroniam, & Regalia, ex *Bal. in c. innotuit* 20. *nu.* 28. *extrà de elect,* qui ſcribit in priuilegio, vt quis poſſit legitimare filios Magnatum, eos tantùm contineri, qui ex poſſeſſoribus, ſeù quaſi Baroniæ alicuius, aut Regalium orti ſunt, quomodò cenſui ego ſemper accipi de-
5 bere Magnates, contra quos non admitti paſſim omnes teſtes ſtatuit *Conſtitutio* Regni noſtri, quæ incipit *Profequentes, de. caſtim. ruſtic.* ità quòd abhorreat à recta vocabuli interpreta-
6 tione ſenſus, quo vocem Magnatis in moribus, aut aſſuefactione, quam explicamus intelligi debere pro Baronibus in Regno, ſcribit ex *Alber. in l. quaſi indignus. ff. de Senator. Nuntius Pelliccia,* qui ex *Tiraq. loco* cit. cuncta tranſcripſit, quæ poſuit ad *Conſuetud. Auerſanas fol. mihi* 241. *à nu.* 1. quo loco tractat morē hūc Procerum, atq; Magnatum; ſunt etenim Barones, & nonnulli etiā titulo decorati, & tot, & tales, vt de ijs videatur meritò dubitaſſe *Taſſonum in ſuis obſeruat. iuriſdict. verſ. 2. obſer. 2. nu.* 132. an hodiè ex copia, & qualitate Titulatorum practicari debeat, quod tradidit *Marcus Ant. Surgens de Neap. Illuſtr. cap. 23.*
7 *nu.* 17. teneri nimirùm D. Proregem aſſurgere aliquantulum Titulato eum ſalutanti, tantum abeſt, vt nunc ſimplices Barones contineri debeant in Regno appellatione Magnatum, adiuncto præſertim verbo Procerum, quāuis in *rubrica* moris iſtius dicātur verba illa *Comitum, Baronum,* &c. quod & obſeruat *D. Reg. de Ponte conſ.* 35.
8 infra cit. *ſub nu.* 2. nam non de ſimplicibus Baronibus, aut Comitibus verba illa intelligi debent, ſed regulari illa oportet, ita vt applicari poſſint Proceribus, & Magnatibus, vt ſit ſenſus verborum quòad Comites, & Barones, ſed qui ſint Barones, Proceres, & Magnates.
9 Et quidèm abſolutè reſoluimus, ceſſare hoc in caſu Conſuetudinem iſtā, habet etenim mos iſte Procerum, atq; Magnatum inter alia expreſſum, vt pater, & mater non excludantur à ſucceſſione in quibuſcunq; bonis, ſed ſuccedant filijs, prout & de iure communi ſuccederent poſthabita Conſuetudine iſta, vt videbimus in differētijs, quas ſubnectemus loco ſuo, & poſuit *Camill. Salernus in Conſuet.* iſta *fol. mihi* 132. *in antepenultim. different.* Ceſſareq; Conſuetudinem ſi proponitur contractum matrimonium iuxtà morem Procerum, & Magnatum, eſt veluti principium apud noſtros, & notāt quotquot ſcripſerunt in Ciuitate, & Regno *Minad. in Conſt. In aliquibus in 4. not. num.* 4. *Capyc. dec.* 176. *ſub n.* 17. *& Vrſil. dec.* 237. *n.* 7. de quib⁹ meminit *D. Reg. de Pont. cōſ.* 35.
10 *nu.* 2. *& 7.* vbi ſubdit, morē Procerū, & Magnatum continere obſeruantiā iuris cōmunis, quod repetit *conſ.* 61. *n.* 74. & eſſe morem hunc idem, quod ius commune, & inſtar illius iudicari dicit *D. Reg. Merlinus contr.* 16. *ſub n.* 16. *tomo* 2. qui id alibi ſepè repetitum
11 dicit, dicereq; idem quod ius commune obſeruat idem *D. Reg. de Ponte in tract. de pot. Proreg. tit. 9. de ſucceſſ. mulier. nu.* 24. *D. Praeſ. de Franch. deciſ.* 92. *nu.* 5. *deciſ.* 537. *nu.* 17. & multis alijs in *locis D. Naucler. in addit.* poſt *Conſuetud. fol. 9.* incipit *In eadem Conſuetudine, & gloſſa, Conſil. de Anna conſ. 2. nu. 1. P. Molfeſ. ad has Conſuetud. part. 1. cap. 3. nu. 1. & cap. 4. D. Reg. Capyc. Latro deciſ. 35. ſub nu. 3. D. Reg. Rouitus conſ. 50. nu. 16. lib. 2.* repetens quæ dixerat *conſ.* 98. *antè num.*

16. *lib.* 1. vbi ſubdit ſimiliter *num.* 16. & ex eo P. *Molfeſ. d. cap.* 4. *num.* 2. non aliunde dici morem Magnatum, niſi ad differentiam iuris conſuetudinarij;
12 eo quòd Magnates noluerunt ſe ſubmittere Conſuetudinibus, ſed maluerunt viuere ſecundùm ius commune, vt omninò, aut diſtinguerentur à cæteris Ciuibus, vel ijs opponi viderentur;
13 adinuento, adiunctoq; verbo Magnatis, altero Procerum, qui, vt notat *Tiraq. loco citato nu.* 34. *in fine*, vti plebi oppoſiti, iure ordinario appoſiti leguntur in locis ab eo relatis, quaſi Regibus proximi, ſi me non fallit *Lucani* ſenſus *lib.* 7. cùm ſcribit.

Hoc tot pro meritis ſolum te magna precatur

Vti ſi fortuna velit, Proceresque tuorum

Caſtrorum, Regeſq; tui, &c.

14 poſitis namq; Proceribus ponit ſedulò Reges *Lucanus*, quaſi quòd vno gradu diſtent à Regibus Proceres, ſintq;
15 proptereà inter ſubditos primores, & inter cæteros eminentes, vt interpretatur *Afflict. in cap.* 1. *nu.* 42. *de prohib. feudi alien. per Lothar.*

S V M M A R I V M.

1 *Exiſtentia parentum an ceſſet* Conſuetudo Si quis, vel ſi qua *contracto matrimonio iuxtà morem Procerum, & Magnatum, ſi nihil dictum ſit de ſucceſſione filiorum in capitulis matrimonialibus, & contrahentes gaudeant honoribus Sedilium Capuanæ, & Nidi, & nu.* 3. 4. *Contrarium à nu.* 9. *& quarè à nu.* 10.

2 *Mos Magnatum non operatur, niſi in capitibus expreſſis, quod quomodò intelligi debeat. nu.* 5. *&* 11.

6 *Conſuetudo patrisfamilias ante omnia ſpectanda, deindè regionis.*

7 *Obligatur quis ſicuti obligari conſueuit.*

8 *Morem agentium ſequi debemus.*

12 Conſil. de Anna conſ. 118. num. 5. *notatur, & nu.* 17.

13 *Naturam ſeparare à ſubiecto impoſſibile.*

14 *Mos Procerum, atq; Magnatũ quid ſit.*

15 *Proceres, & Magnates in dubio contraxiſſe cenſeri debent, vt eorum contractus regulari non debeat à moribus Nobilium Capuanæ, & Nidi.*

16 D. D. Thomas de Carlebal Reg. Conſil. *laudatur.*

A R G V M E N T V M.

Matrimonio contracto iuxtà morem Procerum, atquè Magnatum an ceſſet, vel ſecus *Conſuetudo Si quis, vel ſi qua* propter exiſtentiam patris, aut matris, ſi nihil dictum ſit de ſucceſſione filiorum in capitulis matrimonialibus, & contrahentes honoribus gaudeat Sedilium Capuanæ, & Nidi.

OBSERV. XXVII.

1 SEd & præcedentibus ſubnectenda quæſtio eſt, an procedant, quæ diximus *Obſeru. præcedenti*, ſi contractum ſit matrimonij iuxtà morem Procerum, & Magnatũ, nihilo dicto de ſucceſſione filiorum, & qui ità contrahunt, gaudent honoribus Sedilium Capuanæ, & Nidi, & videtur hoc in caſu regulandam ſucceſſionem ſecundùm iura, quibus viuunt Nobiles Platearum iſtarũ, iuxtà ſenſum, quem expreſſimus ad Conſuetudinem iſtam *obſeruat.* 25.

2 Primò, quia, vt tradit *D. Reg. de Ponte conſ.* 61. *à num.* 67. *vſq; ad* 74, mos Magnatum non operatur, niſi in capitibus expreſſis, quo attento in eo, quod non eſt expreſſum vigere debet lex, quæ non prohibetur ſtare, cùm non corrigitur, ad iura vulgata, & hæc eſt illa, ſecundùm quam cõſueuerunt viuere Nobiles Platearum iſta-

rum,in quibus gaudent honoribus,& prærogatiuis.

3 Secundò, quia ità deciſum fuiſſe teſtatur in re præſenti *Conſil. de Anna conſ.* 118. *num.* 5. *lib.* 2. & eo relato *Nuntius Pelliccia ad Conſuet. Auerſ. fol.* 240. *in vlt. addit.* in cauſa D.Mariæ de Aualos.

4 Tertiò, quia ità contrahentes intellexiſſe præſumendum eſt in dubio, vt pluribus comprobat in terminis idem *Conſil. Anna conſ.* 2. *à nu.* 4. *& conſ.* 92. *num.* 6. *vol.* 2. & ex eo poſt alios *D. Præſid. Amatus conſ.*26.*à nu.*13.

Et horum opinio videtur probari, quia cùm Nobiles iſtarum Platearum ità contrahere conſueuerint, vt quãuis exiſtant pater, aut mater, alijq; vlterioris gradus aſcendentes, habeat locum *Conſuetud. Si quis, vel ſi qua,* vigeatq; in Ciuitate inter hæc quarteria Conſuetudo iſta, per quam in hac parte extenditur diſpoſitum per Conſuetudinem redactam in ſcriptis, etiam quoad patrem, & matrem illa ſpectari debet in eo, quod expreſsè cautum non eſt per mores Procerum, & Magnatum iuxtà doctrinam *Decij in conſ.* 441. *à nu.* 9.

5 Vndè infertur, doctrinam *D. Reg. de Ponte* in eo,quod voluit,morem Magnatum operari ſolùm in capitibus expreſſis, ità debere intelligi, vt nec intret Conſuetudo redacta in ſcriptis datis contrahentibus de Sedili Capuanæ, & Nidi, ſed cum iſtis Nobilibus regulari tunc ſucceſſio debeat iuxtà morem Nobilium iſtorum,& ſic, vt dicitur,*alla noua manera*, antè om-

6 nia enim ſpectandam Conſuetudinẽ ipſius patriſfamilias, deindè regionis, eſt *tex.* in *l. ſi ſeruus plurium* 53.*S.vlt. ff. de leg.* 1. & quia, vt notat *Andr. in cap.* 1. *nu.* 10. *ex quibus cauſ. feud. amitt.*

7 quis obligatur ſicuti conſueuit obligari, ad quod eſt bonus *tex. in l. labeo* 21. *in fine princip. ff. de ſtatuliber.* vbi

8 dicitur, quòd morem agentium ſequi debemus.

9 His tamen haud refragantibus puto ego verius eſſe, vt & hoc in caſu ſucceſſio debeat regulari ſecundùm morem Procerum, & Magnatum, & per conſequens ceſſare debeat Conſuetudo redacta in ſcriptis.

10 Moneor, quia qui contrahit iuxtà morem Procerum, & Magnatum, intelligitur,quamuis nõ exprimat capita moris, id agere,quod vel inductum eſt in capitibus omnibus, vel quod eſſe ſolet in more, etiam ſi in aliquo nihil fuerit dictũ,vt de Conſuetudine eſt locus *Pauli in l. ſi prius* 17. *S. placuit, ff. de aqua pluuia arcenda,* ibi *illa autem, quæ ferè in conſuetudine eſſe ſolēt etiam ſi nihil ſit cõprehenſum,&c.* & notat *Bald. in l.* 1. *nu.* 12. *C. pro ſoc.* quòd ſi ita eſt Conſetudo, intelligitur etiam tacitè id actum,quod Conſuetudo, & tacitum pactum deductum videtur,ſed inter alia caput eſt in more Procerum, & Magnatum, vt pater, & mater non excludantur à ſucceſſione in quibuſcunq; bonis, ſed ſuccedant, ſi,& prout de iure communi aliàs ſuccederent, vt in *penult. differentia moris Nobilium Capuanæ, & Nidi à more Procerum, & Magnatum* obſeruat *Camillus Salernus fol. mihi* 132. *in princ.* ergò proculdubio procedere debet *Conſuetudo Si quis,vel ſi qua*,dato matrimonio iuxtà morem Procerum, & Magnatum,nihilo dicto de ſucceſſione.

11 Nec obſtat quod diximus ex *D.Reg. de Ponte*, nam verba illa *in capitibus expreſſis* ,non inſinuant neceſſariam expreſſionẽ capitum in contractu matrimonij, ſed ea referri debent ad expreſſionem capitum, prout iacent in more Procerum, & Magnatum deſcripto per *Salern. d. fol.* 132. inter Conſuetudines redactas in ſcriptis,& ab alijs,qui capita illa coacernarunt, vt explicabimus *obſeruat. ſeq.*

12 Secundò non obſtat teſtimonium deciſionis, de quo meminit *Anna*, quia vltrà quòd veriſimile nõ eſt,fuiſſe deciſum quod retulit *Anna*,tàm ex notatis per eundemmet *Annam in conſ.* 2. quod ſcripſit in cauſa eadem

pro

pro Marchioniſſa Sancti Lucidi, quã ex ſupra dictis, ac ex dicendis infra *D. Fabius de Anna* non interuenit in cauſa illa vti Conſiliarius, ſed vti Aduocatus, & propterea nõ potuit ſcire, quibus ex medijs fuit deciſa quæſtio illa, vt benè aduertit in hoc *D. Reg. Rouitus conſ. 98. ſub n. 22. verſ. nec moueat lib.* 1. multotiès enim Aduocati inſiſtunt ſuper vno iuris articulo, & Nos determinamus per alia media.

Eſtq; ineuitabilis ſuſpitio in teſtimonio *Annæ*, quia in capitibus, quibus abſoluitur mos iſte Procerum, & Magnatum, eſt expreſsè ſtatutum contra Nobiles Platearum Capuanæ, & Nidi, pro eo, quod attinet ad patrem, & matrem exiſtentes in medio, & hac ratione cadit tertium obiectum, nullo etenim iure perſuadere poterit *Anna*, cõtrahentes iuxtà morẽ Procerum, & Magnatum, nihilo adiecto circa ſucceſſionem voluiſſe ſequi morem Nobilium illorum, à quibus voluerunt ſtratis capitibus contradiſtingui, defeceruntq; eo ipſo, quòd declararunt, velle contrahere, & contraxerunt iuxtà morem Procerum, atquè Magnatum.

Nec dicas, voluiſſe Proceres, & Magnates differre in eo, quod expreſſerunt, vt indè deducas, voluiſſe eos ſe reddere conſormes reſpectu ſucceſſionis, in qua nihil dixerunt, iuxtà notata per *Bart.* & alios in *l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad trebell.* cũ alijs, quæ cumulat *Menoch. conſ. 95. nu. 93. lib.* 1.

Reſpondetur etenim vltrà prædicta non aliàs poſſibile eſſe diuidere, & ſeparare in mente contrahentium ſuc-
13 ceſſionem à reliquis capitibus in more Magnatum, quàm impoſſibile eſt ſeparare naturam à ſubiecto, ita enim eſt vnica voluntas contrahentis iuxtà morem Procerum, & Magnatũ, vt prorſus diuiſionem recipere non ſit apta quòad capita quædam, maximè cùm qui contrahit, ſe explicat alio modo contrahere velle, quàm, vel Ciues omnes contrahunt, vel Nobiles Capuanæ, & Nidi, quod ſolùm importat mos Procerum, atq; Magnatum,
14 & contractus iuxtà aſſuefactionem ipſorum, & ſi verum eſt, prout cenſco eſſe veriſſimum, quòd mos Magnatũ, vt inquit poſt *Minad.* de quo meminit *D. Reg. de Ponte conſ. 35. à nu. 1.* & Nos retulimus pro parte *obſeruat. præced.* eſt quædam conſuetudo, ſiuè forma viuẽdi, inducta inter Proceres, & Magnates, adeò quòd ſemper, quòd illi contrahunt, non debent ab hoc recedere, & dùm hoc non faciunt, recedunt à naturali ipſorum forma, ab ordinario vſu, & proprietate, & con-
15 ſequentèr impropriè contractant, & hinc in dubio cenſeri debet, Proceres, atq; Magnates, ità contraxiſſe, vt contractus eorum regulari non debeant à moribus Nobilium Capuanæ, & Nidi, omni iure affirmari oportet, ſucceſſionem, quamuis de ea dictum aliquod non proponatur, eſſe regulandam, ità vt differat à more Nobilium Plateatum iſtarum, etiam quia qui dicit ſe contrahere iuxtà morem Procerum, & Magnatum, dicit legem, cum qua decidi contractus debeat, & cum qua contrahere intendat, vt ex *Iſernia in Conſtitit. Regni Licentiam. verſ. ſed quid eſt hoc*, obſeruat *D. Reg. Capyc. Latro deciſ. 35. ſub nu.* 5.

Confirmo prædicta, quia ex interpretatione Prudentum in Regno ſufficit, quòd Proceres, & Magnates in principio contractus aſſerant, ſe viuere, atq; contrahere more Procerum, & Magnatum, vt indè legem actus accipiant à more Procerum, & Magnatum, vt fuit ſæpiùs iudicatum, & demùm iunctis Dñis Conſiliarijs duarũ aularum fuit expreſsè deciſum per Sacrum Conſ. temporibus noſtris in cauſa D. Sueuæ de Aualos, referente doctiſſimo Conſiliario, & Collega
16 noſtro meritiſſimo, virtutum omnium genere ornatiſſimo, præclariſquè natalibus orto *Dño Don Thoma de Carleual* I. C. Hiſpano, & tradidit *D. Reg. Capyc. Latro* tunc Collega noſter tit.

deciſ.

deciſ. 35. vbi rem hanc examinauit, medijs allatis hinc indè, quæ per ipsũ videri poterunt à *nu.* 8. *&* 12. quia non tranſcribo.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio regulatur ſecundùm ius commune contracto matrimonio iuxtà morem Procerum, atquè Magnatum, & quomodò ius commune tunc accipi debeat, nu.* 4. 6. 7. 10. *&* 18.

2 *Mulier ſecundùm morem Magnatum decedens cum liberis, aut ſine poteſt diſponere de integris dotibus, reſeruata filijs legitima.*

3 *Mater ſecundùm morem Magnatum non excluditur à ſucceſſione filij in quibuſcunq; bonis, ſed ſuccedit, ſi, & prout de iure communi ſuccederet.*

5 Fabritius Brancatius *laudatur, ſed exploditur.*

8 *Diſponentis voluntas magis informatur à lege propria Ciuitatis, quàm cõmuni.*

9 *Mos Magnatum idem eſt, quod ius cõmune Romanorum.*

11 *Vxores contrahentes more Magnatum quà ex lege, quibuſuè cum diſtinctionibus dotes repetant, & earum acceſſiones, & nu.* 14.

12 *An repetant dotes inſolidum, & quomodò lucrentur antephatum, nu.* 13.

15 *Mos Procerum, & Magnatum vndè ſumptus fuerit, & nu.* 17.

16 *Francorum iure qui viuit, iudicabitur per iura Romanorum.*

19 *Mos Procerum, atq; Magnatum quas oppugnet Conſuetudines Neapolitanas.*

ARGVMENTVM.

Ius commune an intelligi debeat de iure Romanorum, Ciuitatis, vel Francorum, & Regni Conſtitutionum, cùm dicitur, quòd contracto matrimonio ſecũdùm morem Procerum, atq; Magnatum ſucceſſio regulari debeat ſecundùm ius commune.

OBSERV. XXVIII.

1 QVòd autem contracto matrimonio iuxtà morem Procerum, & Magnatum regulari debeat ſucceſſio ſecundùm ius commune Romanorum, & non à conſuetudinario, atq; ità debere intelligi Doctores, qui dicunt ſimpliciter morem Procerum, & Magnatum idem eſſe, quod ius commune, prout cenſuit in cauſis omnibus, & ex tempore ſemper temporibus meis Sacrum Cõſilium, probant verba moris Procerum, & Magnatum, quæ poſuit *Camillus Salernus in vltima differentia* moris prædicti à more Nobilium Capuanæ, & Nidi, in qua dicitur, quòd ſe-
2 cundùm morem Magnatum mulier decedens cum liberis, & ſinè liberis poteſt diſponere de integris dotibus, reſeruata filijs quarta, ſeu legitima iure naturæ filijs debita, quam certum eſt, deberi, attento iure communi Romanorum, vt indè pateat, morem ipſum ſe declarare in eo, quod antè
3 dixerat, quòd mater ſecundùm morem Magnatum non excluditur à ſucceſſione in quibuſcunq; bonis, ad differentiam moris Nobilium prædictorum, ſed ſuccedit, ſi, & prout de iure communi aliàs ſuccederet, vt nimi-
4 rum ius commune in more prædicto intelligi debeat de iure Romanorum, & non de iure Conſuetudinario huius Ciuitatis, prout putabat *loco* infrà
5 citato *Fabritius Brancatius* Aduocatus alioquin celeberrimus, vt de eo dicit *Taſſonus*, qui eius allegationes exarauit ad *pragm. de antephato verſ.* 4. *obſeru.* 4. *fol.* 314. quinimmò & acutiſſimus, ac facundiſſimus, prout de eodem *Fabritio* ſcribit *D. Reg. Capyc. Latro deciſ.* 98. *ſub nu.* 20. vel de iure Fran-

6 Francorum, vt cenſet poſt alios, quos allegat *Iacob. Anton. Mart. in tract. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 4. art. 1. nu. 25.* & nouiſſimè *Horat. Montan. controu. 1. nu. 56.*

Nec obſtat quod ponit *D. Fabritius Brancatius nu. 25. in allegat.* quam ſcripſit pro Comite Montiſcalui, & poſuit *Taſſonus loco* citato *fol. 318.* & repetit ex eo *D. Præſid. Amatus conſ. 26.* qui iiſdem authoritatibus dixit *nu. 10.* non attendi hoc in caſu ius Ro-
7 manorum, ſed ius Conſtitutionis, aut Conſuetudinis, quæ in loco iuri communi derogans, dicitur ius commune, ex *Andr. in cap. 1. circa fin. de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis* & aliis ibi relatis, præſertim *Ripa* dicente in *l. hæredes mei, §. cùm ità nu. 79. ff. ad trebell.* fatuum videri, qui crederet, diſponentem voluiſſe potiùs ſe conformare cum iure communi Romanorum, quàm cum iure propriæ Ciuitatis, quò ſemper vſus fuit, & quòd voluntas diſponentis magis informatur
8 à diſpoſitione legis particularis ſuæ Ciuitatis, quàm à lege communi, vt per *Sotin. conſ. 90. nu. 2. vol. 1. & conſ. 53. nu. 24. vol. 4.*

9 Conuincitur enim prima opinio tùm ex verbis vſus, quæ retulimus, tùm quia ità Sacrum Conſilium illa interpretaſſe, conſtat ex deciſione relata per *D. Capyc. Latro deciſ. 35. ſub nu. 3.* vbi dixit, morem Magnatum idem eſſe quod ius commune Romanorum, ſecundùm quam interpretationem Sapientes in Regno ſunt interpretati iure ordinario, & communitèr, vt conſtat ex relatis *obſeruat. præced.* quod & exteri norunt, vt videre eſt apud *Dec. conſ. 402.* vndè fatui nomen potiùs meruiſſe videtur, qui contra clara verba interpretari audet, innixus ſolis regulis, & argumentis, quæ non conuincunt in caſu, de quo loquimur, in quo non dubia examinamus; ſed certa, etiam attenta voluntate contrahentis ſecundùm morem Magnatum, qui, tantum abeſt, quòd non voluerint iuri Romanorum ſe ſubiicere, quòd expreſsè id amplexi fuerunt in contrahendo, reiicientes Conſuetudines, ex ſuprà ponderatis *d. obſeruat. præced.* & in puncto, quòd ius commune in
10 moribus Procerum, & Magnatum debeat intelligi contra Conſuetudines iſtas, notat *Caputus ad Conſuet. Neapolit. §. 1. nu. 11.* quamuis dicat, nec debere intelligi contra Conſtit. Regni, quod nunc non diſputo, tractaturus alibi.

Secundò, prædictis non obſtat argumentum, quo ſolidiùs argumentatur *Fabritius Brancatius* apud *Taſſon.*
11 *ſub d. nu. 25.* videlicèt quòd vxores, quæ contrahunt more Magnatum, repetunt dotes, & earum acceſſiones cum dilationibus datis à *Conſuetud. Viro mortuo,* & non per *l. vnic. C. de rei vxor. act.* & inſupèr quòd non
12 repeteretur dos inſolidum, cùm eſſet contractum iure Magnatum, prout exigitur ex *Conſuet. Vbi dos,* & demùm
13 quia antephatum non lucraretur, prout lucratur attento more Magnatum, ſi regulari deberet ſecundùm ius commune Romanorum.

Nàm, miſſo ſcopulo quoad lucrum antephati, quod videbimus infrà, non
14 obſtant duo, quæ cumulat *Fabritius Brancatius*, nàm alterum pendet ex eo, quòd fauorabilius credunt mulieres agere ſecundùm Conſuetudines in eo, quod non eſt expreſſum in more Magnatum, nec datur, qui viderit, contracto matrimonio iuxtà morem Magnatum fuiſſe diſcuſſum, & deciſum, debere peti cum dilationibus *Conſuetudin. Viro mortuo,* vel *l. vnic. C. de rei vxor. act.* maximè quando & contracto matrimonio inter Nobiles huius Ciuitatis, ſuppoſuerit *Loffred. conſ. 42. in princ.* forè expectandum anni lapſum, & propterea non poteſt præiudicium facere articulo, quod nec deciſum, neq; diſcuſſum eſt in terminis, in quibus Nos diſputamus, & hæc quoad primam opinionem.

15 Sed & conuincitur ſecunda opinio, tùm quia

quia verum non eſt initium, in quo ſe fundant circa originem moris Magnatum, quòd ſumptum ſit à iure Francorum *Lelius Caput. d. nu.* 11. *&* *Montan. loco* citato, poſt alios, quos citat *Iacob. Anton. Marta d. art.* 1. *nu.* 26. tùm quia quando talis origo ad-
16 mitteretur noſtra ſtarè ſententia non prohiberetur, nam ille, qui viuit iure Francorum iudicabitur per iura Romana, inquit *Andr. in Conſtit. Puritatem*, & repetit ex eo *Montan. contr.* 24. *nu.* 1. *in fin.*

17 Verùm quòd origo moris Procerum, & Magnatum nō ſit à iure Francorum, multa ſunt, quę ſuadent, & Nos cumulauimus alibi, vbi Lectorem remittimus, demonſtraturi, fuiſſe allucinatos, qui ſcribunt, Barones Litij illum adinueniſſe, & quòd quamuis verum ſit, Barones illum introduxiſſe in Regno, vt obſeruat *D. Conſil. de Anna d. conſ.* 118. *ſub nu.* 8. non tamen verum eſſe, quod de eius poteſtate diſputatum non fuerit, vt putauit *Anna loco* citato.

18 Et demùm falſam omninò eſſe opinionem tenentium, quòd hoc in caſu ius commune accipiendum ſit pro iure Conſuetudinario, facilè perſuaderi poterit, ſi obſeruetur, morem hunc
19 Procerum, atq; Magnatum eas oppugnare Conſuetudines, quas collegit elaboratiſſimus *Horatius Montanus d. contr.* 1. *à nu.* 41.

D*Eceſſit hic Dominus Author, hoc ſolùm, quod eſt impreſſum, in Obſeruationum forma redacto, ac* titulo de Alimentis præſtandis *ex remiſſionibus, ac notis, quas luculentiſſimè parauerat ad Conſuetudines iſtas, quapropter, vt cum ſpiritu deficeret opus, quod intra manus ſenectutis, ac valetudinis inter ſpatia ſuſcepit, elaboratiſſimus alioquin Iureconſultus, vt ſuos non contriſtaretur, amicoſque nonnullos, ſiſtendum in impreſſione cenſuimus, contenti iam editis Obſeruationibus, & quas in hanc, quam cernes (Lector amice) formam redegit ad* titulum, *qui ſequitur* de Alimentis præſtandis, *impreſſuri commodiori tempore, ac loco, ſi fata ſinant, & heredes, remiſſiones, ac notas, quas habent, veluti ſacrarium.*

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS AD Rubricam.

SVMMARIVM.

1 *Differentia iuris Conſuetudinarij, & Romanorum in debito alimentorum ex* Molfeſ. *recenſentur.*

2 *Pater iure communi tenetur generalitèr alere liberos.*

Nec ſolùm adoptiuum. nu. 3. & nu. 12. ſed & eum, qui vel eſt in ventre, vel dubitatur an ſit. nu. 4.

Tenetur alere filium naturalem legitimatum, & naturalem tantummodò. nu. 5. Et ſpurium. nu. 6.

Quid verò ſit de iure conſuetudinario. nu. 7.

8 Conſuetudo prima de alimentis *explicatur.*

9 *Dos non eſt ſine matrimonio, nec in concubinatu.*

10 D. D. Ferdinandus Arias de Meſa Regius Conſiliarius *laudatur.*

11 *Alimenta non debentur naturalibus, & adoptiuis de iure conſuetudinario.*

13 *Conſuetudines de alimentis an locum habeant in filijs natis ex matrimonio putatiuo.*

14 *Filij nati ex matrimonio, quod repertum eſt inualidum propter impedimentum conſanguinitatis, ſuccedunt, & admittuntur, vt legitimi ad honores, & Sedilia, quamuis nati poſt ſententiam appellatione pendente.*

15 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium habentur vt legitimi, & naturales.*

16 *Filij nati ex matrimonio putatiuo faciunt deficere fideicommiſſum.*

17 *Alimenta iure Romanorum filio debentur officio Iudicis, iure conſuetudinario debentur iure actionis. n. 18. & qua actio competat illa petenti. nu. 19. & quid de iure conſuetudinario. nu. 22.*

20 *Alimenta præterita an, & quando filio debeantur iure communi.*

21 *Caſu quo contraxit debita an competat filio actio contra patrem, vel ſoli mutuanti.*

23 *Alimenta præterita quarè non petantur de iure communi.*

24 *Alimenta debentur iure conſuetudinario, ſiue filius habeat vndè viuat, ſiue non, ſecùs de iure communi.*

25 *Alimenta cùm ordinantur alicui à lege, intelligitur, niſi illa aliundè habere poſſit qui alendus eſt.*

26 *Pater non tenetur alere filium, qui poſſit artem exercere, vel artificium.*

27 *Doctoratus non debet ali à patre, quãuis condemnatus ex laudo ad præſtandum alimenta ſingulis annis, vel in perpetuum.*

ARGVMENTVM.

De differentijs iuris Conſuetudinarij, & Romanorum in debito alimentorum.

OBSERV. PRIMA.

1 IN materia alimentorum, quæ debentur, vel vigore iſtarum conſuetudinum, aut de iure communi

X

muni reperio plures eſſe differentias,
quarum aliquot proſequitur nouiſſi-
mè *Molfeſ. hic tit. 5. à quæſt. 4.* Ego
examinabo illas, quæ conducunt ad
explicationem Conſuetudinum.
2 Prima differentia eſt, nam iure
communi pater tenetur generaliter
alere liberos, *l. ſi quis à liberis, §. ſi
quis ex ijs, ff. de lib. agnoſc.* adeò vt non
3 ſolùm alere teneatur adoptiuũ, iuxtà
veriorem ſententiã *gl. in §. ſed ea om-
nia, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. de-
fer. in l. onera, ff. de adopt.* quam pro-
bat poſt alios *Surd. de alim. tit. 1. quæſt.
2.* ſed & eum, qui, vel eſt in ventre,
4 vel dubitatur an ſit, quia non conſtet
vxorem eſſe pregnantem, *l. 1. §. ſed &
ſi incertum ſit, ff. de ventre in poſſ. mitt.*
5 & teneri alere filium naturalem legi-
timatum, probat *Surd. d. tit. 1. q. 8.* &
naturalem tantummodò, eſt *tex. in
auth. licet, C. de natur. lib.* ibi *huiuſ-
modi enim naturales filios paſci boni vi-
ri arbitrio neceſſe eſt*, quinimmò & ſpu-
6 rium, attento tamen iure Canonico, *c.
cùm haberet in fine, de eo, qui duxit in
vxor. quam poll. per adulter.* cùm ta-
7 men attento iure iſtarum Conſuetu-
dinum alimenta non debentur, niſi
filio legitimo, & naturali, ex *textu* iſtius
Conſuetudinis, in qua, vt conſiderat
Napodanus hic in verſ. filios, nu. 4. &
8 *Molfeſ. quæſt. 3. nu. 4.* ad hoc fit men-
tio de viro, vxore, & dotibus, de agna-
gnatis, cognatis, & ſucceſſionibus, quæ
ità locum habent in vero matrimo-
nio, vt prorsùs excludant alias ſpecies
liberorum, nàm & *dotis* verbum natu-
rales excludit, cùm dos ſine matrimo-
9 nio non ſit, quarè, in concubinatu
dotem non eſſe, probat ex noſtris poſt
Briſſon. & *Ann. Robertum* doctiſſimus
10 Collega noſter *Don Ferdinandus
Arias de Meſa*, Vir doctrina, eruditio-
ne, & integritate inſignis *lib. 3. var.*
11 *cap. 40. nu. 16.* & naturalibus, ac ado-
ptiuis non deberi, inquit *Napod. in
Conſuet. Verùm, nu. 40.* & tamen iure
12 communi pater alere tenetur etiam
adoptiuos, *Surd. tit. 1. q. 2. nu. 6. gloſ. in
d. §. ſed ea omnia*, & ibi *Io. Faber In-
ſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. Spe-
cul. in tit. qui filij ſint legit. num. 19.
Lambertin. de iure patron. lib. 3. q. 3.
princip. art. 6. nu. 15.*
13 Sed an iſtæ Conſuetudines locum
habeant in filijs natis ex matrimonio
putatiuo, mouet difficultatem *Molfeſ.
hic quæſt. 3. n. 21.* & quæſtio vtilis eſt, &
quandoq; ſummis viribus agitata re-
ſpectu honorum, & admiſſionis ad Se-
14 dilia natis filijs ex matrimonio, quod
repertum fuit inualidum propter im-
pedimentum conſanguinitatis, & quã-
uis *Molfeſ.* diſtinguat, vt ibi *num. 22.*
placet, quod maior pars Dominorum
ſentijt apud *Præſid. de Franch. deciſ.*
130. in beneficium prolis admiſſæ ad
ſucceſſionem vti legitimæ, & natura-
lis, quamuis natæ poſtquàm vni ex
coniugibus anteà ignoranti innotue-
rat impedimentum, & poſt ſententiam
appellatione pendente, qua ratione
15 apud me dubium non eſt, idem dicẽ-
dum in filijs legitimatis per ſubſequẽs
matrimonium; nam & matrimonium
verum eſt, & filij legitimi ſunt, & na-
turales, omni prorſus macula ſemota,
ex *cap. tanta eſt vis matrimonij, extr. qui
16 fil. ſint legit.* & in matrimonio putati-
uo dos eſt, filijque indè nati ità legi-
timi ſunt, vt faciant deficere fideicõ-
miſſum, ex ſolemni *Decij conſ. 252.*
17 Secunda differentia eſt, quia de iu-
re communi alimenta debentur filio
Iudicis officio, & non iure actionis,
*d. l. ſi quis à liberis, §. ſolent, & ibi gl.
in verſ. cognoſcat*, allegat cõcordantes
poſt alios *Surdus de alimentis tit. 3. q.
1. à nu. 1. Molfeſ. hic q. 4. nu. 4.*
18 Verùm per has Conſuetudines de-
bentur iure actionis, dùm debentur
ex diſpoſitione Conſuetudinis, quæ
eſt quædam ciuium pactio, vt in *rubr.
C. de decur. lib. 10.* & proindè, vel da-
19 tur petenti alimenta condictio ex le-
ge, iuxtà *tex. in l. 1. ff. de condict. ex
lege*, vel datur condictio præſcriptis
verbis, *l. 1. ff. de præſcript. verb.* vt ra-
tiocinatur *Napod. hoc tit. ſub nu. 34. in*

Con-

Digitized by Google

Conſuet. 2. verſ. pro alimentis, Præſ. de Franch. deciſ. 60. *num.* 8. *Molfeſ. d. q.* 4. *nu.* 2.

20 Et effectus, qui oriuntur ex diffe-
rentia iſta multi ſunt, nam alimenta,
quæ filius non habuit, & ſic præterita,
de iure communi filio non debentur,
niſi cùm debita contraxit, *Bald. in l.*
1. C. de indicta viduit. toll. & in d. l. ſi
quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de lib.
agnoſc. Afflict. deciſ. 10. *de Franch.* qui
multos allegat *d. deciſ.* 605. *num.* 1.
Ruin. conſ. 80. *num.* 5. *lib.* 2. *Surd. de*
alim. tit. 1. *q.* 5. *à num.* 21. *& tit.* 5. *q.*
1. *à nu.* 43. *& Fabius de Anna conſ.* 71.
21 *nu.* 1. Et in caſu, quo contraxit debi-
ta, dubium eſt, an filio competat actio
contra patrem, vti putauit *Surd. loco*
nupèr citato à *n.* 52. vel ſoli mutuanti,
vt eſt receptior ſententia *Bartoli in l.*
libertos, §. 1. *ff. de alim. & cibar. leg.*
& eſt *tex. in l. fin. ff. de in rem verſo,*
22 & tamen debita ex iure conſuetudi-
nario, etiam præterita peti poſſunt, &
datur actio filio contra patrem, vt pro-
bat hæc Conſuetudo.

23 Et ratio eſt, quia cùm debeantur
iure actionis, ceſſat ratio, qua de iu-
re communi præterita non petuntur,
quòd .ſ. eo caſu cùm debentur officio
Iudicis, debentur intuitu pietatis, quæ
ceſſat in alimentis præteritis, vt in-
quit *Bart. in d. l. libertos, §. manumiſ-*
ſis, & notant *Iaſ. Dec.* & alij *in l. de ali-*
mentis, C. de tranſact. Ioa. de Anania
conſ. 54. *per tot.* vbi *Bologn. nu.* 4. *Alex.*
conſ. 7. *n.* 10. *lib.* 2. *& conſ.* 72. *n.* 9. *lib.* 5.

24 Secundus effectus eſt, quia alimen-
ta, quæ debentur ex iſtis Conſuetu-
dinibus, debentur, ſiuè filius habeat
vndè viuat, ſiuè non; habent etenim
per conſuetudinem maiorem præro-
gatiuam filij, nec conſideratur ege-
ſtas, quia debentur etiam habentibus
aliundè, etiam quòd ex induſtria
poſſint ſe ipſos exhibere, vt obſeruat
Napod. infra in *Conſuet. quòd ſi alios,*
verſ. pro alimentis, num. 34. & voluit
Anna plures allegans *ſingul,* 24. & ſo-
la ratio eſt, quia debentur alimenta
iure actionis, cùm enim debentur of-
ficio Iudicis, prout debita ſunt, de iu-
re communi alimenta non debentur
filijs, ſi habeant vndè ſe alant, *d. l. ſi*
quis à liberis, §. ſi vel parens, & notat
Surd. tit. 7. *quæſt.* 6. *per tot.* & officium
Iudicis, ac pietatis eo iure innititur
ſoli miſerationi, quo caſu non de-
bentur alimenta habenti modum ſe
alendi de ſuo, *Ang. conſ.* 369. *nu.* 2.
Capella Tholoſ. deciſ. 77. vbi *Apoſtilla,*
latè *Tiber. Decian. conſ.* 176. *in princ.*
vbi dicit, quòd alimenta non deben-
tur, niſi filius, vel alius alendus poſi-
tus ſit in neceſſitate, vt eſt doctrina
Bart. in auth. res, quæ C. comm. de legat.
& in l. libertos la 2. *§.* 1. *num.* 3. *ff. de*
alim. & cibar. leg. Socin. conſ. 121. *nu.*
47. *lib.* 4. & hæc eſt doctrina commu-
nis in materia Conſuetudinum iſtarũ,
licèt ſciam non defuiſſe, qui putarint,
etiam ex diſpoſitione iſtarum Con-
ſuetudinum non deberi alimenta
filijs, qui habeant vndè ſe alant, putà
ex induſtria, dicentes, per has Conſue-
tudines non eſſe correctum *tex. in d.*
§. ſed ſi filius.

25 Mouentur primò, quia cùm à lege
ordinantur aliměta alicui, intelligitur
ſemper tacita illa conditio, niſi aliun-
dè habere poſſint, putà ex arte, vel
officio, ex *gloſ. in l. ſi quis argen-*
tum, §. 1. C. de donat. gl. in l. ſi quis à
liberis, in princ. ff. de lib. agnoſc. cum
multis *Surd. tit.* 1. *q.* 78. *nu.* 32. vt pro-
indè eadem conditio, vel adiecta cen-
ſeri debeat, vel repeti in Conſuetu-
dinibus noſtris.

Secundò ex verbis Conſuetu-
dinis, ibi *dare filijs ſuis pro ſubſtenta-*
tione ipſorum, quæ verba egeſta-
tem in conditione fuiſſe ponderant,
& multum differre, an ex lege ali-
quid debeatur, an iure actionis .ſ.
ex facto hominis, vt videtur diſtingue-
re *Surdus d. nu.* 32. quod ſi verum
eſſet, etiam in materia Conſuetudi-
num obſeruandum eſſet, quod ſcribit
Angel. Aret. conſ. 95. *nu.* 12. *& per tot.*
26 cùm probat, patrem non teneri alere

ſilium, niſi cùm artem exercere filium
non deceat, iuxtà *l. proculo*, & niſi vſq;
ad tempus, quo poteſt ex artificio, vel
profeſſione ſibi prouidere, prout eſt
27 de iure communi, vndè Doctoratum
non debere ali à patre, quamuis pater
eſſet ex laudo condemnatus ad præ-
ſtandum ſingulis annis alimenta, vel
in perpetuum, infert idem *Ang. ibi à
num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Pater attento iure communi non tene-
tur alere filium extrà domum, niſi
aliqua lis adſit, aut cauſa aliqua, vel
ſi caſus fortuitus accidat. num. 4. &
filius probabit cauſam. nu. 2. & qua
probatio requiratur. nu. 3.*

*De iure conſuetudinario tenetur ex-
trà domum, ſi filij nolint eſſe cum pa-
tre, etiam quòd non habeant iuſtam
cauſam, & quarè. nu. 5.*

6 *Conſuetudo in hoc an bonis moribus
aduerſari videatur, & quomodò de-
beat intelligi. nu. 8.*

7 *Iuſtam cauſam diſcedendi à domo pa-
tris, aut ſoceri non habet filius, aut
nurus, ſi pater, aut ſocer illis dixerit
aliquid calore iracundia, maximè ſi
poſteà reuocauit.*

9 *Lex quamuis dura, ſeruanda eſt.*

10 *Verbum* nolint *in* Conſuetudine *in
materia alimentorum explicatur.*

11 *Filij puberes ſolùm, an verò etiam im-
puberes poſſint diſcedere à domo pa-
tris de iure conſuetudinario.*

12 Napodani *litera emendatur.*

13 *Alimenta pater præſtat filijs etiam di-
uitibus de iure conſuetudinario.*

14 *Impuberes non habent velle, neque
nolle, & quarè.*

ARGVMENTVM.

Continuata tractatio differẽtia-
rum inter ius Ciuitatis, & Ro-
manorum in materia alimen-
torum.

OBSERV. II.

1 TErtia differentia eſt, nam at-
tento iure communi pater
non tenetur alere filium
extrà domum, niſi aliqualis
cauſa adſit, *Paul. de Caſtro in l. quidã
cùm filium, nu. 6. ff. de verb. obligat.* &
ſine cauſa non teneri dare alimenta
extrà domum, ſcribit *Bal. conſ.* 304.
incip. *quidam de inſula lib. 4. Alex.
conſ. 178. in fin. lib. 6. Socin. iun. conſ.
15. nu. 3. lib. 2. Riminal. iun. conſ. 132.
per tot.* præſertim *nu. 22. & ſeq. Grat.*
2 *diſcept. 552. à nu. 41. ad 46.* ità vt ſit
onus filij probare cauſam, *Alex. conſ.
100 lib. 1. per tot.* præſertim *à nu. 2. &*
3 *ſeq.* vbi, quòd requiritur ſpecifica pro-
batio .ſ. quòd lis eſſet inter patrem,
& filium, quod iuſtam cauſam eſſe
ſcribit *Iaſ. conſ. 44. in 2. dub. lib. 1. Ro-
landus conſ. 22. nu. 14. lib. 1. Menoch.
de arbitrar. caſ. 170. nu. 16. Caldas de
iure emphyteot. lib. 3. cap. 1. nu.* 38. vel
4 ſi caſus fortuitus accidat, *Natta conſ.
387. nu. 5. lib. 2.*

5 De iure verò cõſuetudinario tene-
tur pater filium alere extrà domum,
ſi filius nolit eſſe cũ patre, vt in *princ.*
huius *Conſuetudinis*, etiam, quòd non
habeat iuſtam cauſam diſcedendi,
vbi enim habet nolle, & velle, ſufficit
dicere, nolo, ſiuè non poſſum morari.

6 Aduerto tamen, Conſuetudinem
in hac parte ità filijs indulſiſſe, vt
quodammodò corruptelæ morũ con-
ſenſerit, dùm liberam facultatem dat
filijs, & diſcedendi ab obſequio pa-
tris, eiq; inobediendi, cuius perſona
ſancta videri debet, ac patri ſæuiendi
in filios, & propriam carnem, expel-
lendo filios à ſua protectione, & do-
mo, vt non immeritò dixerit quidam,
Conſuetudinem iſtam bonis moribus
aduerſari, & debere intelligi cum
7 grano ſalis, vt præſertim liceat filijs
nolle habitare cum patre, ſi iuſta cau-
ſa ſit, quam non eſſe ſubdebat, ſi pa-
ter aliquid dixiſſet filio calore iracun-
diæ,

diæ, maximè ſi pater, vt moris eſt, po-
ſteà reuocauit, ex *Rimin. d. conſ.* 132.
à nu. 28. *lib.* 2. qui loquitur etiam in
nuru, vt ex talitèr dictis non poſſit
prætendere, quòd alatur extrà ſoceri
domum.

8 Mihi tamen placuit, intelligendam
eſſe Conſuetudinem, prout loquitur,
quia non diſtinguit, *l. de pretio, ff. de
public. in rem act.* cum ſimilibus, & lex
9 quamuis dura ſeruanda eſt, *l. proſpe-
xit, ff. qui, & à quibus*, vt hic non re-
petam quæ ad obiectionem iſtam,
quòd Conſuetudo in hoc dura ſit, cō-
ſiderat *Napod. ver. quicquam in Con-
ſuet. Verùm.*

10 Obſeruandum verò erit ex dicto
verbo *nolint* in Conſuetudine, quòd
Conſuetudo prima, & ſequētes in mate-
ria alimentorum, vt locum habeāt, filij
11 debēt eſſe puberes, ità vt nec debeā-
tur impuberibus, nec ipſis liceat di-
ſcedere à domo patris, ſic declarat
Napod. hic in *verbo nolint*, & eſt cor-
12 rigeuda litera corruptè poſita ibi,
pauperibus, quia *Napod.* non poteſt di-
13 cere pauperibus, quia ſe corrigeret,
dùm etiam diuitibus deberi alimenta
dixit, vult dicere puberibus, vt dixit
in *Conſuetudine ſequenti*, *Quòd ſi ali-
quis*, idem *Napod. in verſ. pro rata*, &
probat expreſsè *Conſuetudo in d. ver-*
14 *bo nolint*, quia impuberes non habēt
nolle, & velle ità perfectè, vt de ijs
poſſit intelligi Conſuetudo, ad *tex. in
l. nolle, ff. de acquir. hæred.*

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta præterita debentur filio à
patre vigore Conſuet. Neapol. à die,
qua filius diſceſſit à domo patris, ha-
bita ratione fructuum pro numero
filiorum.*

2 *Iure communi pater, aut alere debens
non præſtat alimenta de præterito à
die, qua filius, aut alendus diſceſſit à
domo, ſed à die litis conteſtatæ, &
quando ſecus.*

3 *Alimentorum probatio, & diſcuſſio
ad effectū condemnandi patrem quo-
modò facienda ſit de iure Conſuetudi-
nario.*

4 *Alimenta de iure conſuetudinario
non debentur anticipatè, prout de iu-
re communi, ſed in ea parte anni, in
qua fructus percipiuntur.*

5 *Alimenta de iure conſuetudinario ſol-
uuntur ex ipſis bonis.*

6 *Fructuum naſciturorum contemplatio-
ne quod debetur, debetur quando fru-
ctus naſcuntur.*

7 *Alimenta de iure conſuetudinario pa-
ter debet filijs, ſi adſint bona, ex qui-
bus fructus percipiantur, & pro rata
fructuum. nu. 9. & nu. 11.*

8 *Pater hoc iure filijs non præſtat alimē-
ta pro anno, quo bona fructus non
reddant.*

10 *Obligatio cùm eſt reſtricta ad fructus
naſcituros, tunc ſubeſt conditio, ſi fru-
ctus naſcantur.*

12 *Alimenta an, & quando debeantur iu-
re cōſuetudinario ex proprietate, vel
fructibus, debeatq; pro ijs vendo pro-
prietas, & nu. 13.*

14 *Alimenta vt præſtentur filio, qui futu-
rus eſt dominus, poſſunt vendi præ-
dia.*

15 *Pater datis fructibus pro alimentis filij
ex Conſuetudine Neap. an, & quan-
do poſſit diſquirere, quid filius faciat
de ijs.*

16 *Fructuum cùm exigui, & incerti ſunt,
pars conſeruari debet pro cautione
ſequentis anni.*

17 *Patri per diſceſſum filij à domo non
præiudicatur circa iura patriæ pote-
ſtatis, & quæritur, quod filius interim
quærit. nu. 18. Coerctioq; filij ſupe-
reſt. nu. 19.*

20 *Alimenta quarè filius accipere iube-
tur à patre.*

AR-

ARGVMENTVM.

Alimenta ex Conſuetudine Neapolitana, quamuis præterita, debentur, licèt non ſemper ità ſecus ſit de iure communi, & an anticipatè, & ex proprietate, vel fructibus tantummodò, & quomodò, & à quo tempore fructuum ratio haberi debeat, & fieri diuiſio inter patrem, & filios.

OBSERV. III.

SEd hic ex poſitis *obſeruat. præcedentibus* alia ſubnectenda eſt differentia ex alimentis debitis iure communi, & conſuetudinario, nam
1 hoc iure ità præterita debentur, vt haberi oporteat ratio fructuum à die, qua filius diſceſſit à domo patris, tunc etenim oritur actio ad beneficium filij cōtra patrem ex verbis *Cōſuetudinis primæ*. incip. *Si quis habet*. ibi *pater debet ſecundùm numerum filiorum, &c.* cùm tamē certum ſit, attento iure cōmuni patrem, & alimenta debentem
2 non poſſe condemnari à die, qua alimētarius diſceſſit à domo, ſi per plures annos ea non præſtitit, & de preterito, ſed à die litis conteſtatæ, ſi non conſtat, quòd ſtetit per debitorem, ex eleganti *conſ. Bart.* 211. incip. *quidam ſibi, & Alex. d. conſ.* 100. *col.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 3. *nu.* 4. *lib.* 4.
3 Et in hoc non parua vtilitas eſt reſpectu eius, cui alimenta debentur, vel quòd is ali debuit, vel quòd ei aliquis præſtitit alimenta, non etenim facienda erit diſcuſſio quantitatis alimentorum, vel probatio tàm ſtrictæ præſtationis, vt illam difficilis probationis dixerit, & iure *Surdus* poſt alios *tit.* 6. *quæſt.* 23. *nu.* 9. cùm ſufficiat, patrem teneri ad fructus perceptos pro rata, iiſq; liquidatis, & facta maſſa facilis erit cognitio, & condemnatio.
4 Prædictis & alia ſubnecti poteſt differentia, & quidèm maxima, nàm attento iure conſuetudinario alimenta non debentur anticipatè, prout eſt de iure communi, ſed ea in omni parte, & tempore, quo fructus percipiuntur, ità *Napod.* infra in *Conſ. Verùm, verſ. quicquam in fine*, *nu.* 48. & probat *tex. in l. fundus, ff. de vſufr. legato,*
5 & ratio eſt, quia modus alimentorum ex ipſis bonis ſoluendus eſt, *l. cùm alimenta, ff. de alim.* & exprimit ipſa *Cōſuetudo* ibi, *de bonis paternis, maternis, &c.* iuxtà doctrinam *Caſtrenſ. in l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, col.* 1. *ff.*
6 *locati*, vbi dicit, quòd quando aliquid debetur contemplatione fructuum naſciturorum, intelligitur, & debetur quando fructus naſcuntur.
7 Vndè conſequitur iure iſtarum Conſuetudinum in tantum deberi alimenta filijs, in quantum bona adſint, ex quibus fructus percipiantur, nam hoc ſolùm diſponit, & in alijs caſibus erit locus diſpoſitioni iuris communis, cùm prouiſum non reperitur per Cōſuetudines, vt infra in *Conſuet. Verùm* dicit alia occaſione *Napod. in verſ. quicquam.*
8 Infertur ſecundò, quòd ſi adſint bona fructifera, ſed aliquo anno fructus non reddant, pro eo anno alimenta pater non debebit, ex notabili doctrina *Pauli de Caſtro in l. Imperator, num.* 8. *ff. ad trebell.* dùm dicit, quòd cùm alimenta debentur ex fructibus, ſi vno anno nihil perciperetur, nihil eſſet præſtandum pro alimentis, & notat *Raphael Cumanus conſ.* 30. *nu.* 4. & poſt alios *Surd. de alim. tit.* 4. *quæſt.* 9. *nu.* 2. & hinc cùm debeantur ali-
9 menta per Conſuetudinem ex fructibus certorum bonorum, eatènus debentur, quatènus ſe extendunt fructus percepti ex illis bonis, argumento *l. maritum, §.* 1. *ff. ad l. falcidiam, l. liberto, §. à liberto, ff. de ann. leg. Surd. d. tit.* 4. *quæſt.* 26. *nu.* 20. & ratio poteſt eſſe,

10 eſſe, quia cùm obligatio eſt reſtricta
ad fructus naſcituros,ſubeſt tunc con-
ditio,ſi fructus naſcantur, *l. interdùm,*
ff. de verb. oblig.

11 Et ex his patet reſolutio ad quæ-
ſtionem, an teneatur pater ſupplere
alimenta,ſi fructus non ſufficiant; nam
pater non tenetur, niſi pro rata fru-
ctuum bonorum paternorum, mater-
norum, & obuenientium patri à qui-
buſcunq; conſanguineis ſuis, agnatis,
vel cognatis, & vltrà hæc deficit pro-
uiſio Conſuetudinis.

12 Item ſedatur controuerſia alioquin
habita apud Interpretes iuris commu-
nis, ſi alimenta debeantur ex fructi-
bus, vel ex proprietate, & an illa poſ-
ſit, vel debeat vendi, nam diſponitur,
deberi ſolùm ex fructibus, & in hoc
concordat cum *l. ius alimentorum cir-*
ca princ. ff. vbi pupill. educari debeat;
l. penult. in princ. ff. de alim. & cibar.
legat. l. 1. S. mulier, ff. de ventr. in poſſ.
mitt. l. Imperator, in fin. ff. ad trebell.

13 Puto tamen, quòd ſi fructus eſſent
ità exigui, vt non ſufficerent pro ali-
mentis, & vitæ ſubſtentatione, quòd
poſſet vendi proprietas, ex diſpoſitio-
ne tamen iuris communis, non Con-
ſuetudinis, quæ ſi non conſiderauit
caſum tantæ egeſtatis, cenſenda eſt in
hoc ſe voluiſſe conformare cum iure
14 communi, quo cùm alimentandus eſt
filius, qui futurus eſt dominus, poſſunt
vendi prædia, vt præſtentur alimenta,
d. l. 1. S. mulier, ff. de ventr. in poſſ.
mitt. & voluerunt *Imola in d. l. Impe-*
rator col. 2. verſ. Adde, quòd Bart. & ibi
Alex. nu. 5. Simon de Prat. de interpr.
vlt. volunt. lib. 4. dub. 11. nu. 73.

15 Sed an pater ſeruata forma iſta-
rum Conſuetudinum datis fructibus
pro alimentis filij, poſſit diſquirere,
quid faciat filius de fructibus, non
vidi tactum per aliquem ſuper Con-
ſuetudine, & quāuis pendeat reſolutio
ex dictis, an ſcilicet debeantur iure
actionis, & ità, vt vigore Conſuetudi-
nis debeantur, etiam ſubducta neceſ-
ſitate, cùm tunc curandum non vi-
deatur, quid fiat de rebus datis ad
alimenta, prout eſt, cùm debentur ex
diſpoſitione hominis, quia non eſſet
facienda diſtinctio de debitis ab ho-
mine, vel à lege, cùm ſubducitur ne-
ceſſitas à lege conſiderata, vt vide-
tur voluiſſe *Surdus tit. 4. quæſt. 2. nu.*
28. & probat diſpoſitio *tex. in l. 2. S.*
Titio, ff. de donat.

Crederē tamen, pertinere ad boni
viri arbitratum patrem bona mente
loquentem audire, præſertim cùm vel
fructus ità exigui ſunt, & incerti, vt
16 partem oporteat conſeruari pro cau-
tione ſequentis anni, iuxtà prouiſio-
nem *tex. in l. ius alimentorum, in princ.*
ff. vbi pupill. educ. debeat, & notatur
per *Ang. ibi, & Cordubam in l. ſi quis*
à liberis, S. ſed ſi filius, num. 7. &
Cardin. Pariſ. conſ. 89. nu. 28. vol. 2.
vel cùm ità grandes ſunt, vt non de-
beant profundi, aut fruſtrà, aut in
vſus malos, & immodicos, licèt enim
per Conſuetudinem liceat filijs abirè
à domo patrum, ſi velint, quia tamen
17 etiam poſt diſceſſum patri non præ-
iudicatur circa iura patriæ poteſtatis,
& filij remanent in patria poteſtate,
l. 3. ff. de lib. exhib. ibi *ſine diminutio-*
ne patriæ poteſtatis, & hac de cauſa
18 quicquid interim filius acquirit, patri
acquirat, iuxtà regulam *l. placet, ff. de*
acquir. hæred. l. 1. C. de bon. matern. l.
cùm oportet, C. de bon. quæ liberis, ob-
ſeruat *Caldas dicto lib. 3. cap. 1. ſub nu.*
38. coerctio patri ſupereſſe debet, ne
19 filius exitum malum ſentiat, aut ex ge-
ſtis promittat, quod & tanquàm Rei-
publicæ intereſſe debet prouideri, pa-
tre præſertim inſtante, quo nemo me-
lius conſilium capit pro filio, & ad
hoc mihi perſuadeo reſpexiſſe Con-
20 ſuetudines noſtras, cùm ſtatuerunt,
patrem teneri alimenta præſtare, quia
ex eorum præſtatione filius cognoſcat
à manibus patris ſubſtentationem vi-
tæ, & pater officium habeat, & præ-
heminentiam in ſubminiſtrando, aut
ſoluendo alimenta; ſed & id ex iure
nemo patri negabit. Intereſt enim pa-

tris,

Digitized by Google

tris, quòd filius non diſſipet quod datum eſt in cauſam alimẽtorum, ne cogatur iterùm alimenta dare, ſaltem ex cauſa pietatis, niſi ex obligatione reiterandi, quod nunc non diſputo, cùm omnia ferè loca iuris noſtri ad hoc cumulauerit *Surdus de alimen. tit. 7. q. 5.* pigetq; ea recenſere, quæ alij obſeruarunt.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta an debeantur etiam de fructibus reſpectu bonorum obuentorum, poſtquàm fructus ſemel fuerunt filio aſſignati, & nu. 3.*

2 *Bonorum indefinita appellatione veniunt etiam futura.*

4 *Portio fructuũ aſſignata vni ex filijs, qui præmoriatur alijs ſuperſtitibus, quomodò diuidenda.*

5 *An minuatur, ſi poſtmodùm alij filij patri naſcantur.*

6 *Fructuum in diuiſione inter filios an ratio habeatur ætatis, aut dignitatis, vel tantùm numeri filiorum de iure Conſuetudinario, & nu. 9. & quid de iure communi, nu. 8.*

7 *Miles maioribus indiget alimentis.*

10 *Nepotum qualitèr habeatur ratio in diuiſione fructuum pro alimentis præſtandis, & an auus filio ſimul, & nepotibus illa præſtare teneatur, & nu. 12. ac pro numero nepotum, vel habita ratione portionis, quæ deberetur patri, ſi viueret, nu. 13.*

11 *Pater de iure communi tenetur alere non ſolùm filios, ſed & nepotes.*

ARGVMENTVM.

Fructus bonorum qualitèr diuidi debeant pro alimentis filiorum, atq; nepotum, & an in illorum diuiſione ratio haberi debeat de iure conſuetudinario, ætatis, aut dignitatis filiorum, prout de iure communi Romanorum, factaquè diuiſio an augeatur, vel minuatur, mortuis, aut natis poſtmodùm filijs.

OBSERV. IV.

1 QVòd ſi fructus ſemel filio dati ſint à patre, & bona poſteà obueniunt, an de bonis poſtmodùm obuentis fructus debeantur, videamus hoc loco, & *Napod. in Conſuetud. 1. hoc tit. verbo ſuis in fin. ſub nu. 18. & ver. obuenientibus, nu. 19.* dicit, quòd ſic, quia bonorum in-
2 definita appellatione veniunt etiam futura, & quia ſi promitto tibi ſatisfacere fide, & periculo rerum ad me pertinentium, intelligitur etiam de futuris *C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. fin. cum gloſ. in fine*, quod & mihi videtur ex verbo in Conſuetudine *Obuenientibus*, quia non ſine miſterio poſitum, eſt per verbum *obuenientibus*, & ſic per verbum denotans tempus præſens, non præteritum, vel futurum,
3 quaſi quòd ſemper quòd obueniant, ſemper debeantur fructus, maximè cùm quæ accidunt poſt conſignatam
4 filio ratam Conſuetudo conſiderauerit in portione vnius ex filijs, qui præmoriatur, vel nubat, quæ accedit ità, vt denuò debeat fieri maſſa, & diuidi, dempta perſona defuncti, in *Conſuetud. 1. in verſ. & ſi contingat vnum ex ipſis filijs mori ſuperſtes, &c. & in Conſuet. Verùm in princ.* nòt. *Napod. in Conſuet. Quod ſi aliquis, nu. 35. Molfeſ.*
5 *q. 7. nu. 1.* qua ratione ſupplenda erit Conſuetudo, vt ſi poſt aſſignationem factam aliquis filius naſcatur patri, portio data minuatur habito reſpectu omnium liberorum, & qui nati erant, & qui poſtmodùm naſcuntur.
6 Nulla data differentia ætatis, ex Conſuetudine enim iſta in præſtatione alimentorum tantam portionem fructuum habebit paruulus, quantam maior,

maior, vel dignior, ac indigens maio-
7 ribus alimentis, quia miles, vt notat *Napod. in Conſ. ſeq. Quòd ſi aliquis,*
8 *in verſ. pro rata*, obſeruans in hoc differentiam inter ius conſuetudinarium, & commune, per quod habetur ratio dignitatis, & ætatis in *l. cùm vnus, §. fin. ff. de alim. & cibar. leg.* ibi *pro incrementis ætatis exhibenda alimenta reſpondi, non pro viribus hæreditatis in l. ſi cui, ff. de ann. leg. l. mela, & l. penult. ff. de alim. & cibar. legat.* & probat *l. tutor ſecũdùm dignitatẽ, in princ. ff. de admin. tut. l. 1. §. mulier, l. habitatio, ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. ſed & ſi quis inædificauerit, §. ſufficienter, ff. de vſufr. Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 143. Corduba de Lara in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed & filius nu. 43.* Conſuetu-
9 do enim non conſiderat, niſi numerum filiorum, vel liberorum, vt in *Conſuet. prima, & ſeq. hoc tit. de alim. præſt.*

10 In quibus obſeruandum erit, verbum *liberorum* contradiſtingui à verbo *filiorum*, & credo, quòd voluit intelligere de nepotibus ex filijs, qui cùm conſiderari poſſint mortui, vel viuentes, duplex inſpici poteſt quæſtio, an ſcilicet pater teneatur præſtare fructuum portionem filio, & nepoti pro duabus partibus, vel tot, quot ſunt liberi, ſeu nepotes, an vnicam tantùm, habito reſpectu ad perſonam filij. Secundò plurium nepotum perſonæ quam portionem habebũt, an ſcilicet, quæ patri contingeret, ſi viueret, an verò plures, prout ſunt plures perſonæ ſe ipſos repræſentantes, non patrem, & dubium facit, quia litera *Conſuetudinis prima, & ſeq.* loquitur de filijs, & liberis, vt videatur voluiſſe habere
11 reſpectum, tàm ad filios, quàm ad liberos; & quia de iure communi pater tenetur alere, non ſolùm filios, ſed & nepotes, quorum reſpectu videtur cõſiderata obligatio in *Conſ. Verùm*, loquente de patre, & auo.

12 Veritas tamen videtur in contrarium, quia omnes Conſuetudines loquuntur per dictionem, *vel filiorum, vel liberorum*, vt viderentur habuiſſe conſiderationem liberorum, cùm deficerent filij.

13 Et ex hoc reſoluitur ſecunda quæſtio, vt ſ. plures nepotes non habeant fructuum niſi partem, quæ ad patrem ipſorum contingeret, ſi viueret, vt in *d. Conſ. Verùm, verſ. nepotes autem*, qua ex declaratione conijci poteſt, Statuentes in hac Conſuetudine nullam rationem habuiſſe de nepotibus, cùm pater viuat, alioquin de ijs mentio non fieret in caſu mortis patris, nec ſola portio patris eis contingeret, ſi habuiſſent proprias pro eorum perſona, cùm aliàs & priuarentur iure quæſito, & eſſent peioris conditionis patre mortuo, quàm viuo.

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS AD Conſuetudinem *SI QVIS HABET* Primam.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo Si quis habet de alim. præſtand. *an comprehendat aſcendentes fœminas, & nu. ſeqq.*
2 *An habeat locum in alijs aſcendentibus, vltra patrem, ijſq; paternis, & maternis, nu. 3.*
4 *In ea appellatione patris an contineatur mater.*
5 *Aſcendentes paterni habent liberos in poteſtate, non ſic materni.*
6 *Patria poteſtas an ſit cauſa præſtationis alimentorum, & nu. 8.*
7 *Pater denegans filio alimenta perdit patriam poteſtatem.*
9 *Pater tenetur alere filium emancipatum.*
10 *Emancipatus non eſt in poteſtate patris.*
11 *In iure habetur pro mortuo.*
12 *Alimentorum præſtatio an oriatur ex charitate ſanguinis.*
13 Conſuetudo Si quis habet de alim. præſt. *concordat cum iure communi.*
14 *Nepotes ex filia non naſcuntur auteri aſcendentium ex linea materna, ſed patri, & aſcendentibus ex linea paterna.*
15 *Aſcendentes ex linea materna non tenentur alere deſcendentes, niſi in ſubſidium, eoſq; non ſolùm legitimos, ſed & naturales, & ſpurios ex non punibili coitu, nu. 16.*

ARGVMENTVM.

Alimẽta ex Conſuetudine Neapolit. qui aſcendentes deſcendentibus præſtent, paterni ſcilicet ſolùm, vel etiam materni generis, & hi quãdo, & quos alere teneantur in ſubſidium.

OBSERV. PRIMA.

AD intellectum huius *Conſuetudinis* multa ſcripta ſunt à *Napano*, & alijs, nos attingemus, quæ tacta non ſunt ab alijs, & tacta quatenus indigeant explicatione.

1 Cùmque *Conſuetudo* iſta incipiat per verbum *Siquis*, initio, quæro, an ſolùm procedat in aſcendentibus maſculis, vel etiam fœminas comprehendat.

2 Et videtur, comprehendere tantũmodò maſculos, & cùm loquitur de patre, non videtur locum habere in alijs aſcendentibus; ſed *Napod. hic in verb. ſi quis, verſ. & ſubaudi*, notat ſubaudiendum in Conſuetudine etiã de aſcendentibus, iiſq; tàm fœminis, quàm maſculis, ibi, *& ſubaudi, vel ſi qua*, vt ſic loquatur in patre, auo, & auia.

3 At cùm non explicat de auo paterno, vel materno, cenſeo ego, ſupplen-

plendum in *Napod.* auo, & auia paterna, nam de materna dicit *Napod.* paulò poſt, quòd in terminis iſtius Conſuetudinis appellatione patris nō continetur mater, ergo tantò magis non continebitur auus, vel auia materna, vt dixit expreſsè *Napod. infr. hoc tit. in Conſuet. Mulier in princ.* ibi *prædictæ Conſuetudines loquuntur in patre, auo, ſeù proauo paternis*, & mihi placet interpretatio propter verbum *liberos* additum in *Conſuetud.* ibi *ſi quis habet filios, ſeù liberos*, quod ad aſcendentes relatum videtur, ſi reſpectu patris ſufficiebat dixiſſe filios.

4 Hæc clara ſunt, ſi tamen ratio concluſionis rem explicet, *Napod.* enim eam non ſubiungit, quarè Conſuetudo in materia alimentorum maſculini ſexus aſcendentes comprehendat, non fœminini; cùm in alijs Conſuetudinibus, & ſi diſpoſitum ſit per verba maſculini generis, comprehenditur tamen genus fęmininum, vt ſunt loca, de quibus *Napod. hic ſub nu.* 1. & alia, quæ ſciens prætereo, & Interpretes iuris communis in ea non conſtent omninò.

5 Videtur igitur ratio diſpoſitionis eſſe, quia aſcendentes paterni habent liberos, & deſcendentes in poteſtate,
6 materni ſecùs, & poteſtatem eſſe cauſam præſtationis alimentorum videtur probare *tex. in l.* 3. *ff. de lib. exhib.* ibi *ſine diminutione patria poteſtatis*,
7 & facit vulgare illud, quòd pater denegans filio alimenta, perdat patriam poteſtatem, *gloſ. in l. nec filium, C. de patria poteſtate, Arias Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *nu.* 57. *C. de bonis mater. Corduba in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, nu.* 10. *ff. de lib. agnoſc. Intrigliol. ſing.* 97. *nu.* 92. *lib.* 3. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 63. *nu.* 2.

8 Sed ratio hæc falſa eſt ex his, quæ *Surd.* poſuit *loco citato ſub nu.* 5. alimenta enim filijs debentur, ſiuè in poteſtate ſint, ſiuè non, vt inquit *Napod. in Conſuet. Mulier hoc tit. nu.* 53. per *l. ſi quis à liberis, in princ. &* §. 1. *ff. de*
9 *lib. agnoſc.* tenetur enim pater alere filium emancipatum, *d.* §. 1. & notat *Gagnol. in l. vnica, nu.* 25. *C. quando non*
10 *peten. part.* & tamen emancipatus nō eſt in patris poteſtate, §. *emancipatione, Inſtit. quibus mod. ius patr. pot. ſol.*
11 quinimmò in iure habetur pro mortuo, vt *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de lib. & poſth.*

12 Alij dicunt, præſtationem alimentorum oriri ex ſanguinis charitate, ex *tex. in d. l. ſi quis à liberis, §. vtrum,* vbi *Bart. in princ.* & hinc oriri obligationem alendi dicit *Surd. tit.* 1. *nu.* 22. & quidèm nec ſatis rectè, ſanguinis enim charitas non aliàs conſiderari poteſt in aſcendentibus paternis, quàm maternis.

13 Vndè credo ego, in Conſuetudine mutuatam fuiſſe hanc diſpoſitionem à prouidentia iuris communis, & ex *l. non quemadmodùm, ff. de lib. agnoſc.*
14 dùm ibi dicitur, quòd nepotes ex filia non naſcuntur oneri aſcendentium ex linea materna, ſed patri, & aſcendentibus ex linea paterna, ibi, *nam manifeſtum eſt, id, quod filia parit, non auo, ſed patri ſuo eſſe oneri, niſi pater, aut non ſit ſuperſtes, aut egeſ*
15 *ſit*, vndè notat *Bart.* aſcendentes ex linea materna non niſi in ſubſidium teneri alere deſcendentes, & notat *Specul: tit. qui filij ſint legit.* §. 1. *num.* 18. *Surd. tit.* 1. *q.* 16. *nu.* 1. qui in ſub-
16 ſidium non ſolùm illos teneri, ait, alere nepotes legitimos, ſed & naturales, & ſpurios, ex non punibili coitu natos, vt ait *nu.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Pater de quibus bonis ex Conſuetudine teneatur alimenta præſtare filijs.*
2 *Portio fructuum ex Conſuetudine an filijs præſtari debeat, deducto, & quo ære alieno, & quomodò ſit facienda diuiſio, & nu.* 4. *&* 9. 10. *&* 12. *& an poſſit pater retinere bona, & correſpondere, nu.* 5. *præſertim ſi adſint creditores, nu.* 6.

3 *Bona dicuntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno.*
7 *Pater non poteſt impediri in vita diſponere de bonis ſuis, eaq; obligare.*
8 *Alimentorum præſtatio quo caſu à patre fieri debeat.*
10 *Pater ex Conſuetudine non præſtat alimenta de bonis proprijs.*
11 *Filius in Conſuetudine Neapolit. quomodò conſideretur in corpore bonorum.*
12 *Conſuetudines ſunt pacta ciuium.*
13 *Conſuetudines in caſu omiſſo interpretantur ſecundùm ius commune.*

ARGVMENTVM.

Fructuum diuiſio ſecundùm Conſuetudines Neapolitanas quo caſu fieri debeat, & an præſtari debeat à patre, deducto, & quo ære alieno, vel ſit facienda de tota maſſa bonorum, ad beneficium filij, iſq; quomodò conſideretur in Conſuetudinibus iſtis.

OBSERV. II.

1 COgnitis his, quæ poſuimus *obſeruat. præced.* dùm Conſuetudo diſponit, patrem teneri alimenta præſtare de bonis paternis, & alijs, vt in Conſuetudine iſta, quam explicamus, videamus, an portio fructuum, de qua *hic* præſtari
2 debeat deducto ære alieno, præſertim contracto à patre, vel de tota maſſa bonorum ſit facienda diuiſio, abſquè deductione æris, & quæſtio vtilis eſt, ad vitandam fraudem, de qua *infra in Conſuet. ſeq.*

Et prima facie videtur, quòd præſtari debeant deducto ære alieno,
3 quia Conſuetudo loquitur de bonis, & bona dicuntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno, *l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verbor. ſignif. l. mulier, ff. de iur. dot.*

4 Sed hoc verum eſt, ſi debitum ſit antiquum, quòd ſi ſit paternum, videtur dicendum contrarium, nam cùm pro alimentis in Conſuetudinibus noſtris conſtituatur ius in corpore, vt dicit *Napod. infrà in Conſuet. ſeq. in ver. de fructibus*, non permittetur patri obligare, niſi quod ſuum eſt, & ex ſua portione ſoluet, quod debet creditoribus ſuis.

5 Idq; puto abſquè ſcrupulo, quotiès ipſe vellet deducere quod anno quolibet correſpondet ex propria obligatione contracta ſuper bonis.

6 Item, & cùm creditor ageret, quãuis enim pater videatur non poſſe
7 impediri in vita diſponere de bonis ſuis, eaque obligare, vt ſæpiùs legitur in Conſuetudinibus noſtris, maximè cùm obligatio facta proponeretur in tẽpore, in quo filius nõ cõſideraretur, de quo tamen *Conſuet. ſequenti*, quòad
8 alimenta, quia tamen cùm ſit caſus præſtationis alimentorum res reducitur ad caſum, quo pater tenetur reſtituere, ex diſpoſitione Conſuetudinum non videtur debere patrem audiri, ſi velit, quòd filius egeſtate laboret, diminutis fructibus, & ſubſtantia
9 paterna ex ære, ſola ſua voluntate contracto, & forſan cùm reprehendi potuiſſet, quia ſi irreprehenſibilis eſſet obligatio, vtpotè quòd filiam dotauit, vel bona aliquo alio onere leuauit, ijs annexo, aliud eſſet omninò dicendum.

10 Et ſtringit, quia pater ex Conſuetudine non præſtat alimenta de bonis proprijs, vt in *Conſuet. Verùm infra*, & hac ratione de debitis ab ipſo contractis non videtur habenda ratio, ne in bonis filij habeat ipſe plus iuris, quàm in ſuis habeat filius, ex natura correlatiuorum, & ex his ſi filius in
11 Conſuetudinibus iſtis conſideratur, vt ius habens in corpore bonorum, & tanquàm homo, in quo concurrat
12 voluntas eorum, qui bona quæſierſit,

quia

quia Conſuetudines ſunt pacta Ciuium, vt ſuprà dictum eſt, non debet ius filiorum minui ſine cauſa ipſorum, quamuis cenſeam, habendam patris rationem, ſi proprio ære ità grauatus proponatur, vt ad egeſtatem redigeretur, niſi æs participet filius, licèt alio
13 iure, quàm Conſuetudinum iſtarum, quæ in hoc ſunt interpretandæ ſecundùm ius commune, prout in caſu omiſſo.

S V M M A R I V M.

1 *Pater an poſſit ſe liberare à præſtatione alimentorum, vel dotis, dando filijs partem bonorum.*

2 *Alimenta debentur occaſione bonorum ex Conſuetudine.*

3 *Alimenta qui debet ratione rei poſſeſſæ, liberatur à præſtatione, ſi offerat res, quas poſſidet.*

4 *Legitimam qui debet, liberatur, ſi offerat ſoluere legitimam.*

5 *Opinio in dubio ſequenda eſt, quæ fauet liberationi.*

6 *Filius de iure communi an poſſit ſolus eligere bona, ex quibus alatur, vel debeat ad id interponi decretum, & Iudicis authoritas, & quid ex Conſuetudine, nu. 7.*

8 *Pater dilapidator poteſt cogi aſſignare prædium filio pro alimentis, & an tunc filius poſſit dici dominus fundi aſſignati, nu. 9.*

10 *Alimentarius non tenetur ſoluere collectam pro fundo ex fructibus, cuius conſequi debet alimenta.*

A R G V M E N T V M.

Pater, qui debet alimenta, aut legitimam an liberetur præſtando bona, ex quibus alimẽta debentur, aut legitima, & quando ad id pater cogi poſſit, filiuſq; tũc dicatur dominus prædij aſſignati, & teneatur pro prædio ſoluere collectam.

OBSERV. III.

1 SEd videamus, an pater poſſit ſe liberare à præſtatione iſtorum alimentorum dando filijs partem bonorum.

Et quoad hoc res videtur abſoluta, ex ijs, quæ ponit *Napod. hic in verbo & maternorum, nu.* 27. & *Molfeſ. tit.* 5. *q.* 2. *à nu.* 8. ſi tamen caſum dotium, quem conſiderat *Napod.* excipias, examinandũ in *Conſuet. Si mulier infra de iure dot.*

Verùm conſidero, non poſſe negari ad beneficium patris, quòd nolens dare alimenta, poſſit aſſignare filio portionem bonorum taxandam iuxtà formam Conſuetudinis, vt ſe alat; dignoſcitur enim patris fauore diſpoſitum in Conſuetudine, quòd apud eũ remaneat proprietàs bonorum *infr. in Conſuet. Verùm.*

2 Item quia debitum alimentorum, eſt occaſione bonorum, & qui tenetur
3 ad alimenta ratione rei poſſeſſæ, liberatur à præſtatione, ſtatim quòd offertur res, quæ poſſidetur. *Corn. conſ.* 129. *litera D. vol.* 1. *Gram. conſ.* 145.
4 *nu.* 14. & qui debet legitimam, & occaſione huius debiti alimenta, liberatur, ſi offerat ſoluere legitimam, *Surd. tit.* 5. *de alim. quæſt.* 2. *num.* 2.
5 tantò magis, quòd in dubio ea opinio ſequenda eſt, quæ fauet liberationi, *l. Arrianus, ff. de act. & oblig.* quo caſu ſi placet etiam in terminis Conſuetudinum, erit ſeruandum, quod diſpo-
6 nitur de iure communi, non poſſe filium ſolùm eligere bona, ex quibus alatur, ſed debere ad id interponi decretum, & Iudicis authoritatem.

7 Aliud tamen erit in filio, quia, vt dicit *Napod. hic in Conſuet. Verùm in verbo in omnibus, nu.* 83. non poteſt dicere, Dominè pater dà mihi vnam vineam, &c. & diſponitur in ipſamet

Con-

Digitized by Google

Conſuetudine Verùm, ibi *& proprietate, & poſſeſſione bonorum apud patrem remanentibus.*

8 Quod ego limitarem, quotiès pater eſſet dilapidator, quia tunc poſſet cogi aſſignare filio prędium pro alimentis, ex dictis per *Bald. in l.2.C. de his, quæ in fraud.patr.Ripa in l.ſi cōſtāte,n.* 100.*ff.ſol.matr.Surd.de alim.tit.*8.*priuil.*88. *à nu.*2. licèt tunc non poſſet fi-
9 lius dici Dominus fundi aſſignati, nã quando pater dat filio rẽ ad alimenta, vſum, vel vsũfructum, tunc ſolùm vſus, & vſusfructus, non proprietas includitur, *Surd.de alim. tit.* 2.*q.*1.*num.* 43.
10 qua ratione non teneri alimentarium ſoluere collectam pro fundo, ex cuius fructibus conſequi debet alimenta, ſcribunt *Aegidius Thomat.de collectis, S. ſufficiunt hoc loco, nu.* 25.*Surd. de alim. tit.*8.*priuil.*91. *nu.*1. & antè eos *Bart. in l.* 1.*nu.*5.*ff. de alim.& cibar. leg.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quibus ex bonis, & quomodò debeãtur iuxtà Cõſuetudines Neapolitanas.*
2 *An debeantur ex bonis, in quibus pater habet vſumfructum, & nu.*4. *& nu.* 25.
3 *Res fructuaria non dicitur fructuarij, ſed proprietarij, & nu.* 26.
5 *Maritus eſt vſufructuarius bonorum dotalium, & tali ratione dicitur dominus illorum; de talibus bonis præſtat filio alimenta, nu.* 6.
7 *Alimenta debentur ex vſufructu, quo extincto extinguuntur alimenta, & quarè, nu.* 8.
9 *Alimenta non debentur ex fructibus feudi, vigore Conſuetudinum Neapolitan. & nu.*11.*ſed ſolùm ſecundùm formam* Conſtit. Regni, *nu.* 13.14. *&* 18.*contrarium à nu.* 21.
10 *Conſuetudines Neapolitanæ an diſponant ſuper bonis feudalibus, includendo, & excludendo ipſa bona à cẽſura ipſarum, & nu.*19.*&* 36.
12 *Alienandi, & conſtituendi ius in re omnis ſpecies eſt prohibita in feudis.*
15 *Feuda in territorio Neapolitano ex gratia non poſſunt concedi Baronibus.*
16 *Conſuetudines non ligant bona, niſi infra diſtrictum Neapolis, & nu.*22.
17 *Feuda an fuerint intrà diſtrictum Neapolis, & quomodò dicta fuerint*
20 *Bona feudalia an, & quando veniant appellatione bonorum, & nu.* 38.
23 *Conſuetudo vbi non diſtinguit, nequè nos diſtinguere debemus.*
24 *Bona feudalia, & in quibus quis habet dominium vtile, continentur appellatione bonorum ſuorum.*
27 *Feudatarius in feudis plenius ius habet, quàm Rex.*
28 *Dominium directum qui habet ſine vtili, non dicitur habere rem vti ſuã, ſicut qui habet vtile.*
29 Napodanus *inconſtantia notatur.*
30 *Fructuum feudi alienatio non eſt prohibita.*
31 Io. Thomas Veſpolus *Annenalus Authoris.*
32 *Alimenta debentur ex fructibus feudi ſine diminutione ſeruitij.*
33 Fœlix de Rubeis *notatur.*
34 *Aſſenſus Regius adeſt in Conſuetudinibus Neapolitanis, & quomodò.*
35 *Fructus ſeparati à feudo ſunt burgēſatici.*
37 *Quarta quarè non debeatur vxori ex bonis feudalibus.*

ARGVMENTVM.

Alimenta quibus ex bonis debeantur, & an ex iis, in quibus pater habet vſumfructum, ac ex fructibus feudi.

OBSERV. IV.

1 QVæſtio hæc maiores habet explicatus, quàm præcedẽs, licèt enim ſit in aperto, deberi alimenta de fructibus trium

trium bonorum .ſ. ipſius patris, item matris viuentis, & tertio ex bonis, quæ obuenerunt ipſis omnibus ab agnatis, vel cognatis, vt inquit Conſuetudo hæc, & obſeruant *Vincent. de de Franch. dec.326. Ricc. collect.2435. nu.* 1. & de fructibus omnibus bonorum fiat quædam maſſa, vt dicit *Napod. hic antè nu.* 3.

2 Non conuenit omninò inter noſtros, an debeantur ex bonis, in quibus pater habet vſumfructum, & dubium facit in *Conſuet. ver. ſuis*, ibi *de bonis paternis, maternis, ſuis, &c.* quia

3 res fructuaria nõ dicitur eſſe fructuarij, ſed proprietarij, *l. ſuos, ff. de leg.* 3. Putat tamen *Napod. hic in verbo ſuis,*

4 *nu.* 13. deberi rationibus, vt per eum, mihi videtur idem dicendum ex *tex. Conſuetudinis in verſ. necnon*, ibi *necnon de bonis datis eiſdem parentibus in dotem à matre, ſiuè liberis, &c. ità quòd matri ipſi mortuo viro nullum præiudicium ſuis dotibus, quas mortuo viro liberas habere debet, generetur*, conſtat

5 enim, maritum vſufructuarium eſſe reſpectu bonorum dotalium, qua ratione earum dicitur Dominus in *l. doce ancillam. C. de rei vendic.* & tamen

6 de ijs præſtat alimenta filijs, ità tamē, vt proprietario nullum faciat præiu-

7 dicium, & iure, nam cùm alimenta debeantur ex vſufructu, extinguuntur extincto vſufructu, *l. Titia in princ. ff. de ann. leg. l. Stichus, §. Titia, ff. de alim. & cibar. leg.* notat *Caualc. de vſufr. mul. relicto, nu.* 238. *Peregr. de iure fiſci, lib.* 5. *nu.* 123. *Surd.* qui alios cumulat *tit.* 5. *q.* 1. *à nu.* 18. & *tit.* 8. *priuil.* 14. *nu.* 4. & ratio eſt, quia debitum

8 alimentorum eſt iniunctum vſufructui, & dicitur acceſſorium, vt non mirum ſit, quòd extinguatur extincto principali, & onus, quod iniungitur contemplatione commodi, non debet durare vltrà quàm duret commodum; vt ratiocinatur *Surd. loco* citato *in q.* 1. *nu.* 19.

9 Subiungit *Napod. in d. ver. ſuis, nu.* 13. ex præmiſſis idem videri in feudo, quaſi quòd alimenta debeantur etiam ex fructibus feudi, at res non omninò facilis eſt explicatu, nam idē *Napod. in Cõſuet. Si quis, vel ſi qua, ſub*

10 *n.* 176. apertè ſcribit, hoc ius municipale nõ diſponere ſuper bonis feudalibus, includendo, ſed excludēdo ipſa bona feudalia à cēſura iſtarū Cõſuetudinum, & in *Conſuet.* 1. *infra, in quibus rebus habeat locum quarta* excipiuntur bona feudalia, quinimmò & *Napod. infr. in Conſuet. Quòd ſi aliquis, ver. tenetur, nu.* 33. *verſ. an idem in bonis feu-*

11 *dalibus* expreſsè determinat, quòd ex bonis feudalibus non debeantur alimenta ſecundùm formam harum Conſuetudinum, quia poſſet minui

12 ſeruitium, & quia omnis ſpecies alienandi, & conſtituendi ius in re prohibita eſt in feudis, vt in *tit. de prohib. feudi alien. l. Imperialem*, ſubdens

13 deberi filijs alimenta ſolùm ex bonis feudalibus ſecundùm formam *Conſtit. Regni Comitibus*, & quæ *ibi* notat

14 *Andr.* & huius ſententiæ fuit quoq; *Marinus Freccia in d. Conſuet. Quòd ſi aliquis, in add.* incip. *de bonis feudalibus*, de quibus meminit P. *Molfeſ.* in hoc *tit. de alim. praſt. q.* 5. *num.* 5. citans *Fœlicem de Rubeis in add. fol.* 4. *à t.* incip. *ex hoc decipitur*, & miror, quomodò P. *Molfeſ.* non allegauerit *Napod.* diſputantem hanc eandem quæſtionē in hac 1. *Conſuet. in verbo maternorum in fine, verſ. ſed quid ſi huiuſmodi bona materna, ſeu paterna conſiſtant in bonis feudalibus, an in ijs bonis debeantur alimenta.*

Ego in quæſtione hac, quæ videtur habere *Napodanum* inconſtantem, quando, & in *loco* nupèr citato dubitatiuè loquatur ibi, *ſed certè ſi hac opinio eſſet vera*, puto oportere examinari media vtriuſq; opinionis, hodiè enim neceſſaria eſt; cùm ferè omnia Caſalia Ciuitatis vendita ſint de ordine Catholicæ Maieſtatis, vt neceſſitatibus Coronæ ſubueniret occaſione bellorum, quibus ſummoperè angimur, vt inuidendum videatur die-

bus

bus *Nauclerij*, qui in *add. ad Conſ. fol.* 10. *in gloſ. in bonis omnibus*, effugit quæſtionem, tanquàm inutilem, ſolo
15 argumento, quòd ex gratia Neapolitanis conceſſa non poſſint feuda concedi Baronibus in territorio Neapolitano, & iſtæ Conſuetudines non li-
16 gant bona, niſi intrà diſtrictum, & miror, quia potuit illis temporibus vtilis eſſe quæſtio, nam ſemper habuimus
17 feuda intrà diſtrictum, quæ *Napodanus* vocauit *Neapolitaniſca* in citata *Conſuet. prima infra. in quibus rebus habeat locum quarta, nu.* 11. *verſ. & ſi tu dicis*, & poterat in alijs quæſtio verſari, de quibus eruditè *Caputus ad Conſuet. Neapol. §. 6. de bonis*, viſus poſt hæc ſcripta.

18 Sed videtur, quòd alimenta filijs, & alijs, de quibus in Cõſuetudine iſta nõ debeantur de fructibus bonorum feudalium ſecundùm formam præſcriptã per iſtam Conſuetudinem, quia eſſet ſpecies alienationis, & diminueretur ſeruitium Domini, vt dicit *Napod. in Conſuet. Quòd ſi aliquis, nu.* 33.

Secundò, quia ex iſta portione fructuum conſtitueretur vſusfructus in feudo, & ius in re feudali, in quibus requiritur aſſenſus, vt ratiocinatur *Cõſiliarius de Rubeis in add.* ſupra cit.

19 Tertiò, quia Conſuetudines iſtæ non diſponunt ſuper bonis feudalibus incluſiuè, vt dicebat *Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, ſub nu.* 176. eſtq; dicterium apud nos vulgatum, quòd Conſuetudo non habet locum in feudis, & exornat *P. Malfeſ. par.* 2. *tit. de bonis, quæſt.* 7. *num.* 4. vbi dicit, quòd Rex Carolus ad tollendam omnem diſputationem Doctorum expreſsè determinare voluit, vt in diſpoſitione harum Conſuetudinum bona feudalia non comprehendantur.

20 Quod ſuaderi videtur, quia Conſuetudines in materia alimentorum loquuntur genericè de bonis, & bonorum appellatione non veniunt bona feudalia in generali loquutione, niſi de ijs expreſſa mentio fiat.

21 His tamen non obſtantibus puto veriùs eſſe, quòd alimenta debeantur ex fructibus bonorum feudalium in diſtrictu, prout loquuntur iſtæ Con-
22 ſuetudines in materia alimentorum, ſemper enim ſubintelligi debet, dummodò bona ſint intrà diſtrictum, vt in re iſta notat *Napod.* in cit. *verſ. maternorum in fine*, qui in vniuerſis Cõſuetudinibus docuit idem in *Proœmio ver. diſtrictu, & in Conſuet. Pupillus infr. de in integr. reſtit.* vbi, Deo fauente, dicemus.

23 Ducor, quia Conſuetudo non diſtinguit, vt obſeruat *Napod. in Conſuet. iſta, ver. maternorum, verſ. ſed quid ſi huiuſmodi*, ergò neque nos diſtinguere debemus, ad *l. de pretio, de publit. in rem act.* cum ſimilibus.

24 Secundò, quia Conſuetudo obligat patrem preſtare alimenta de bonis ſuis, & bona feudalia ſua ſunt in patre, vt inquit *Napod. hic in verſ. ſuis, num.* 16. nihil enim ad id repugnat, quòd in feudis ſolùm vtile dominium pater habeat, quia vtile dominiũ ſuorum numero continetur, vt inquit *Andreas de Barulo in l. fin. C. de theſauris lib.* 10.

25 Tertiò, quia ſi in doctrina *Napodani in d. ver. ſuis nu.* 14. alimenta præſtat pater de vſufructu, quem habet, quamuis res fructuaria non dicatur eſſe fructuarij, ſed proprietarij,
26 *l. ſuos, ff. de leg.* 3. quia ſufficit, quòd pater habeat ius vtendi, & fruendi quod eſt fructuarij, & poteſt ipſum vindicare, *l. vti frui, §. ſi patris, ff. ſi vſusfr. pet.* ratio non eſt, quarè non præſtet ex fructibus bonorum feudalium, quorum reſpectu plenius ius ha-
27 bet pater feudatarius, quàm fructuarius, immò & plenius feudatarius, quã Rex, etiam in ratione dominij, nam
28 qui habet dominium directum in re ſine vtili, non dicitur rem habere vti ſuam, ſicut dicitur, qui habet vtile, ex doctrina *Andr. de Barulo loc.* cit.

29 Nec obſtant contraria, nam ſemota authoritate *Napodani*, qui, vt in-

con-

conſtans in hac re allegari non debet
in deciſione articuli, præſertim ſi in
eo dubitantèr loquitur, vt ſupra; vel
ad minus poteſt pro vtraq; ſententia
adduci ſibimet aduerſans, dùm in
Conſuet. iſta *ver. ſuis, nu.16. verſ. ex
præmiſſis, & in verbo & maternorum,
in fin. verſ. ſed quid,* tranſeat cum af-
firmatiua, & in *Conſuet. ſequenti, verſ.
tenetur, nu.33.* dicit contrarium, quæ
adducta in contrarium, vel falſa ſunt,
vel non debent mouere.

30 Et primò falſum eſt, quod dicitur
de ſpecie alienationis, quia alimenta
debentur à patre, & præſtantur de
fructibus perceptis, in quibus non eſt
prohibita diſpoſitio, ſiuè alienatio, vt
poſt *Andr.* varijs in locis, & aliàs fuit
deciſum in cauſa Multiplici inſtituti
per Grimaldum, de qua ſunt vota
31 *Regij Conſiliarij Veſpuli* Auunculi
mei, quem vt patrem venerandum
colui, & *Præſidentis D. Didaci de Verà*
inſerta per *Regentem Rouitum in prag.
4. de feudis à nu. 123.*

32 Et quod dicitur de diminutione
ſeruitij, prorſus futile eſt, nam idem
Napod. in ver. & maternorum ait,
quòd filij, qui habent alimenta, hoc
modo, debent conferre in ſeruitio, &
ſic ſi præſtantur alimenta ex fructibus,
fit ſine diminutione ſeruitij.

33 Secundò non obſtat contrarium
ex *Fœlice de Rubeis,* à quo cauendum
erit in hoc, nam quando ex portio-
ne cõſtitueretur vſusfructus in feudo,
de quo *Napod. loc.* citato, aſſenſus Re-
34 gius adeſt in Conſuetudinibus ex cõ-
ſenſu præſtito indiſtinctè illas appro-
bante, ſed mirum eſt, quòd *Reg. Con-
ſiliarius* ille alioquin doctus in mate-
ria feudorum, & Conſuetudinum no-
ſtrarum non viderit, quomodò malè
conueniant ad rem noſtram termi-
ni conſtitutionis vſusfructus, dùm
ſimplicitèr Conſuetudo loquitur de
fructibus, & contractus fructuum non
trahitur ad feudum, vt benè vidit *Ca-
putus d. §. 6. de bonis, ſub nu. 28.* vbi
poſt *Napod.* obſeruat ex hac ratione,
quòd Ciues potuerunt facere Con-
ſuetudines ſuper fructibus feudi, etiam
ſinè conſenſu Principis, conſideran-
35 do, vt *ibi* fructus ſeparatos ab ipſo feu-
do, quia ſunt tunc burgenſatici, de
quo latè *Anna Pater alleg. 84. num. 3.
& Filius conſ. 27. conſ. 47. nu. 8. & ſeq.
& conſ. 51. à num. 8. de Franch. deciſ.
18. nu. 10.*

36 Ad tertium, quòd Conſuetudines
non comprehendant feudalia, expli-
canda res eſt ex *Caputo loc.* citato *à
nu. 24.* vbi eruditè contrarium probat,
etiam ex mente *Napodani*, vt ſcribit
num. 29. inuehens, & benè contra
Molfeſ. nu. 31. vbi dicit, ſe non vide-
re, ex qua authoritate contrarium de-
ſumpſerit *P. Molfeſius*, nam reuera ar-
gumentum relatum ex *Conſuet. prima,
in quibus rebus habet locum quarta,*
probat, quòd Conſuetudines inclu-
dunt feudalia, dùm ſolùm in illa Con-
ſuetudine excipiuntur feudalia, & ex
ratione particulari conſideranda in
quarta vxori debita, vt non ſit præſtã-
37 da in bonis feudalibus, de qua *ſub d.
nu. 24.* vltrà quòd quarta, quæ debe-
tur vxori in bonis viri, tangit proprie-
tatem, & præiudicium Domini, quod
non eſt in terminis huius Conſuetu-
nis, quæ diſponit de fructibus tan-
tummodò, proprietate, & poſſeſſione
bonorum apud patrem remanentibus,
vt dicit *Conſuet. Verùm infr. hoc tit.
in finalibus verbis*, & vxor in termi-
nis illius Conſuetudinis non eſt de
comprehenſis in inueſtitura, prout
ſunt filij, de quibus iſta *Conſuetudo, &
ſequentes de alimentis præſt.* & hac ra-
tione ceſſat ſuadela, quòd in genera-
38 li ſermone appellatione bonorum nõ
veniant feudalia, nam id verum eſt,
cùm aſſenſus requiritur, & vertitur
domini præiudicium, in quibus fun-
data eſt prohibitio alienationis feudi,
non cùm contrahitur cum conſenſu
Domini, & ſine illius præiudicio, aut
ſeruitij diminutione.

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS AD

Conſuetud. *QVOD SI ALIQVIS* Secundam.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta qua actione pater filio præſtat, reali, an verò perſonali iure conſuetudinario.*

2 *Propterea an pater impediatur alienare bona ſua, vel tranſeat onus in emptorem, & tertium poſſeſſorem, præſertim ex iure communi, nu. 5. 7. 11. & nu. 15.*

3 *Alimenta ex quibus bonis non debentur, & an ex mercibus.*

4 *Pater non cogitur negotiari, vt filium alat.*

6 *Filius an habeat bona patris hypothecata pro alimentis iure communi, & quid iuxtà Conſuetudines Neapolitanas, nu. 7. & 12. & an ità pro futuris, ſicuti pro præteritis, nu. 14.*

8 *Bona ſunt obligata, ſi deſignata ſunt pro alimentis, & nu. 16. Et tunc poterit pro illis conueniri tertius poſſeſſor, actione tamen reali, non perſonali, nu. 9.*

Verùm quòd tunc remedium competat alimentario, & an tunc poſſeſſio poſſit denegari tertio poſſeſſori, & tradi filio, nu. 10.

13 *Quotiès aliquid debetur, vel relinquitur ſuper certis bonis, bona illa ſunt obligata pro tali relicto, vel debito.*

ARGVMENTVM.

Alimenta qua actione, quibuſq; ex bonis filius conſequatur ſecundũ Conſuetudines Neapolitanas, & an pro ijs cogat patrem, vt negotietur, vel non alienet, agatq; contra tertios poſſeſſores, præſertim, vt poſſeſſionem obtineat bonorum, ex quibus alimenta percipere poſſit.

OBSERV. VNICA.

1 Patrem teneri alimenta præſtare filio ex fructibus, ſatis latè deductum eſt *obſeruat. præcedentibus*, qua verò actione, reali ſ. vel perſonali, non aperit Conſuetudo, dicit tamen *tex.* huius *Conſuet.* & præcedentis, ac ſequentis illa verba, *tenetur ipſe pater dare pro alimentis*, & ex his *Napod.* de quo meminit doctiſſimus Collega noſter *D. Conſiliarius D. Franciſcus Merlinus contr. 61. nu.* 8. reſoluit in *ver. tenetur ipſe pater, num.* 32. onus hoc alimentorum impoſitum perſonæ, non rebus, licèt pro rebus, & infert, quòd
2 propter hoc non impeditur pater alienare bona ſua, nec tranſit onus in emptorem, quod mihi ſemper durum viſum eſt, & tendere ad deſtructionem

nem diſpoſitorum per has Conſuetu-
dines, cùm enim portio fructuum de-
tur, cùm filius non vult morari cum
patre, vel cùm pater non vult filium
tenere ſecum,& ſic cùm pater,& filius
non benè ſe compatiantur,inutilis vi-
detur diſpoſitio, quia pater, reſerua-
tis mercibus, & alijs, ex quibus ali-
3 menta non deberi, putat *Napod. in*
Conſuet. 1. *in ver. ſuis,à nu.* 17.& cum
iudicio quòad merces, quia illæ ſunt
4 capitale quòad patrem, qui non po-
teſt cogi negotiari, vt filium alat, *Al-*
ciat. conſ. 243. *nu.* 3. *Surd. de alim. tit.*
7. *q.* 8. *num.* 11. ſtabilia alienabit, ſi
prohiberi nõ poterit alienare,& filius
non habebit vndè ſe alere poſſit, &
viuere ſeorſum à patre, ſi velit, iuxtà
diſpoſita per Conſuetudines iſtas.

5 Videtur tamen, quòd *Napod.* benè
dicat, nàm quamuis controuerſa ſit
quæſtio de iure communi, an actio
perſonalis competat contra tertium
poſſeſſorem bonorum, ſuper quibus
conſtituta fuerint alimenta,ità vt *Gui-*
do Papa deciſ. 571. *& Ripa in l.* 1. *§. ſi*
heres,nu. 14. *ff. ad Trebell.* teneant,cõ-
petere, quod tenuit quoq; *Gigas de*
penſion. quæſt. 44. *nu.* 1. & contrarium
teneat *Surd.* qui receptius hoc dicit
in *tract. de alim. tit.* 8. *priuil.* 52. *à nu.*
1. in articulo tamen, an filius habeat
6 obligata bona patris pro alimentis,
nullum omninò ius hypothecæ com-
petere in bonis patris, tenet expreſsè
Couarr. in epithome de ſponſal. par. 2.
cap. 8. *§.* 6. *nu.* 14. *& Corduba in l. ſi*
quis à liberis, §. idem reſcripſit, nu. 81.
ff. de liber. agnoſc. ſcribit, in emptorẽ
bonorum minimè deſcendere obli-
gationem, qua pater obſtringitur ergà
filium, licèt deſcendat in hæredem,
D. Merlinus d. contr. 61. in qua ità iu-
dicatum refert per Magnam Curiam
Vicariæ, & cum ea inclinaſſe S. C. li-
cèt non pronunciauerit ex cauſis *ibi*
relatis.

7 Sed his nõ obſtantibus vidi nõnul-
los putantes, verius eſſe in terminis
noſtrarum Conſuetudinum bona eſſe
filijs obligata pro rata fructuum,iuxtà
formam præſcriptam per Conſuetu-
dines,& poſſe patrem prohiberi, ſi ve-
lit alienare ad filiorum inſtantiam, &
condemnari tertios poſſeſſores ad ra-
tam, ad quam agere poſſent, ſi pater
poſſideret.

8 Ducuntur potiſſimùm,quia in Con-
ſuetudinibus noſtris deſignantur bo-
na, ex quibus alimenta præſtentur, vt
in *Conſuet.* 1. ibi *de bonis paternis, &*
maternis, &c. quo caſu bona eſſe obli-
gata pro alimentis,ex *tex. in l. Lucius,*
vbi *Bart. de alim. & cibar. leg.* & notat
idem *Bart. in l. fundus, ff. de ann. leg.*
Azo in ſumma de alim. & cibar. leg. nu.
5. *Roman. conſ.* 388. *Corn. conſ.* 296.
vol. 1. *Natta conſ.* 21. *nu.* 18. *Io. Faber*
in §. item ſeruiana, col. fin. Inſtit. de
act. Couar. loco citato,vbi ità intelligit
tex. in d. l. Lucius, Corduba in d. l. ſi
quis à liberis, §. vtrum, num. 33. *Gra-*
tian. deciſ. 129. *nu.* 11. *& diſcept.* 683.
à nu. 13. *Theſaur. lib.* 2. *quæſt. forenſ.*
q. 67. *à nu.* 18. *Petrus Barboſa in l.* 1.
par 3. *ff. ſol. matrimon. nu.* 29. quorum
aliquos citat *D. Merlinus loco* citato à
nu. 14. vbi dicit, hunc caſum apud
ſe vnicum eſſe, eandemq; ſententiam
tuetur latiſſimè *Surdus*,qui alios citat
tit. 8. *priuil.* 51. *à num.* 3. vbi *nu.* 4. *&*
ſeq. id fauore alimentorum conſtitu-
tum affirmat, & *priuileg.* 52. in hoc
9 caſu habet pro abſoluto, quòd tertius
poſſeſſor poſſit conueniri, ex quo res
iam reali vitio affecta, in eum tranſit
cum ſuo onere, licèt credat, & benè,
poſſeſſorem non poſſe conueniri in
actione perſonali ad præſtandum ali-
10 menta, ſed alimentario competere
remedium, vt mittatur in poſſeſſionẽ
rerum, donec ſit illi ſatisfactum de
alimentis, quod ego crederem,vtilius
eſſe filio, nè mendicare quodammo-
dò haberet alimenta ab extraneo
poſſeſſore bonorum paternorum, ſi
tamen *Conſuetudo Verùm* non obſta-
ret in illis verbis, *proprietate, & poſ-*
ſeſſione bonorum apud patrem rema-
nentibus; nàm cùm eadem ſit obliga-
tio poſſeſſoris, & patris, non videtur
poſſe tertio denegari poſſeſſio bono-

rum, quæ competit ex Conſuetudine patri, ex cuius perſona, & obligatione tertius tenetur.

11 Et hæc dicebant in terminis iſtarum Conſuetudinum monentes, in quæſtione de iure communi videndum ſolemne *conſ. Pauli de Caſtro* 8. incip. *quia per ſupra ſcriptum*, *col.* 2. *vol.* 1. vbi dicit, quòd onus alendi inhæret bonis, & ideò tranſit in quemcunquè bonorum poſſeſſorem, & loquitur in alimentis filio debitis in bonis paternis.

12 Et quòd filio obligata ſint bona paterna pro alimentis, ideòq; agere poſſe ad bona, quia onus illud ſequatur quemcunq; poſſeſſorem, tenent, relato *Caſtr. Dec. conſ.376. nu. 3. Lupus in cap. per ueſtras*, §.23. *nu.16. & ſeq. de donat. inter vir. & vxor. Durātus de arte teſt. tit. 3. de liber. inſtit. caut.17. nu.7. Franciſcus Beccius conſ.* 8. *num.* 7. 11. *& & ſeq.* qui omnes id indubitantèr affirmant, & veram eſſe
13 ſententiam eorum, quotiès alimenta ſuper aliqua re debentur, quotiès enim aliquid debetur, vel relinquitur ſuper certis bonis, ea bona videntur obligata pro tali relicto, vel debito, ex doctrina *Alex. conſ.* 156. *nu.* 3. *vol.* 6. *Afflict. decis.* 172. *nu.* 2. *Natta conſ.* 141. *nu.* 6. *Aymon Crau. conſ.* 26. *nu.* 10.
14 quod fauori alimentorum tribui debere ſolùm, eorumq; præſtandorum, non præteritorum, docuit poſt alios, quos cumulat *D. Merlinus loc.* citato *ſub nu.17. verſ. ſed aduertendum, vſq; ad finem controuerſiæ*, licèt caſum noſtræ Conſuetudinis non tangat, adducto *Napodano*, cuius doctrinam non examinat, cùm alios cribat omnes, ſed non mirum, quandoquidèm caſum præ manibus habuit, in quo diſpoſitio Conſuetudinis huius non intrabat.

15 Quicquid tamen prædictæ inferant ex his, & probent, cenſeo Ego, non eſſe recedendum ab opinione *Napodani* hic, cum qua ſemper tranſiuimus in Sacro Conſilio.

16 Nec obſtant DD. allegati in contrarium, loquuntur etenim, cùm alimenta ex aliquo fundo debentur ex teſtamento, vel ex contractu, & ſic cùm competit hypothecaria, ſaltim ex clauſula *pro quibus omnibus, &c.* vt videre eſt apud eos, & *D. Merlinum loc.* citato.

DE

DE ALIMENTIS PRAESTANDIS AD Conſuetud. *VERUM* Tertiam.

SUMMARIUM.

1 *Rata fructuum, quæ vacat per mortem alicuius ex filijs, quibus, & quomodò accreſcat, & nu.4. & an in hoc differat Conſuetudo Neapolitana à iure communi Romanorum, nu. 6. & an ipſo iure accreſcat, vel ope exceptionis, nu. 9. & 12. vel requiratur agnitio, aut petitio, nu. 10. & acquiratur ignoranti, nu. 11.*

2 *Nepotes in portione alimentorum ſubingrediuntur locum, & perſonam patris.*

3 *Pater tenetur alere filios de bonis antiquis, non de quæſitis per ipſum, quod quomodò intelligi debeat, nu. 14. & ſeq.*

5 *Ius accreſcendi an, & quando detur de iure communi, legatis alimentis pluribus eodem contextu, & nu. 7.*

8 Surdus *redarguitur.*

13 *Pater quomodò diuidat fructus pro alimentis filiorum ſecundùm Conſuetudinem Neapolitanam.*

15 Conſuetudo 3. de aliment. præſtandis *explicatur, & eius diſpoſitio defenditur contra* Salernum, *& nu. 21.*

16 *Filijs alimenta ità debentur, vt ſtatuto contrarium ſtatui nequeat, aut cõſuetudine, pacto, vel Principis conſtitutione, nu. 19. & 23. & placitum Principis in contrarium non valet, num. 20.*

17 *Statutum quamuis poſſit minuere legitimam, non tamen poteſt illam extenuare, vt filius alimenta non conſequatur.*

18 *Statutum ſi tollat alimenta, eſt iniuſtum, & inualidum.*

22 *Statutum non tenet, ſi diſponat, patrem non teneri alere filium, quamuis maiorem 18. annis.*

23 *Argumentum valet à ſtatuto ad conſuetudinem, & pactum, quamuis inratum, & de conſuetudine ad Principis placitum.*

ARGUMENTUM.

Ius accreſcendi, & ſubingreſſio an, & quomodò detur in alimentis aſsignatis iuxtà Conſuetudines Neapolitanas à patre filijs, quorum aliquis decedat, aut nubat, & quid de iure communi Romanorum, Et an valeat Conſuetudo, ſtatutum, pactum, aut Principis Conſtitutio, ſi diſponant, quòd pater non teneatur alere filios, & ſi maiores 18. annis.

OBSERV. UNICA.

1 TRia dicit Conſuetudo iſta. Primum, quòd rata fructuũ, quæ vacaret per mortem vnius ex filijs, accreſcat pa-

tri, & fratribus defuncti, iuxtà diuiſionem fructuum factam per Conſuetudines præcedentes.

2 Secundum, quòd nepotes in portione alimentorum ſubingrediantur locum, & perſonam patris.

3 Tertium, quòd pater de bonis antiquis tenetur dare alimenta filijs, de ſuis ſ. quæſitis per ipſum non teneatur dare quicquam. Nos examinabimus primam, & vltimam partem, neglecta ſecunda, quæ clara eſt in diſpoſitione, & eam explicauimus ſupra initio *tit. in vlt. quaſt.*

4 Conſuetudo igitur in prima parte priuilegiat patrem, dando illi portionem, tàm ſuam, quàm vxoris, ſiuè eam habeat, ſiuè non, nec ſolùm in prima diuiſione fructuum, vt legitur ſupra in *Conſuet.* 1. *in fine*, ſed etiam in portione, quæ accreſcit per mortem, aut matrimonium alicuius ex filijs, vt accreſcat pro rata, & credo, motos Authores ex honore debito patri, cuius honori meritò deferendum eſt.

5 Non tamen non poſſum non examinare diſpoſitionem iſtam circa verba *portio fructuum contingens, &c. accreſcat pro rata*, dat enim per hoc ius accreſcendi in alimentis Conſuetudo, cùm tamen iure cõmuni negemus, locum eſſe iuri accreſcendi, quotiès pluribus eodem contextu legantur alimenta, ità vt portio vnius quoquo modo deficiens, alteri non accreſcat, vt ſunt iura in *l. Dominus*, §. 1. *ff. de vſufr. l. penult.* §. 1. *ff. ad legem falcid.* notat *Bart. in l. reconiuncti, nu.* 42. & ibi *DD.* omnes, *Euerard. in loco* 70. *à natura dictionis taxatiua col. fin. verſ. hinc etiam eſt, quòd ſi duobus, Abb. conſ.* 78. *in fin. vol.* 2. *Iaſ. in l. ſi mora, nu.* 7. *ff. ſol. matrim.* cum alijs apud *Surd.* qui quæſtionem examinat, & ampliat *tit.* 9. *quaſt.* 5. *per totam*, vbi contrarijs ſatisfacit.

6 Vndè dicebat quidam, conſtituendum in hoc differentiam inter ius cõmune Romanorum, & noſtrum, Ego verò dico, nullam in hoc eſſe differentiam, ſed Conſuetudinem conformem eſſe iuri communi, quamuis negatum ius accreſcendi in alimentis hic admittat.

Moueor, quia Conſuetudines noſtræ non dant alimenta filijs ſuper bonis antiquis, quo caſu procederet, quod conſtitutum eſt à iure commu-
7 ni, & ità loquuntur, ac intelligendi ſunt DD. negantes ius accreſcendi in alimentis, ſed dant aliquod certum pro alimentis, vt obſeruat *Napod.* in præced. *Conſuetud. Quòd ſi aliquis, in ver. de fructibus, nu.* 35. *& Molfeſ. q.* 7. *nu.* 2. immò nec quid certum, ſed incertiſſimum, quia dant partem fructuum, vt in *Conſuet.* 1. & quia pars iſta poteſt non ſufficere ad alimenta, eaq; taxata, & limitata non ſunt, non excluditur, ſed datur locus iuri accreſcendi, quo caſu limitanda eſſe, quæ diximus ex iure communi, dicit *Surdus d. q.* 5. *ſub num.* 16. *verſ. prædicta omnia limitarem, & nu.* 23.

Et ratio eſt in terminis noſtræ Cõſuetudinis à ceſſante ratione, quæ militat in diſpoſitis per ius commune, ex traditis à *Bart.* & alijs, nàm quod dicit *Bart.* ius accreſcendi non habere locum in alimentis, quia nõ ſunt multiplicabilia, aut iterabilia, ex iuribus ſupra allegatis, non procedit, cùm incertũ aliquod præſtari debet, quod poteſt non ſufficere ad alimenta, ſed cùm alimenta debentur, vltrà quæ nõ indigeat alendus, & cùm poteſt, verũ eſſe quod conſiderat *Bald. in d. l. dominus*, §. 1. *in fine*, quòd ſ. alimenta ſint naturalitèr taxata, & limitata, quia ſ. habeat filius quod ſufficiat ad ſubſtentationem, quod quia in Conſuetudinibus noſtris non eſt, ſi alimẽta non debentur, ſed pars fructuum, meritò per eas datur ius accreſcendi, quamuis iure communi non detur, ceſſante enim ratione, ceſſat diſpoſitio, *c. cùm ceſſante de appellat.*

Nec obſtat, quòd poſſint fructus tangentes filio ſufficere ad alimenta, nàm

nàm cùm in Iure, qui ſe ipſum alit non cogatur ſe alere alimentis taxatis, aut determinatis, nunquàm poteſt exindè prohiberi ius accreſcẽdi, dùm poterit quis ampliora ſibi præſtare alimenta, dato ſibi redditu maiori.

8 Et hinc redarguendus erit *Surdus*, cùm dicit *loc.cit.in fin.verſ.hac tamen limitatio*, ius accreſcendi dari debere in caſu deficientiæ, conſiderato ſolùm, quatenùs in primo legato, ſeù in portione deficit, vt ſi quid vltrà neceſſitatem ſuperſit, id non accreſcat, nàm id nullo iure cauetur, aut regula, & ratio repugnat, quam expreximus.

9 Eritquè obſeruandum pro coronide, Conſuetudinem loqui per verbum *accreſcat*, ibi *accreſcat pro rata*, vt ex indè intelligatur, quòd portio accreſcat ipſo iure, non autem ope exceptionis,

10 iuxtà *l. vnicam §. in his autem C. de caduc. toll.* nec requiritur petitio, vel agnitio, vt conſiderat *Ripa in l.reconiuncti nu. 217. in 7. concl.* immò ac-

11 quiritur ignoranti, *l. hæredi cum poſthum.ff.de acquir. hered. Dec.in rubr. quando non petent.part.in 2.lect.n.15. Io.Cephalus conſ.29.n.8.* ex quo vide-

12 tur, ſtatim mortuo fratre, vel dotata ſorore aperiri viam ſuperſtitibus capiendi propria authoritate partem contingentem, poſſeq; vnicuiq; correſpondere colonos, & rendentes, ac penſionarios, & ſi ſoluant patri, aut alicui ex filijs, poſſe cogi ad iterùm ſoluendum ratam non ritè ſolutam, nulla expectata inter eos diuiſione, fit namq; illa ex iure non ſolùm conſuetudinario, ſed communi, ex quo ſtatuitur, portionem portioni accreſcere *in l. ſi totum*, vbi *Bar.ff.de acquir. hered.in l.ſi ex pluribus ff.de ſuis & legit.in l. cùm ex filio §.fin.ff.de vulg. & pupill.* cũ ſimilibus.

13 Niſi dicas, expectandam patris diuiſionem, aut Iudicis declarationem quod *Cõſuet.* 1. dicit, quòd pater debet ſecundùm numerum filiorum, &c. alimẽta præſtare, ſed id reſpicit primam diuiſionem fructuum, hãc facit *Cõſuetudo* hæc *Verùm* per verbũ *accreſcat*, quòd eſt directum, non obliquum.

14 Explicata prima patre, deuenio ad tertiam, in qua dùm diſponitur, quòd pater non teneatur de bonis ſuis dare filio quicquam pro alimentis, conſidero videri, quòd non procedat ex iure, ſecundùm quod tenetur pater filios alere, *l.ſi quis à liberis §. ſi quis ex ijs*

15 *ff.de liber.agnaſc.* cum ſimilibus. Vndè iure merito Conſuetudinem hanc videtur dixiſſe corruptelam *Camill. Salern.hic in ver.quicquam in add.* incip. *iſta conſuetudo*, ſubdens, continere peccatum, & quòd debeat recipere interpretationem paſſiuam, vt tũc pater non teneatur, cùm filius nolit ſtare cum ipſo in caſibus, in quibus tenetur, vel quando filius poſſet ſe alere, ſiuè poſſit exhæredari, vel quando fructus bonorum antiquorum ſufficerent pro alimentis.

Ego verò, quamuis multa probem, quæ ponit *Salernus hic*, non tamen mihi ſuadeo, Conſuetudinem iſtã eſſe iuris communis correctoriã, vt quoque vidit *Molfeſ.hoc.tit.q.5.n.10.* poſt *Nauclerium*, quem citãt, exploſo *Salerno*, ſed ſolùm quòd continuando diſpoſita in Cõſuetudinibus præcedentibus, diſtinguat bona acquiſita ab antiquis, in quibus filij habent maius ius, nàm, vt ſuprà dixi, non conſideratur egeſtas, quia debetur pars fructuũ ſeruata forma Conſuetudinis, etiam filijs habentibus aliundè, & illis habitantibus ſeorſum à patre.

Vndè dùm Conſuetudo tractat de bonis antiquis, in illis dat certam formam, eo modo, vt ſuprà dixi, ſubdendo poſteà de bonis acquiſitis per eũ pater non tenetur dare quicquam, intelligitur modo, quo debentur fructus pro alimentis in bonis antiquis, & ſic iuxtà ſubiectã materiã, argumẽto *tex. in l.ſi vno ff.locati*, non autem intellexit Conſuetudo, quòd intercludatur via agendi iure communi ad petendũ alimenta, & iſte mihi videtur verus intellectus ad iſtam Conſuetudinem, prout ſatis clarè intelligit *Napod. hic*

in

in verbo quicquam n.46.& Molfeſ.q.5. à num.9.

Vt ſit ſenſus, quòd aut à filijs petitur pars fructuum bonorum antiquorum, & ipſis conſultum eſt per has Conſuetudines iuxtà formã in eorum fauorẽ ſcriptam; aut à filijs petuntur alimenta, nulla data bonorum diſtinctione; vel in bonis paternis, vel cùm bona antiqua non ſufficiunt ad alimenta, & tunc agi debebit ſolùm ex iure communi, petentq; ſupplementum officio Iudicis ex regulis iuris communis, ex quo per has Cõſuetudines in talibus bonis alimenta filijs, nec debẽtur, nec denegantur, ſed relicta ſunt ſub diſpoſitione iuris communis Romanorum, vt dicunt *Napod. Naucler.* ac *Molfeſ. locis* ſupra citatis.

Quod ſi probaretur, Conſuetudinem in bonis proprijs acquiſitis per patrem excludere filios à petitione alimentorum, & bona antiqua deficerent, vel non ſufficerent ad alimenta, corrigendo ius commune, quod in dubio præſumendum non erit, ad iura vulgata, non ſolùm non dubitarem aſſerere cum *Salerno*, Conſuetudinem corruptelam eſſe, fouereq; peccatum, ſed & illam nullius roboris eſſe, aut momenti, ſiuè vt Conſuetudo cenſeatur, ſiuè vt ſtatutum, aut ciuium pactũ, vel Principis conſtitutio.

16 Conſtat etenim, adeò ſtrictè deberi
filijs alimenta, vt ſtatuto contrarium
ſtatui nequeat, ex *Cyno in l. ſancimus*
C. de nupt. & Bal. in l. cum lege C. de
Epiſcopis, & Cler. qui indè dicũt, quòd
17 quamuis ſtatutum poſſit minuere legitimam, non tamen poterit ità illam
extenuare, vt filius alimenta non conſequatur, quorũ loco legitimã ſucceſſiſſe videtur, quam ſententiam probauit quoq; *Couar. in epith. de ſponſal. p.*
2. c.8. §.6. n.5. verſ.2. infertur, vbi do-
18 cet, tale ſtatutum iniuſtum eſſe, & inualidum, quod antè ipſum dixerat *Alber. de ſtat. q.40. verſ. item quarto.*

19 Et quòd non poſſit, neque Conſue-
tudine id induci, aut pacto, vel Principis conſtitutione probat primum
Rocchus de Curt. c. in tract. de Conſuet.
ſect.5. n.10. qui dicit, in hoc neminem
diſcrepare, *Couarr. loc.* cit. *n.14. Abb. in*
c. cùm tanto n.22. extra de Conſuet. ſecundum probant *Specul. in tit. qui filij*
ſint legit. n.12. Aſcanius Clemẽs de effectibus patr. pot. effect.17. n.11. Bart. in l.
ſi quis à liberis §. ſed ſi parens ff. de lib.
agnoſc. vltimũ de Principe ꝓbat *Bald.*
in l.1. n.5. verſ. vlt. ff. de Conſtit. Princ.
vbi ſcribit, non valere Principis placi-
20 tum, ſi mandet, quòd pater non teneatur filium alere, latè *Surd. de alim. tit.*
1. q. prima per totam, vbi rationes ſunt, & iura, quibus hæc tria probantur.

21 Sed & hoc reteuto videtur, Con-
ſuetudinem hãc poſſe ſubſtineri, quia cum alijs in materia alimentorum loquitur in puberib᷒, vt diximus *ad Conſuet. primam hoc titulo*, quo caſu videtur poſſe ſaluari Conſuetudinem in eo, quod ait, patrem de bonis ſuis nõ teneri filio dare quicquam, dùm filius maior poteſt ſibi neceſſaria quęrere, aut Religionem intrare, vt aliud agẽs ſcribit *Ant. Faber tom. 2. de err. Pragmat. decade 41. errore* 8. & hoc caſu de iure communi non teneri patrem alere filium, qui poſſit honeſtis artibus, aut licitis medijs ſibi victum quęrere, probant quæ diximus initio huius tituli, & deducit latè *Surd. de alim. tit. 7. q.6.*

22 Verùm nec ex hoc poſſet Conſue-
tudo ſaluari, nàm & in maiore decem, & octo annis non tenere ſtatutum diſponens, quòd pater eum alere non teneatur, docuit *Io. Andr. in add. ad Specul. tit. qui filij ſint legit. nu.* 13. poſt *Guid. de Suzar.* quem allegat *lit. A.*

23 Et ſi non valet ſtatutum, à pari non
valebit Conſuetudo, valet .n. argumẽtum à ſtatuto ad Conſuetudinem, & ad pactum, quamuis iuratum, & de Conſuetudine ad Principis placitũ, vt probat *Surd. loco* cit. *à n.6. verſ. qua ratione, ad n.17.*

DE

DE ALIMENTIS PRÆSTANDIS AD

Conſuetud. *MVLIER* Quartam.

SVMMARIVM.

1 Bartholomæus de Capua *compilator Conſuetudinum Neapolit. ſuo tempore Iureconſultorum Princeps.*

Quarè Conſuetudinem hanc ſcripſit in muliere, non in matre, ibid.

2 *Quarè diſtinguat bona dotalia, donatiui, & quarta, & ex quibus ex his mater praſtet filio alimenta, & an hac bona inter ſe differãt quòad priuilegia, num. 7.*

3 *Pater dat alimẽta filijs de dotibus maternis, mater verò non dat, & num. 8. & qua ſit differentia ratio, num. 4. & num. 6. & 20.*

5 *Dotes ſemper ſunt pracipua, & indeminuta ad beneficium mulieris.*

8 *Mater iure communi tenetur quibuſdam in caſibus alere filios, nec ſolùm ipſa, ſed & eius aſcendentes, & qui ſint caſus, recenſentur num. 9.*

10 *Auus, & Auia materna an, & quando teneantur alere nepotes, & neptes dotare.*

11 Conſuetud. Si mulier 4. de aliment. præſtand. *diſpoſitio explicatur, & probatur, quando procedat, & an in vidua ſolùm, num. 13.*

12 *Mater, qua conuolauit ad ſecunda vota non alit filios primi matrimonij ex fructibus dotis, etiam ſoluto ſecundo matrimonio, & quarè.*

14 *Mater habet aqualem portionem cum filijs in diuiſione fructuum pro alendis liberis, & in hoc quomodò mater differat à patre, num. 15. & quarè, num. 16.*

17 *Matri eadem, ac patri debetur reuerentia, & obedientia, & num. 19.*

18 *Mater vt & pater vocari non poteſt in ius ſine venia.*

20 *Conſuetudo plus honorat, & diligit ſexum maſculinum, quàm fœmininum in alendo, in ſuccedendo, & in teſtando.*

21 *Mulieribus ſolùm, an etiam maſculis impoſitum ſit franum per Conſuetudines in teſtando.*

ARGVMENTVM.

Mater, Auus, & Auia materna an, & quando teneantur alere filios ex Conſuetudine Neapolitana, vel iure communi Romanorum, & quomodò diſpoſitiones iſtæ differant inter ſe, conſiderariq; debeant pater, & mater in diuiſione fructuũ, ſeruata forma Conſuetudinis.

OBSERVATIO VNICA.

1 DOm. *Bartholomæus de Capua* compilator harum Conſuetudinum continuando materiam alimentorum, poſtquàm diſpoſuerat circa patrem; incipit tractare de matre in hac Conſue-

tudine,& non dicit mater, ſed mulier,
dicens,quòd caſu(ſed abſit in homine
Iuriſconſultorum ejus temporis,meri-
tò Principe dixit) mulier, vt matrem
comprehenderet,& auiam maternam,
quamlibetq; aſcendentẽ ex hac parte,
2 Diſtinguit poſtmodùm bona dota-
lia,donatiui, & quartæ ab aliis bonis
omnibus,& primo caſu ſtatuit, bona
illa libera eſſe ab onere alendi filios,
& hoc videtur mirabile *Napod. hic in
ver.de dotibus*,illis verbis *num. 56. mi-*
3 *rum videtur,quòd pater dat alimenta
liberis de dotibus maternis,& ipſa ma-
ter non*, ego non miror de hoc, ſatis
4 enim aperta eſt ratio differẽtiç quòad
hæc bona inter patrẽ,& matrẽ,de qua
Nos *in prima Cõſuet.ad hũc tit.obſer. 1.
num.* 4. quibus addenda eſt ratio pri-
5 uilegii,qua dotes ſemper, & vbiquè
ſunt præcipuæ, & indeminutæ ad be-
neficium mulieris, iuxtà *l.1.ſol matr,*
6 *l.Aſilicinus,l.de die,de pact.dotal.*& ſi-
milibus,quod non ſequeretur data di-
uiſione, & obligatione fructûum,
7 Quod anſam præbet,eſt, quia Con-
ſuetudo parificat in hoc dotes, dona-
tiuum, & quartam, vt eorum fructus
præcipuos habeat mater, & tamen
priuilegii dotis ratio non omnia hæc
æqualiter,& in omnibus amplexatur,
quamuis obſtare videatur *tit. in auth.
de æqual.dot.& donat.propter nupt.* qui
re vera pro omnibus non obſtat.
8 Item quia abſolutè eximit matrem
ab onere alendi, in quo videtur con-
trariari iuri communi,per quod mater
in caſibus quibuſdam tenetur alimen-
ta filiis præſtare,nec ſolùm ipſa,ſed &
ipſius aſcendentes,& in matre primus
9 caſus eſt infrà triennium, infrà quod
tenetur lactare puerum,*l.penult. & ibi
gloſ.C.de patr.pot.*, ſecundus caſus eſt,
etiam vltrà triẽnium ſi pater ſit inops,
& filius non habet aliundè, *l. ſi quis à
liberis, §.vtrum,verſ.ergo & mater*, &
in *l. penul. ff.de lib.agnoſc.auth.ſi pater,
C.de diuort.*cumulat alios *Paſchal. de
virib.patr.poteſt.par.2.cap. 3. num. 51.*
& in Auo,& Auia materna, quamuis
10 regularitèr non teneãtur alere nepo-
tes,quia non mihi,ſed patri,& auo pa-
terno,qui ex filia mea naſcuntur one-
ri ſunt, inquit *tex.in l. non quemadmo-
dùm,ff. de lib.agnoſc.* in ſubſidium ta-
men mortuo patre, & matre, ſi filius
non habeat aliundè, tenetur nepotes
alere, vt dicit *tex. in d.l. non quemad-
modùm*,quinimmò Auum maternum
teneri in ſubſidium,etiam dotare nep-
tem,docuit *Bald. in l. nequè mater, C.
de iure dot*,alter *Bald.nouellus in trat.
de dote,par.6.ſpeciali 16.col.* 1. & alii,
de quibus *Surd.de alim.tit.1.quaſt.16.
num.4.& ſeq.*
11 Sed reſponſio eſt, Conſuetudinem
cõtinuare tractatum,& caſum, in quo
adſunt bona antiqua, ex quibus poſſit
ſe alere filius, vt ſubſidium excluda-
tur,& eius conſideratio in Conſuetu-
dinibus,remittendo ſe in prouiſione
omiſſa,ad regulas,& caſus iuris com-
munis Romanorum,nec dicatur, reſo-
lutionem videri coniecturalem, ac di-
uinatiuam,dùm certum eſt, eam ſem-
per capi debere interpretationem,per
quam excludatur correctio legum, &
hoc in puncto dicit *Nancler.hic in ad-
ditione fol.15.à ter.*& faciunt, quæ di-
cta ſunt de *Conſ.præced.ver.quicquam,*
& anteà per *Napod.hic in ver. quibuſ-
libet,verſ.ſed certè odioſam*, tantò ma-
gis,quòd non placent aliæ reſponſio-
nes ad hanc Conſuetudinem, quam,
dicebat quidam,debere intelligi,quã-
12 do mater conuolauit ad ſecunda vo-
ta,tunc enim mater nõ tenetur, immò
non poterit de fructibus dotis, quam-
uis in tuto collocatæ propter mariti
vergentiam ad inopiam filios alere
primi matrimonii, ex iudicio *Lancel-
lotti in l.ſi coſtante, in fin. principij, ff.
ſol.matrim.* & ſequitur *Io. Lupus in re-
pet.cap.per veſtras,in 1.not.§.19.nu.* 1.
quamuis namquè doctrina vera ſit,nõ
ſolùm in caſu prædicto, ſed in omnem
caſum durante ſecundo matrimonio,
dùm tunc non eſt mulier domina fru-
ctuum dotis,ſed illi cedunt ad benefi-
cium viri, qui ſubſtinet onera matri-

mo-

Digitized by Google

monii,vt conſiderat *Surd.de alim. tit.* 1.*quaſt*.41.

13 Semper tamen falſa erit doctrina ad intellectum Conſuetudinis huius,loquentis generalitèr,& indiſtinctè de filiis alendis,qua de re generalitèr,& indiſtinctè erit intelligenda, & quòd Conſuetudo loquatur de vidua,indicant verbum illud *quarta*, quæ non niſi in viduis locum habere poteſt,& alia, ibi, *quinimmò de fructibus ipſarum dotium,donatiui,& quartæ poteſt in vita ſua donare, facere, & ordinare quod velit*,quæ verba in nupta verificari nequeunt, quæ, vt diximus, non eſt domina fructuum, & notat *Napod.hic in ver.quibuslibet, num.* 64.

14 & probat Conſuetudo iſta in fine,quę matri portionem reſeruat æqualem cum filiis,& non facit mentionem de viro,quia mortuus præſupponitur in Conſuetudine.

